



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Hi 9585



HEEK GENT



Digitized by Google

ACTA ERUDITORUM

ANNO

M DCC XIX

publicata.

*Cum S. Cæsareæ Majestatis & Regis Pol.
atque Electoris Saxonie Privilegiis.*

LIPSIÆ,

Prostant apud JOHAN. GROSSII Hæredes,
JOH. FRID. GLEDITSCHII B. FIL.

&

THOMAM FRITSCHIUM.

Typis BERNARDI CHRISTOPH. BREITKOPFII
A. M DCC XIX.

AMERICAN INTERNATIONAL

CO.

NEW YORK

1917

AMERICAN INTERNATIONAL
CO. NEW YORK

AMERICAN INTERNATIONAL
CO. NEW YORK

AMERICAN INTERNATIONAL
CO. NEW YORK

AMERICAN INTERNATIONAL
CO. NEW YORK

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO
AVGVSTO
PRINCIPI REGIO POLON.
&c.

DVCI SAXONIAE ET ELECT.
SAX. PRINCIPI HEREDI, IVLIACI
ETIAM, CLIVIAE ET MONTIUM, ANGRIAE
ITEM ET WESTPHALIAE DVCI, LANDGRAVIO
THVRINGIAE, MARCHIONI MISNIAE ET VTRI-
VSQVE LVSATIAE, COMITI DIGNITATE
PRINCIPALI HENNEBERGICO, COMITI MAR-
-SCHAL, RAVENSBERGAE ET BARBY, DYNA-
-STAE RAVENSTEINI &c.

PRINCIPI AC DOMINO
NOSTRO CLEMENTISSIMO.

Serenissime Princeps,

Domine Clementissime.

Annus decurrit trigesimus octavus, ex quo felicissimis divini Numinis auspiciis, nutusque ac voluntate Serenissimi Avi Tui, JOHANNIS GEORGII III, Principis incomparabilis, hæc Eruditorum Acta procedere, ac Potentissimo FRIDERICO AUGUSTO Principi tum Juventutis, nunc Patenti Tuo augustissimo, de quo summa quæque jam tum augurati sumus, consecrare coepimus: nec ab eo tempore remisisse nobis videmur ab illo ardore, quo primum hanc Orbis Eruditi commodis interveniendi rationem ingressi sumus, eoque rem deduxi-

duximus, ut absoluta omnino nobis sint in hunc diem Volumina, si Tomos sex Supplementorum ac Indicum tres computemus, quadraginta septem; quæ si quis vel obiter perlustraverit, universam rerum hoc annorum intervallo in Orbis Literato gestarum faciem facile agnoscet. Atque ea nobis præcipua videtur ac pene propria felicitas, quod, cum certatim alii, nostri, ut visum est, annatione, sive in Germania, sive in Belgio atque alibi, novas Ephemerides condere & certatim in lucem præpel-tere cœperint, his omnibus paulatim contemptis aut sinistro fato abruptis, sola superaverint Acta nostra ac, perduraverint, ipsaque Itali, Galli, Angli, quibus Germanorum scripta plerumque fastidiuntur, tanti ea semper fecerint, ut (quod citra invidiam tamen dictum sit) immortalitati proximos se crederent, cum foetus suos in Actis nostris aliqua cum laude commemoratos viderent: quæ res vix dici potest, quantum apud externos gloriæ atq; decoris adhuc Saxoniz atq; Phyluræ cum primis nostræ attulerit. Quæ cum sint alioquin satis pervulgata, neutiquam ideo a nobis hic proferuntur, ut vel minimam laudis hujus partem ad nos spectare existimemus, ut cuncta potius providæ Literarum curæ, ac munificentiz, a PATRE, PATRUO atque Avo Tuo, augustis Mœcenatibus, in nos subinde collatæ, unice deberi, ingenue profiteamur. A quibus cum hæreditario quodam jure, ut virtutes ceteras

ras Principe dignas, ita amorem quoque in bonas li-
 teras acceperis, PRINCEPS SERENISSIME, hujus potissi-
 mum Anni, quem optatissimo in patriam reditu &
 auspicato cum ea Principe, quæ Musas raro sui sexus
 exemplo in delictis habet ac fovet, matrimonio illu-
 strissimum reddidisti, Tomum Tibi consecrandum,
 ac muneris, quamvis pro modulo nostro perexigui,
 loco offerendum duximus. Nos vero de propitia Tua
 in nos voluntate abunde persuasi, a Deo Opt. Max.
 piis ac devotis precibus contendimus, ut & AUGUSTIS-
 SIMOS PARENTES Tuos, & Te cum CELSISSIMA CONJU-
 GE, in Rei publicæ ac literariæ decus atque incremen-
 tum, rebus mortalibus ditissime interesse, omnisque
 felicitatis bonis ad invidiam usque frui pro immensa
 in Saxoniam bonitate jubeat.

Serenitatis Tuae

subjeçissimi

ACTORUM ERUDITORUM COLLECTORES.

N. L.

ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsiæ
Calendis Januarii Anno M DCCXIX.*

*EPISTOLÆ AD JOANNEM KEPLERUM
scriptæ, insertis ad easdem Responſionibus Keplerianis,
quotquot hætenus reperiri potuerunt &c. jussu &
auspiciis CAROLI VI Romanorum Imperat.
ex MSC. editæ.*

Lipsiæ, Anno Æræ Dionysianæ 1718, fol.
Alph. 8 plag. 10 Tabb. zn. 8.

Postquam Cl. Editor, *Michael Gottlieb Hanschius*, multa consilia de edendis Operibus, inprimis MSC. viri incomparabilis, *Joannis Kepleri* frustra agitaverat, quemadmodum vel ex his Actis A. 1709 p. 141 & A. 1714 p. 242 colligere licet; Mæcenatem tandem nactus est Augustissimum Imperatorem *Carolum VI*, qui pro ea, qua in bonas literas fertur, vere augusta propensione editionem promovere dignatus est. Munificentiæ igitur Cæsareæ debetur, quod nunc opus Epistolarum splendidis adeo typis descriptum prodeat & simili habitu in posterum comparitura sint Opera *Kepleriana* reliqua, cum ab ipso Autore olim edita, tum inprimis MSC. Commendandum est præsens Epistolarum opus non modo Astronomis & Philosophis, verum etiam illis præsertim, quos studium Historiæ, literariæ juvat. In eo edendo Cl. *Hanschius* omnem adhibuit candorem & diligentiam, atque adeo epistolas plerasque integras dare maluit, quam truncatas, ut fieri hunc aliter non potuerit, quin subinde familiaria occurrant, quæ publicum quidem ignorare poterat, sed quæ ad vitam tamen Autoris illustrandam apprime spectant, neque adeo in detrimentum famæ *Kepleri* detorqueri debent. In

A

hunc

hunc etiam censum e. gr. referimus lapsus, quem in MSC. Prodromi dissertationum cosmographicarum admissum correxit *Mastlinus*; querelas *Mastlini*, *Papii* aliorumque de obscuritate *Kepleri*; precipitantiam *Kepleri* in laudando *Urso*, & offendendo *Tychone*, nimiamque in deprecando humilitatem &c. Præmisit *Cl. Hanschius* præter dedicationem ad Augustissimum Mæcenatam præfationem, in qua Germanorum merita in Mathesin attingit; vitam *Kepleri* ex ipsis epistolis derivatam, & indicem luculentum rerum memorabilium in epistolis obviantium, quam Introductionem in historiam literariam sæculi 16 & 17 appellat. Cum mira fuerint *Kepleri* fata; quædam ex hystoria vitæ in compendium mittimus. Natus est *Keplerus*, parvus septimestris, A. 1571 d. 27 Decembris *Wila* & educatus *Leonberga*, quod est oppidum in ducatu Wirtenbergico a *Wila* unico tantum milliari distans. Parens *Henricus* a majoribus, nobilitatem eminentem ob præclaram Imperatoribus operam in bello præsertim præstitam consecutus, genus ducens, in militia pariter præclarum se gessit, ita ut a munere decurionis tandem ad dignitatem centurionis in bello maritimo Neapolitano adversus *Antonium* Lusitanum A. 1589 evectus fuerit: postea tamen adeo sinistra expertus fata, ut argento omni emunctus ædes Leonbergenfes vendere & *Ebmendingæ* cauponaria victum sibi querere cogeretur, multisque calamitatibus superatis A. 1590 uxorem durissime tractans in exilium abiret atque moreretur. A parentibus sæpissime neglectus filius *Joannes* ac subinde a studiis ad fordidas operas revocatus variisque morbis afflictus, auspiciis Serenissimorum Wirtenbergicæ Ducum more alumnorum Ducalium primum in Cœnobio *Mulifontano* ab A. 1586, deinde in collegio Ducali Tubingæ ab A. 1589 studiis operam dedit. A. 1588 Baccalaureus, A. 1601 ex morbo propter frigus contracto convalescens Magister Philosophiæ creatus est. Studio Theologico potissimum ab eo tempore se dedit & cum applausu sermones e suggestu ad populum habuit; duce tamen *Mastlino* Astronomiam quoque delibavit: unde commendatione Præceptorum factum est, ut A. 1593 a Proceribus Styriæ ad Professionem Mathematicam & Ethices in locum

Georgii

Georgii Stadii Græcium vocaretur. Ab eo tempore studio Astronomico solertius incubuit & A. 1595 in Mysterium, quod vocat, Cosmographicum incidit, ex quo invento ingenium Viri perspicax admirari cœperunt *Martini*, *Tycho* alique Viri eruditi. A. 1597 commendatione *Hafenrefferi*, Theologi Tubingensis usus, in uxorem duxit feminam nobilissimam *Barbaram*, secundo viduam, *Justi Mülleri a Mülleck* filiam. Conjugium hoc cum maximis turbis fuit conjunctum, variis mox litibus dotis causa subortis. A. 1598 exilium subiens religionis causa in Hungariam secessit, sed mox revocatus pristinae Græcii dignitati restitutus est A. 1600. Mox tamen calamitates publicæ in Styria indies augebantur, ut de sede alio transferenda cogitaret. *Papio* itaque suadente, *Tychonem* in Bohemia invenit, qui tandem effecit, ut ad dignitatem Mathematici Cæsarei evehctus amplioribus stipendiis donaretur, quam apud *Proceres Styriæ* merebat. Mense igitur Octobri Græcio familiam transtulit Pragam, sed in itinere quartana correptus integris decem mensibus nihil ardui moliri potuit. Primum tamen ipsi vivendum erat propriis sumptibus, cumque eventus salarium ab Imperatore obtinendi dubios redderet, Medicinæ cursum eo consilio continuavit, ut, si fortè in Wirtembergiam rediret, Tubingæ ex praxi viveret & Professioni Medicinæ admoveretur. Cum ob iter in Styriam abesset & *Tycho* uxori pecuniam denegaret, inimicitia inter *Keplerum* & *Tychonem* obortæ sunt, quas tamen mox composuit *Fridericus I. B. Hoffmannus*, precipitantiam agnoscente ac deprecante *Keplero*. Redux igitur Pragam a *Tychone* A. 1601 ad Cæsarem deductus est, qui eum hac conditione in suum assumpsit Mathematicum, ut *Tychoni* a calculis esset. Cum tamen salarium non daretur, cujus spem conceperat, in literis ad *J. G. Herwartum ab Hohenburg*, Cancellarium Bavariz, magnopere conquestus est. Hic ergo operam dedit, ut commendatione *Jo. Barwitii*, Consiliarii Imperii aulici, apud Cæsarem demum post obitum *Tychonis*, cum quo vix duos menses egerat, salarium *Keplero* assignaretur & A. 1602 mense Martio prima pecunia numeraretur. Litibus cum hereditate *Tychonianis* occasione observationum, ab ipso illis insciis as-

ACTA ERUDITORUM

4. *servatarum, subortis Tregnagius, gener Tychois, in aula effe-*
cit, ut in ejus studia sollicitè inquireretur, ne pecunia inutiliter
collocaretur. Cum igitur Commentaria de Marte & partem
Astronomiæ opticam nominaret, iis suppositis, primum ad opti-
cam se totum applicuit, ad Martem demum A. 1604 rediit.
Quoniam injuria temporum salarium omne intercipiebatur,
hincque familiæ sustentatio Pragæ difficillimæ esset; A. 1610
variis conditionibus inhiavit. Postquam Pragæ per undecim
annos inopiam ex defectu stipendiorum tolerasset; a Matthias
Imperatore, qui stipendia continuari & residua exsolvi jusserat,
 Lincium vocatus est, ubi Austriæ Supr-Anisanz Proceres Patronos
 nactus est, modicum aliquod stipendium assignantes, quo
 familiam sustentavit, cum A. 1616 effectum mandatorum
 Cæsareorum adhuc frustra expectaret. Lincium delatus uxorem
 amisit & in lites incidit cum Theologis, *Dausle* imprimis
Hizlero, quumque mollet in articulo de omnipræsentia carnis
 Christi Formulæ Concordiæ per omnia subscribere, excom-
 municatus fuit. A. 1617 calendarii reformandi gratia ad comi-
 tia Ratisbonensia vocatus, & inde Lincium reverius, mense Octo-
 bris nuptias secundas celebravit *Bordingæ* cum virgine duo-
 decenni, sed indotata, arcularii filia. Inde usque ad annum
 1620 quiete fruens Lincii studia continuavit, quo Matris ad-
 versa fortuna valde contristatus est, quæ potionis veneficæ alteri
 fœminæ exhibitæ accusata, in custodiam conjecta fuerat & ad
 torturam postulata. Advolat itaque per 70 milliarium inter-
 vallum filius, & matrem A. 1621 e carcere atque torturâ liberat,
 quæ A. 1622, ætatis 75, moritur. Lincium redux factus a *Fer-*
dinando Imperatore in Mathematicum adscitus, urbe A. 1626
 ab obsidione rusticorum liberata, inde mense Novembri disces-
 sit & familia Ratisbonæ relicta Ulmam perrexit Tabularum Ru-
 dolphiinarum edendarum gratia. Lincii sæpius ob defectum
 stipendiorum victum ex calendariis & ephemeridibus conscri-
 bendis quærere opus habuit. A. 1628 licentiam ab Imperatore
 obtinuit transeundi in patrocinium *Alberti*, Fridlandiæ Ducis;
 A. 1629 vocatus a Duce Saganum in Silesiam se contulit, & A.
 1630 ad Professionem Mathematicum in Academia Rostochiensis
iisdem

iisdem conditionibus invitatus est, quibus Sagani sustentabatur. Stipendiorum residuorum ergo ad Comitata Ratisbonensia profectus, A. 1631 d. 15 Nov. 59 annos natus Ratisbonæ obiit, ubi etiam in cœmeterio ad D. Petri sepultus. De scriptis ejus non est, quod dicamus, cum in posterum de iisdem dicendi occasio nobis suppeditabitur, quando curante *Hansibio* junctim lucem adspicient. Hæc de vita *Kepleri*: veniamus ad ipsum epistolarum opus.

Cum in eo contineantur epistolæ numero 484, fieri sane non potest, ut singularum argumenta recensamus: quædam igitur singularia tantummodo indicabimus. Epist. 3 *Mastlinus* exhibet prolixè dimensiones spherarum mundi, juxta calculum tabularum Prutenicarum, secundum hypotheses *Copernici*, & omnem Astronomiam circularem distinctè explanat. Epist. 6 & 7 narrat *Mastlinus*, quantum studii ac laboris impenderit, ut Prodromus Mysterii Cosmographici *Keplerianus* sine sphalmatis prodiret, utque lectores scriptum intelligere possent. Epist. 9 idem demonstrat, Eclipsin *Xerxis* fuisse meteoron, cum Synchronismus nequaquam congruat. Epist. 10 jocos Theologorum, quos contra *Copernicum* in medium proferunt, jocosæ opponenda esse putat, & *Rami* sententiam rejicit de hypothesebus ex Astronomia eliminandis. Agit etiam hac & sequentibus epistolis de automato quodam planetario a *Keplero* invento, sed nimis sumtuosa. Epist. 13 recenset ea, in quibus a *Keplero* dissentit circa Chronologiam sacram: quo etiam spectant nonnulla epistolæ 14. Epist. 15 describitur nova stella, quæ sub finem A. 1604 comparuit, & epist. 19 ingenue fatetur *Mastlinus*, quod *Heerwarti* nova Chronologia ipsum penitus perplexum reddiderit, ut a studio Chronologico profusus, abstineret, & *Keplero* suadet, ut fundamenta *Heerwartiana* examinet, antequam ad Chronologiam excolendam se conferat: quod argumentum etiam epist. 20 attingit. Epist. 24 *Keplerus* fundamentum Logarithmorum & theoriam Lunæ a se renovatam exponit. Epist. 28 *Hassenrefferus* Theologus suadet *Keplero* amico, ut systema terræ motæ excolat tanquam hypothesin ad salvanda phænomena Astronomo. utilem, abstineat autem a conciliatione cum Scri-

ptura sacra, ne adversarios adversus se suscitet. Epist. 68 *Tycho* fatetur, quod nullam, quantocunque studio adhibito, parallaxin stellæ polaris observare potuerit, eum distantiam a polo quocunque anni tempore eandem in dimidio scrupulo, immo intra quartam vel sextam ejus partem repererit. Ex epist. 81 apparet, *Keplerum* nonnulla scripsisse de sacra Cœna, & ex epist. 82 discimus, quod præsentiam substantiæ negaverit, quia per se substantia sine merito considerata profit nihil & in institutione cœnæ Christus talibus usus sit verbis, quibus passionis suæ fructum potissimum inculcaret & in usu memoriam meriti excitaret. Epist. 98 *Longomontanus* dubia quædam movet contra *Kepleri* hypothesein lunarem, & epist. 99 refutationem hypotheseos lunaris *Tychoniana* eidem dissuadet: cui respondet *Keplerus* epist. 100, quod eam transformaverit, non refutaverit. Epist. 114 *Ambrosius Rhodius* inter fines studiorum refert virginem piam & dotatam, atq; ideo ex *Keplero* quærit, an non consultam videatur, ut studio Mathematico Medicum jungat, cum antea Theologica tractasset, & epist. 16 *Keplero* significat, quod totus Medicinæ vacet. Epist. 128 *Organus* commendat tabulas solares *Tychonis*, & epist. 130 *Keplerum* rogat, ut, si in æquatione temporis cum ipso non consentiat, non illi eo publice contra ipsum pugnet, sed prius privatim de sua sententia ipsum adnotet. Epist. 133 *Brutius* Italus statuit, mundos esse infinitos, seu potius infinita systemata planetaria circa infinitos Soles; terram ad ovalem figuram propius accedere; Solis & stellarum lumen non ex materia, sed eorum motu procedere; Solem volvi circa axem suum & Planetas sequi hunc motum ita, ut unusquisque tardior sit, quo ab eo distat longior. Epist. 144 *Paulus Viridungus* schema exhibet Institutionum Mathematicarum, quas ad prelum paraverat *Dasypodius* una cum versionibus Autorum antiquorum, qui ad Mathesein spectantia literis Græcis tradiderunt, & calamitates *Dasypodii* recenset, quas conjuges & liberi ipsi attraxerunt. Epist. 151 *Brenggerus* dubia quædam proponit adversus *Kepleri* Paralipomena in *Vitellonem*, & inter alia negat, locum imaginis in speculis concavis & convexis esse in catheto incidentiæ. Ad ea epist. 152 *Keplerus* respondet, simulque funda-

fundamenta iridis explicandæ proponit, quibus *Antonius de Dominis* atque *Cartesius* usi sunt. Experimentum etiam cum globo aqueo eum in finem in camera obscura instituendum commendat. Ep. 156 *Keplerus* testatur etiam *Tychonem* in hanc ivisse sententiam, quod stellis sint incolæ. Ep. 157 judiciose scribit *Brenggerus* ad *Keplerum*: "Scribis te ad aspectum extraordinarios, Quintilem, Biquintilem & Sesquadrum ab experientia meteorologica comprobatos habere; optarim ego hujus experientia specimen videre, nam in tanto aspectuum numero & varietate, qui semper occurrunt, ubi incertus sis, cui eorum mutationem aliquam aeris adscribas, nescio quomodo experimentum capere debeam, vel etiam possim." Simul suam de loco imaginis in speculis sententiam tuetur. Reprehendit etiam *Keplerum*, quod experientia invita focum speculi concavi in centro collocet atque *Magnum* corripiat, qui eum rite in quarta diametri parte locaverat. Ibidem quoque leguntur *Brenggeri* objectiones adversus *Kepleri* hypothesin de natura Cometarum, quam postea excoluit *Hevelius*. Epist. 158 *Keplerus* affirmat, se ad aspectibus nihil tribuere, nisi in genere commotionem naturæ, quæ meteora gignit, ita ut, quod in uno exemplo nix sit, in alio pluvia aut simile quid esse possit. *Brummum*, cum Romæ cremaretur, supplicium constanter tulisse notat. Ipsum ait asseruisse religionum omnium vanitatem, & Deum in mundum, in circulos, in puncta convertisse. Ex literis *Brenggeri* f. 274 traditur descriptio auroræ borealis, quam d. 17 Nov. A. 1608 ab hora 6 in multam noctem *Kauffburnæ* observavit. Epist. 162 *Keplerus* refert, se Pragæ A. 1607 d. 28 Maji vesperi duabus & tribus horis ante Solis occasum vidisse Mercurium in ipso disco Solis. Ex Epist. 171 apparet, quod scriptum Theologicum contra Pontificios edere constituerit; sed suadet *Besoldus*, ne nomen suum præfigat, propterea quod minus gratum futurum existimaverit nostratibus, ridiculum vero adversariis, a *Keplero* defendi eos, qui suis sacris ipsum arcebant. Epist. 175 monet, Mathesin divinitus humano generi datam non tantum ad usus varios, sed etiam ad oblectationem animi honestissimam Deoque gratissimam, ut quæ conjuncta sit cum celebratione sapientissimi opificis. Ibidem ait, se ad-

ad spectum differentiam in sola vehementia & fortitudine ponere: omnibus idem opus bonum tribuere, sc. extirpare facultates animales Telluris ad opera sua. Epist. 181 *Odontius* objicit nonnulla contra lunarium motuum restitutionem a *Tychone* factam. Addit quoque *Prætorii* dubia circa hypothesein Lunarem *Tychonis*. Ad utraque *Keplerus* epist. 182 respondet. Monet autem, *Tychonem* in Lunaribus usum esse opera *Longomontani*, & ei sæpius, cum theoriam Lunarem concinnaret, dixisse: hæc non possum ferre; sed respondisse *Longomontanum*: tu ergo ipse aliud inveni, quod cum tuis consentiat observatis. Epist. 188 *Keplerus* notat errores a *Copernico* in theoria Solis admissos. Epist. 102 Anni Attici formam, qualem ipse opinetur, describit & *Scaligerianam* refellit, & sequenti, in qua queritur, quod *Scaliger* non respondeat, alia addit ad Chronologiam sacram spectantia. Epist. 104 meteora singularia *Serarius* commemorat A. 1607 d. 18 Nov. hor. 3 & 4 mat. observata, auroræ boreali affinia. Epist. 207 *Ziglerus* recenset MSC. Astronomica in *Nicolai Cusani* Bibliotheca, quam ad Mosellam prope pagum *Cusam* in Hospitali crexerat, obvia. Epist. 216 *Keplerus* fundamenta Astronomiæ resitutz exponit, ac sub finem Theologiam ingenioso periculosam pronunciat & gravitatem virilem desiderare judicat. Epist. 222 sua fundamenta iridis explicandæ per refractionem & reflexionem in guttis cum *Harrioto* communicat. *Harriotus* epist. 223 docet, quantum observaverit refractionem luminis in 13 mediis diversarum specierum. Idem epist. 235 autor est, quod, si folium auri interponatur inter oculum & candelam lucentem, lux tota in propria forma perspiciatur, sub viridi tamen colore. Epist. 232 *Pistorius* suadet *Keplero*, ut Theologiam missam faciat, cujus nihil intelligat, cum Pontificiis affingat, quæ nunquam statuerint. Ex epist. 275 apparet, *Keplerum* dissuasisse lectionem Geometriæ *Rami* ad Mathematicum cognitionem adspirantibus. Epist. 284 idem describit sinistram rerum suarum statum, ut moram responsionis dilatæ excuset, seque Geographiam ultra Astronomiæ limites de longitudinibus & latitudinibus locorum non attigisse professus, nova quædam consilia proponit

de

de longitudinibus locorum rectius determinandis sua jungit *Criegerus* epist. 285, qui epist. 286 fatetur, in Borussia non nisi quatuor libri mathematici exemplaria suo tempore disrahi potuisse, quorum nempe unum ipse, alterum Professor Matheseos Regiomontanus, tertium Academia Regiomontana pro Bibliotheca, & quartum Nobilis quidam Borussiae *Melteschinsky* emerit. Idem *Crügerus* epist. 288 scribit, morbum (qui erat febris ardens) adeo pervasisse cerebrum suum, ut aliquid supputare conatus dubitare coeperit, an quater sex esset 24. & epist. 290 quaedam in Astronomia Danica *Longomontani* reprehendit, nonnulla etiam contra trajectoriam Cometicam *Kepleri* objicit. Epist. 293 multa habentur, quae ad novam *Kepleri* theoricam, praesertim lunarem, dilucidandam faciunt. Ideoque utiliter conferuntur cum Epitome Astronomiae *Kepleriana*. Proponit etiam ibidem modum ex tribus datis lateribus inveniendi angulos in triangulo sphaerico, epist. 294 exemplum calculi sui in Jove, & epist. 295 pro eclipsi solari, ubi simul varia recondita in eclipsium doctrina & Astronomia reliqua revelantur. Epist. 297 varia recenset *Keplerus* paradoxa astronomica a se detecta. Epist. 303 *Horckius* describit statum Academiae Borussiae, qualem A. 1610 reperit: ubi notatu dignum, quod lectione finita quilibet auditor potuerit sibi dubia visa oppugnare & Professor coactus fuerit lectionem suam defendere, ridendus ac sibilandus, si nequivisset. Epist. 321 ob rationes probabiles *Keplerus* admittit parallaxin fixarum intuitu semidiametri orbis magni decem scrupulorum secundorum. Epist. 328 denuo iridis fundamenta genuina explicat *Remo*, & in sequentibus multa astronomica habentur. Epist. 342 *Simon Masius* fatetur, quo minus *Copernici* placitis subscribat, ob stare caput primum *Geneleos*; in eo enim plane aliud systema mundanum tradi, quam ratio *Copernicana* ferat, (sc. juxta communem interpretationem, quae in eo productionem totius universi contineri supponit.) Dubium nostra aetate sustulit *Whistonius* in Theoria Telluris. Epist. 343 *Malcottus* tribuit *Keplero* methodum observandi maculas solares, specie Solis per tubum in caeteram obscuram immisso. Epist. 344 *Keplerus*

ostendit, maculas esse nubes solares, quod jam sub finem A. 1611 conjectando assecutus proposuerat, & sub finem recen-
set opera, quæ usque ad A. 1607 prodierant, numero quatuor-
decim. Epist. 346 sub examen revocat *Scheineri* Apellem post
Tabulam, quam ipse tunc ignoraverit, *Scheinerum* esse au-
torem. Epist. 352 fatetur, se de telescopio binoculo constru-
endo frustra laborasse. Epist. 353 prolixissime narrat, quan-
tis animi fluctibus fuerit agitato, cum ad secunda vota tran-
siturus conjugem ex undecim sibi commendatis eligeret, fili-
am arcularii indotatam tandem amplexus. Epist. 384 monet,
quod Consiliarii aulici Casarei catholici rogati negaverint contra
Religionem Catholicam videri, quod naturalibus rationibus disputatur
de motu Terræ, cum censura, qua sententia ista Romæ notata
fuerit, adhuc sit privata. Epist. 388 Animam Solis ac Telluris
describit, cui facultatem percipiendi harmoniam attribuit. Epist.
400 *Florianus Crusius* consensum *Mosis* atque *Hermetis* expli-
care nititur, & epist. 403 metaphysica nonnulla de natura men-
tis attingit, quatenus scilicet harmonias, hoc est, plurium in ma-
teria quantitatum & qualitatum consensum percipit, quod ar-
chetypum illarum harmoniarum in se habet, quæ Cl. Editori
cum systemate Harmoniæ præstabilitæ coincidere videntur.
Monstri quoque injicit mentionem ex sue prognati facie huma-
na, sed larvata cum cucullo monachi, proboscide elephanti,
cauda pedibusque Draconis. Epist. 405 optat, ut *Keplerus*
Harmonicam suam Evangelicam edat, aut exemplar descriptum
communicet. Epist. 451 monet *Keplerus*, quod non omnino
tutum sit fidere Catalogo fixarum *Tychonico*, quia loca fixarum
ex observationibus computata sint per studiosos varios, inveni-
anturque passim errorculi. Epist. 463 scribit *Schickardus*, se
extruxisse machinam undecim integris & sex mutilatis rotulis
constantem, quæ datos numeros statim *automaticis* computet,
addat, subtrahat, multiplicet dividatque, quam epist. 464 ple-
nius describit, non tamen sufficienter. Epist. 483 affirmat
Keplerus, se usum esse terminis usitate Astronomiæ hujus com-
parationis causa, etsi non diffiteatur aliquid obscuritatis inde na-
sci. Algebrae parum favisse videtur, dubio procul quod ejus
in

in Geometria usum ignoraverit ætas ipsius : ita enim illam ad *Crügerum* epistolam finit. „ Precor Deus vota mea tantum secundet, ut quantum temporis in *Coslicis* est perditum a plurimis, tantum in perceptionem mentalis illarum rerum essentiz impendatur. Sic enim philosophiz culturam publicam auctum iri sperarem accessione non contemnenda. Hæc delibasse nobis sufficiat, ut ad exunii operis lectionem eruditos invitemus.

ANTONII A LEEUWENHOEK, SOCIETATIS Regiæ Anglicæ Membri, Epistolæ ad Societatem Regiam Anglicam & alios illustres Viros, seu Continuationis mirandorum Arcanorum Naturæ detectorum.


Lugduni Batavorum, apud Joh. Arnold. Langerak, 1719. 4.
Alph. 2 plag. 4 Tabb. æn. plag. 6.

PROdiere jam antea viri celeberrimi *Leeuwenhoekii* epistolæ 107, quibus varia ad historiam & scientiam naturalem spectantia continentur. Ex intervallo nunc succedunt epistolæ aliæ, numero quadraginta. Ex his centesima octava, quæ hujus Continuationis prima est, scripta Nonis Aprilis A. 1697 ad Societatem Regiam Londinensem, complectitur experimenta quædam magnetica, quæ non adeo magni momenti esse ipse non diffidetur, & præterea relationem de homine jactabundo, qui admiranda per pulverem sympatheticum in curandis morbis se præstare posse gloriatus fuerat. Epist. 109 *Johanni van Leeuwen* uredinis causam expositurus statuit, nigredinem esse a fæco nutritivo extravasato & corrupto, extravasari autem succum, stramentis vel prope spicas, vel alio quovis loco intermedio a procellis, imbribus aut grandinibus ita infractis, ut is per vasa sursum ferri nequeat : quod a veritate alienum esse constat ex iis, quæ *Cl. Wolfus* certiora de uredine in Actis Anni superioris p. 180 prodidit, ubi aliæ extravasationis causa allegatur observationibus singularibus, quas dedit, consentiens. Epist. 110 ad Societatem Londinensem A. 1697 data describit cochlearum

eva, ex quibus cochleæ non excluduntur nisi terræ humidæ permixtis; radices ex grano tritici propullulantes & ingentem animalculorum numerum, quem in materia ex dentis molaris radicum cavitatibus exempta & aquæ puræ pluviz permixta sub microscopio contexit. Ep. III ad eandem Societatem. A. 1698 data oculum scarabæi repræsentat & eorum errorem redarguit, qui scarabæum coccum esse somniant. Addit nonnulla de nervo optico muscarum & vasis sanguiferis in cerebro culicum. Epist. I 12, quam A. 1698 ad *Antonium Heinsium* perscripsit, præ ceteris notatu digna: omnem enim circulationem sanguinis distinctissime delineat. Neque enim solum narrat, quomodo globulorum rubicundorum progressum in arteriis a corde versus extrema corporis & in venis regressum ad cor spectaverit, sed insuper vasorum ramificationes valde subtiles depingi curavit, unde apparet, quomodo sanguis ex arteriis in venas per ramos utriusque vasorum generi contiguos infundatur. Non possumus non ipsam Autoris figuram oculis Lectorum subijcere, in qua sex vasa sanguifera duplo circiter majora exhibentur, quam sub microscopio in angustia paulo infra caudæ extremitatem sub pinnæ finem comparuerunt, intra spatium, quale fere crassum arenæ granum occupare solet. Sunt nempe A, C & E venæ; B, D & F arteriæ. Ex arteria D prodiens ramulus GHIK est usque ad I arteria, ab I ad K & ultra fit vena. Altera ramuli pars HLM arteria manet, donec sanguinem venæ G in M infundit. Similiter eadem vena D per ramulos NO & PQ sanguinem infundit in venam E in O & M, ramusque PQ statim fit vena, alter vero NO totus fere arteria manet. Punctula denotant globulos rubicundos sanguinis. Ex his cetera per conspectum Schematis intelliguntur. Epist. 113 ad *Hermannum van Zalen* A. 1699 scripta Autor sibi vindicat inventionem animalculorum in semine maris, quam sibi asseruerat *Hartscherus* in Dioptrica. Res evidens: nam *Hartscherus* ait se inventum publicasse A. 1678 in Ephemeridibus Eruditorum Parisiis; *Leontenbakius* autem observationes suas ad Societatem Regiam Londinum jam misit mense Novembri A. 1677, in Transactionibus Num. 142 insignitis & pro mensibus Decembri A. 1677 atque

TAB. I.

TAB. I ad A. 1719 M. Jan. pag. 12.



atque Januario & Febuario A. 1678 publicatis editas. Epist. 114 A. 1699 describitur frustulum metalli ex fodina in insula Sumatra effossi, cui multum auri inesse perperam credebatur. Epist. 115 ad *Hermannum van Zalen* eodem anno perscripta notatur albedinis, qua nonnulla in acis folia infecta cernuntur, causam esse exiguos quosdam vermiculos. Notatur præterea formicas non mordere, sed aculeo, quem in corporis parte postica gerant, pungeri. Epist. 116 ad Regiam Societatem Londinensem eodem anno data falsa pronunciat Autor, quæ in *Novellis. Reip. literariæ A. 1699 p. 352* de figura animalculorum in femine virili memoriæ prodidit *Dalepattus* quidam: epistola vero sequente ad eandem perscripta eodem adhuc anno satisfacit objectioni *Lisleri* adversus generationem ex animalculo feminis masculini in Transactionibus Anglicanis n. 247 p. 337 propositæ. Epist. 118 anno itidem 1699 ad rerum Societatis Indicæ orientalis apud Delfenses moderatores data memorat sanguinis circulationem in pede scorpii Indici observatam, licet sanguis rubro destitueretur colore, ut adeo perperam pro animali ex sanguine a veteribus fuerit habitus scorpii. Eandem quoque in epist. 119 anno eodem ad Regiam Societatem perscripta contemplatur in animalculis, ex quibus ranæ prodire solent. Epist. 120 ad Dn. de *Tschirnbausen* anno eodem data disquirat, quid pruritus post morbum efficiat. Causam statuit pilos cutem perforantes & in locum eorum succedentes, qui in morbo deciderunt. Ineptum igitur censet remedium purgans, quod Medici propinare solent. Omnia medicamenta, quæ cum vehementia in corpus agunt, corporibus nostris noxia arbitratur. Ipse quando solito plerumque biberit, Medicinæ loco utitur potu *Caffè* majori copia, quam quotidie moris est; & potum fervidum subito sorbet, ut sudor undique erumpat. Hoc unico remedio usus est, ubi febrim sentiret, nisi quod etiam aliquando usus fuerit potu *Thè*. Epist. 121 ad *Magliabechium* anno eodem data describit animalcula in aquis agros Batavos intersecantibus reperta, ubi & de piscium femine nonnulla immiscet. Epist. 122 ad *Joannem Sloane* A. 1700 data defendit, animalcula, quæ in oviun ductibus bilariis exulcerationem in hepaticibus efficiunt,

cum aqua pluvia in pratis residua bibi. Describit præterea circulationem sanguinis in pedibus ranæ exiguæ simulque vermiculos vivos in ejus excrementis. Epist. 123 ad *Nicolaum Bogardum a Belois* anno eodem data antipathiam inter lacertam & scorpium commemorat atque sanguinis in lacerta circulationem depingit. Repræsentat denique aculeum scorpii apertura quadrata præditum eaque gemina, immo totius caudæ anatomem. Epist. 124 ad *Henricum Bleisvicium* data A. eodem Milipedam Indicam describit, & quod quatuor diversis in locis venenum in cutem intrudere possit monstrat. Epist. 125 ad *Fridericum Adrianum Baronem Rbedæ* anno eodem data squillarum anatomem tradit. Epist. 126 ad *Antonium Heinsium* A. 1700 data in ortum materiam bituminosam in Belgio, quam incolæ *Veen* vocant, inquirat. Epistola 127 nihil memorabile continet. Epist. 128 ad *Joannem Sloane* A. 1700 data de circuitu sanguinis in exiguo pisciculo, quem Belgæ *een Botje* vocant, prolixè agit. Epist. 129 ad *Antonium Heinsium* anno eodem data de materia bituminosa in vico dicto *Hellewetsluys* dissemit & de fragmentis animalculorum in ea repertis. Epist. 130 anno eodem ad *Joannem Sloane* data vermiculos examinibus microscopis subjicit ex Anglia ad ipsum missis, qui in muscam mutatus & ejus generis fuit, quales ut plurimum in calcis putredini obnoxiiis reperiuntur. Epist. 131 ad personam quandam Serenissimam A. 1700 data de pressione aeris affert satis trita. Ep. 132 ad *Joannem Sloane* anno eodem scripta de vermiculis in pupulas mutatis agit, ex quibus muscæ exiguæ prodire. Narrat quoque nonnulla de coitu muscarum, ex. 55. quod femellæ alium renuant, postquam semel coierunt. Ep. 133 ad Anonymum anno eodem data de apibus agit, quibus non plus scientiæ ac ingenii adscribendum esse contendit quam aliis animalibus. Eos favos suos non construere in modum artificis solertis, sed pro ratione oculorum suorum ac inodo, quo ii in capite locati sunt. Quam vulgo Regem vocant, eam esse femellam, ceteras omnes mares, qui cum ipsa coeant. Epist. 134 ad *Joannem Sloane* anno eodem data quoddam muscarum genus describit, quod copiosum folia arborum fructiferarum obsidere viderat. Epist. 135

ad

ad eundem A. 1701 data sistit animalcula in semine arietum, & Epist. 136 ad eundem A. eodem scripta vermiculos in partibus nodosis foliorum salicis. Epist. 137 ad Societatem Regiam Londinensem anno eodem data exhibet animalcula in semine aselli majoris, quem Belgæ *Kabbeljauw* vocant; epist. 138 vero ad eundem data circulationem sanguinis in pedibus araneorum nigricantium, ubi & de pedibus, oculis, aculeis, dentibus earumque telis differit. Aculeos binas habere aperturas, ex quibus earum venenum ita dictum profluat. Duplicem esse dentium seriem, quorum singulis aculei singuli includantur. Epist. 139 ad *Joannem Sloane* anno eodem data refellit hominum jactabundorum assertiones vanas de microscopiorum præstantia, & experimento probat, exhalationes per microscopia non posse dignosci. Epist. 140 ad Societatem Regiam A. eodem scripta refutat commentum anonymi, qui sibi visus fuerat videre in vasis animalium varios succos præter sanguinem discurrere. Nimirum cum succorum varietatem ex varietate colorum arguerit; Noster excipit, coloris varietatem in uno eodemque sanguine solummodo dependere a vasorum sanguiferorum tenuitate aut crassitie. Addit nonnulla de circulatione sanguinis in exiguis anguillis. Epist. 141 ad *Frid. Adrianum Baronem Rbedæ* A. eodem data de telescopiorum usu in libellandis aquis tractat, & tubum tribus ocularibus præditum præfert communibus, qui unum tantum vitrum oculare habent. Tubos vitreos aqua repletos in libellatione aquarum rejicit, quod vitriarius construere nequeat tubos ejusdem per totum crassitie atque cavitatis. Inde enim infert, bullula aerea in medio quiescente, externam tubi superficiem non esse horizontalem. Epist. 142 ad *Joannem Somerum* A. eodem data agit de animalculis in semine masculino gallorum gallinæorum vix semiadultorum; atque inde, quod tum jam vivere incipiant, rationem reddit, cur vix semiadulti galli jam vexent gallinas adultas. Epist. 143 Regiæ Societati Londinensi inscripta commemorat multitudinem incredibilem animalculorum in semine araneorum detectam. Ea tam parva deprehendit, ut centena myriadum millia simul sumpta milii granum non æquatura existimet. Epist.

144 ad *Henricum Bleyroicium* A. 1702 data in scenam producit animalcula in aqua canali plumbeo contenta reperta. Epist. 145 ad Societatem Regiam Londinensem A. eodem data de asthma curatio agit. Totum artificium huc redit, ut aer, quem inspiramus, balsama pulmonibus proficua secum eo afferat: quod obtineri posse sibi persuadet, aere per tubum attracto, qui obturatus subere vel linteo, quod Belgæ *Meteldek* vocare solent, balsamis infecto. Recenset deinde varia, quæ circa pulmones ovium infectos observavit. Epist. 146 ad Serenissimum Principem *Carolus Hassiæ Landgravium* anno eodem perscripta, quæ ultimam in præfenti collectione locum tuetur, de filis, quæ a bombycibus confici solent, prolixè commentatur. Singula fila duplicia esse reperit, quæ a se invicem separari possunt. Plana sunt, unde eorum splendorem derivat Noster. Non ex bombycum ore prodeunt, sed ex peculiari organo infra os sito. Hac data occasione alia addit, quæ ad bombycum historiam naturalem spectant, & cum *Malpighianis* conferri merentur.

PHILOSOPHICAL LETTRES BETWEEN
the late learned Mr. RAY and several of his ingenious Corres-
pondents &c,

hoc est,

EPISTOLÆ PHILOSOPHICÆ VIRI DO-
ctissimi RAY & aliorum Virorum ingeniosorum, tam con-
terraneorum, quam exterorum, quibus commercium lite-
rarium cum ipso intercessit. Adduntur epistolæ FRAN-
CISCI WILLUGHBY, Equitis, edente WILHEL-
MO DERHAM, Serenissimi Principis Wal-
liæ Georgii Diacono & S. R. S.

Londini, apud Wilhelmum & Johannem Innys, 1718, 8.

Plag. 25.

CL. Editor omnes edidit literas, quæ vel ad *Rajum* celeberrimum, vel ab ipso ad alios scriptæ sunt, sed eas tantum, quæ continent publica luce non indigna. Digessit eas ordine quo

quo scriptæ sunt. Alias integras, alias truncatas exhibet, re-
fectis scilicet iis, quæ publicum ignorare poterat. Multa in
illis continentur, quæ historiam naturalem, imprimis quadru-
pedum, avium, piscium, insectorum, plantarum, fossilium, fon-
tium &c. illustrent. Varia etiam ad historiam literariam spe-
ctantia occurrunt. Nos quædam, quæ ad plurimorum sunt pa-
latum, hinc inde excerpemus. *Manna frondis*, quæ in fraxi-
ni frondibus colligitur, vulgo ex aere in frondes nocturno tem-
pore instar rosis decidere creditur: sed *Cornelius* in literis ad
Rayum perscriptis experimentum commemorat, quo didicit,
illam ex ipsis arborum foliis exhalare. Linteo scilicet circa
vesperam fraxini frondes velavit, & mane folia rosido melle
imbuta invenit, linteo minime infecto. *Listerus* in literis ad eun-
dem scribit, *Aristotelem* in historia naturali non satisfacisse
tantis adjumentis, quorum meminit *Plinius* ei ab *Alexandro M.*
præstitorum. Monet se deprehendisse, quod turpissime erret.
Albertum, *Cardanum* ceterosque id genus homines ineptire,
ut pœniteat operæ iis evolvendis impensæ. *Aldrovandum*
confecisse locos communes; fuisse tamen virum ingeniosum.
Ex frequentiori opii, quamvis optime præparati, usu funesta
tandem symptomota consecuta esse *Rayus* annotavit. *Liste-
rus* cochleam reperit, cujus spiræ e dextra in sinistram partem
flectebantur, cum constans inter doctos opinio sit, a septentri-
onali æquatoris parte cochleas omnes a sinistra dextram versus
torqueri. Transfusi ex arteria ovis in venam humanam san-
guinis exemplum commemorat *Philippus Skïppon*: araneas
filum ex ano ejaculantes, quo modo robustissimus juvenis e ve-
fica distentissima urinam, *Listerus* in scenam producit. Ob-
servavit etiam, hoc aranearum genus, dum per aerem volat,
anterioribus pedibus celerrime circumactis filum in plures ul-
nas protensum atque in aere fluctuans ad se retrahere inque
glomerem aut floccos implicare. Hanc originem assignat
telarum magna copia cœlitis delapsarum, quas vulgo *capilla-
menta Veneris* vocant & de quibus, ut ipse bene monet, magnæ
nugæ apud scriptores etiam recentissimos occurrunt. Addit
idem, quamvis alia in epistola, araneas istas volatum exerceæ,

C

ut cu-

ut culices aliasque bestiolas capiant, quarum incredibili vi æt circa autumnum repletur: se enim in telis illis membra culicum decerpta sæpius reperisse. Testatur quoque, se suis oculis, quotiescunque tentare voluerit, vidisse aculeos formicarum, de quibus nonnulli dubitant. *Rayus* betulam & acerem majorem medio mense Februario cum incideret, non obstante frigoris postea insecuti vehementia, diu noctuque liquor nutritius continuo exstillabat, etiam si in stirias concreveret, antequam in vas delaberetur. In alno, fraxino, corylo & castanea simile quid frustra tentavit. Dedit idem anatomiam delphini, piscis marini & se pudere fatetur fabularum Botanicarum, in quibus conficiendis se opera ipsius usum esse prodidit Episcopus Cestriensis, cum sint confusæ & errorum plenissimæ, trium tantum hebdomadum opus. *Skippon* exhibet inscriptionem in monumento antiquo A. 1669 ad Luddi portam effosso, in quo figura militis lapidi incisa comparet.

D M

VIVIO MARCI
 ANO 7 LEG. II.
 AVG IANVARIA
 MARINA CONIVNX
 PIENTISIMA POSV
 IT ME MEMORIAM

Rayus sibi persuadet, inter omnes nationes Germanos omnium minime Veneri esse addictos, atque hanc rationem reddit, quod vinum & alios liquores generosos immoderate hauriant. *Hulsius* de telis arenearum propriis observationibus confirmat, quæ ante ex *Listeri* observationibus retulimus. De primæ inventionis gloria disceptatum est inter *Hulsum* atque *Listerum* in Transactionibus Anglicanis. *Rayus* ad *Listerum* scribit, quod *Hulsius* prior sibi eandem communicaverit, quamvis saltem ex parte. *Wilhelmus Petty* observavit, frustum ligni triangulare constanter in aqua ita deferri, ut basis angulo acuto opposita sit anterior, etiam eidem situs contrarius conciliaretur. *Rayus* fatetur, se in catalogo plantarum noluisse de Botanicis antiquis & recentioribus censuram exercere, ne crabro-

nes

nes irritaret, & monet se e nomine suo primam literam W (*Wray* enim primum appellabatur) ideo abjecisse, quod eam olim, antiqua & patria scriptione immutata, citra idoneam rationem adsciverit. *Jessopius* autor est, spiritum vitrioli, spiritum salis & omnes spiritus acidos mutare succos herbarum, florum & baccarum, cujuscunque coloris fuerint, in rubrum, & alcali resistere colorem pristinum: non tamen negat, dari quasdam regulæ exceptiones, licet pauciores, si experimentum rite fiat. *Robinsonius* certiore reddit *Rayum*, quod *Tournesortius* magna cum veneratione de ipso loquatur, circa *Bisfortam* tamen *Alpinam* ab eo dissentiat, contendens, duas ab eodem species confundi: quem errorem monitus agnoscit *Rayus*, etsi ignoraret, quis esset *Tournesortius*, cum enim ipse Parisiis fuisset *Fonsquetus* demonstraverat plantas in horto regio. Idem *Robinsonius*, vidit scorpiones Montepessulano in vallo repentes, & ab hominibus curiosis accepit, quod animalia juxta eos collocata motibus convulsivis corripiantur, quodque in extinctis sanguis semper coagulatus deprehendatur. Vidit etiam triste spectaculum Bononiæ, cum negligentia vetulæ ædes *Malpighii* cum ejus libris ac *MSC.* ferale flamma absumerentur, miratus Viri patientiam & constantiam. Romæ didicit præparationem laccæ ex resina cupressi, qua corpora illita dicuntur præservari usque ad finem mundi. Præparatio describitur p. 158 *Tysonis* Anatomiam Phocææ exactam vocat *Rayus*. Disputat idem cum *Robinsono*, an dentur in natura elementa seu particula naturaliter indivisibiles ac immutabiles, ipso affirmativam, hoc negativam defendente. *Johnson* in methodum inquisivit virtutes medicas plantarum per signaturas ipsarum detegendi, & spera successus ab initio concepit; sed cum intellexisset, *Grewium* in ea investiganda inanem operam sumxisse, a proposito desistit. *Lloydius* autor est, circa Oxonium majorem reperiri lapidum figuratorum varietatem, quam in historia sua descripsit *Plot.* Determinationem numeri plantarum si non absolute, minimum moraliter impossibile esse censet *Rayus*, & multum disputat contra eos, qui sibi persuadent, novas species plantarum hodiernum quotannis generari & alias

interire. In appendice comparent quoque aliquot *Barrowii* literæ ad *Willughbbejum* de rebus geometricis, sed quæ post inventum a *Leibnitio* calculum differentialem & summatorum non magni sunt momenti. Additur confessio fidei, quam moribundus edidit, cum Vir Reverendus *Pykius* sacram ipsi cœnam administraret, ut viatico instructus ex hac vita in alteram securus migrare posset. Hæc delibasse specimina nobis sufficiat: specialiora ad Bôtanicam, zoologiam, ichthyologiam & ornithologiam spectantia, quæ magno numero occurrunt, talium curiosis propria industria evolventa relinquimus.

D. LAURENTII HEISTERI, ANAT. ET Chirurg. Profess. Altorfni, Epistola ad Collectores Actuum Eruditorum Lipsensium: qua respondetur Epistolæ cuidam, Diario Eruditorum Parisiensi nuper insertæ, & controversia de cataracta illustratur.

Pervenit ad nos haud pridem Epistola *Geisleri*, Chirurgi Norimbergensis, quæ in Diario Eruditorum Parisiensi mensis Maji exhibetur, perscripta ad *Wolbustum*, Ocularium, Lutetii Parisiorum degentem; in qua observatio describitur de cataracta membranacea, Norimbergæ in muliere, præsentibus Medicis celeberrimis, nimirum D. D. *Lochnero*, *Thomast*, *Bschevero*, *Gackelio* & *Widmanno*, reperta, quaque epistolæ hujus Autor orbi erudito persuadere voluit, meam de cataracta doctrinam nunc everfam esse. Sed quoniam hic aliique nonnulli veram meam sententiam non rite intellexerunt, aut forte intelligere noluerunt, triumphum ante victoriam cecinit. Quapropter liceat mihi paucis mentem meam tum de hypothese mea in universum, tum sigillatim de observatione illa aperire: sic enim manifestum fore spero, eam meo systemati ne quidem esse contrariam; multo minus illud evertere. Præ omnibus vero mihi demonstrandum incumbit, *me non tantum absolute sine limitatione aut restrictione humorem crystallinum cataractæ causam statuisse*, uti Autor illius epistolæ perhibet: quia non solum es ipsi, sed etiam Clarissimis illis Medicis

dicis jam dudum coram declaravi, me quidem; tot inductum experimentis, tam aliorum præstantissimorum virorum, quam meis, in oculis, cataracta laborantibus, institutis, ubi eousque crystallinus opacus, & nulla membrana, repertus fuit, crystallini opacitatem causam cataractæ statuere. Verum licet nullæ adhuc membranaceæ cataractæ certo demonstratæ fuerant, *asseveravi tamen, tales quandoque dari posse*, meque eas a causa cataractæ non excludere velle, si modo prius rite fuerint probatæ. Præterea in Tractat. mea de Cataracta, Anno M DCC XIII edita, variis in locis, præsertim vero pag. 216 perspicue indicavi, *me membranam a causa cataractæ non prorsus excludere, modo prius certo probetur*: hinc desideravi tantum ibidem membranaceæ cataractæ per certa experimenta demonstrationem; eam enim si demonstraverint secundum requisita ibidem a me proposita, *ultra tunc me profiteri velle, veterum hypothesis simul cum recentiori stare posse*: hoc enim sine probatione, admittere velle, ubi tot experimenta aliud docebant, Philosophi aut prudentis Medici haud esse credidi. Et licet primum in Tract. de Cataracta membranaceas in universum negaverim, factum hoc est, quia tales per tot annos nusquam reperiri potuerunt; & contrario vero in quamplurimis oculis, quos cataracta laborare præstantissimi quivis Medici atque Chirurghi pronuntiarunt, semper nonnisi crystallini opaci reperti sunt. Quo tamen non obstante generale illud assertum in eadem adhuc tractat. restrinxi, & conditionem posui, sub qua etiam membranaceas cataractas admittere velim: nimirum si certis experientis prius repertæ & demonstratæ fuerint; rei enim dubiæ probationem qui desiderat, ille profecto eam non absolute negat. Propterea paulo post in eadem adhuc pag. 216 ita pergo: *si etiam fortasse vulgaris sententiæ propugnatores cataractæ membranaceæ vera exempla tandem producant*, tamen hæc recens systema mentis non diruent, ob longe plura experientia quæ pro se habet; *sed solummodo eis probant interdum etiam veram cataractam esse posse membranaceam.* Ex quibus opinor, a præiudicio liberis satis patet, me membranaceas cataractas non prorsus negasse; sed e contrario verbis perspicuis alle-

is afferente, *cataram veram esse interdum posse membranam* ctam, *si modo id prius certis experimentis fuerit comprobatum*, Tertio, postquam cogoveram, *Wolhusum* hanc meam mentem ex primo meo Tractatu non rite percepisse, eumque credere ac si absolute omnes membranas in cataracta negarem, ad prejudicium hocce ipsi eradicandum, in epistola mea secunda jam An. 1715 ad ipsum data (quam in Apolog. mea pag. 80 legere licet) his tandem verbis pag. 87 meam circa hoc momentum sententiam ipsi aperui: *Morbum, quem veteres (addo & recentiores) pro cataracta vulgo habuerunt, & curarunt, in lente crystallina PLERVMQUE CONSISTERE, ET LONGE FREQUENTIUS, QUAM IN MEMBRANA &c.* Quibus verbis ipsi denuo quam clarissime indicavi, me statuere, cataractam plerumque tantum in crystallino consistere, at non semper, *Wolhusum*, *Wolhusum* frequentius quam in membrana. Hinc miror, *Wolhusum*, *Wolhusum* affectas, explicatione etiam hac facta, tamen longe aliam mentem mihi nunc affingere & quasi obtrudere, contra verba hæc adeo perspicua, & tali experimento me jam convictum proclamare, cum tamen recte loquendo meæ hypothesei hand adversetur. Quarto ipsa Acta vestra An. 1718, mense Novembr. ubi tractatus mei compendium exhibuerunt, clare indicarunt, *me non absolute negare, membranam esse posse causam cataractæ, & idcirco me in hoc puncto sententiam ab omnibus aliis diversam fovere*: hinc & ex his mentem meam rectius intelligere potuissent mei adversarii. Accedit quinto, quod in Apologia mea, tanquam in curis posterioribus (secundum quas scriptoris sententia judicari debet) antequam adhuc certum experimentum de membrana in homine innotuerat, illam meam hypothesei vel centies exposuerim; monuerimque, illos frustra me oppugnaturus esse, qui per aliquot observationes cataractarum membranacearum meum systema evertere velint. Hinc non video, quare post hæc omnia tam clare proposita, aliam jam mentem mihi affingant. Quæ cum ita sint, minime fieri potest, ut unum vel alterum, imo aliquot talia exempla meam hypothesei falsam efficere & convellere queant; maxime quia hæc exempla adhuc sint rarissima, & hoc

hoc primum fuerit genuinum, quod intra duodecim annos, dum hæc controversia agitatur, contra tot crystallinos opacos, innotuit, atque Parisiis huc usque simile non fuerit observatum; quamvis ibi magna copia perpetuo sit cataracta laborantium; ex eo ipso autem patet, *membranas non nisi rarissime occurrere*. Permitto igitur hanc causam publico, id est, prudentibus & expertis dijudicandam: utrum hoc exemplo mea sententia sit destructa, an potius ea adhuc cum veritate & experientia consentiat: & annon potius vulgaris sententia, *qua membranas morbosas frequentissime, crystallinos vero opacos rarissime occurrere docet*, jacti falsa & eversa appareat; præsertim cum simul in illa observatione in oculo dextro crystallinus prorsus opacus, in sinistro autem jam aliquo modo flavescens fuerit repertus: sicuti D. *Widmannus* in scripta sua relatione me certiore fecit. Ceterum ad sententiam meam uberius comprobendam, illud præterea monere volui, me anto superiori, mense Octobri, in juvene viginti annorum, & nuper adhuc die 3 Novembr. in cane, præsentibus variis Doctoribus, Professoribus & studiosis oculos, quos omnes præsentibus cataracta laborare agnovimus, dissecuisse, & in eis crystallinum opacum, nullam vero pelliculam reperisse; id quod nunc in duobus oculis humanis, & tribus caninis, videre mihi licuit. In juvene illo crystallinus opacus tam firmiter oris pupillæ erat adnatus, ut profecto pro *Glaucomate* haberi non potuerit, quod profundam post pupillam opacitatem requirit. Adhuc varii, iique doctissimi Medici, observationes meas similes mihi perscripserunt: & inter hos primum publice collaudo Excell. D. *Mauchartum*, Medicum Wurtembergicum, & Collegam Acad. Nat. Curios. dignissimum, qui duo exempla crystallinorum opacorum observavit. Deinde D. *Weismannus*, Medicus primarius Civitatis Imperialis Winsheimensis in Franconia, & in Anatomie exercitatissimus, nihil significavit, se varios oculos cataracta affectos haud pridem dissecuisse, & semper crystallinum opacum, nunquam membranam reperisse. Ita & celeberrimus Medicus Hamburgensis, *Sprengelius*, se crystallinum opacum in tali oculo invenisse mihi retulit. Præterea Doctiss. D. *Wenkerus*, Argentoratensis, Medicus &

cus & Anatomicus præstantissimus in Civitate Imperiali Nero-lingenfi, cataractæ naturam investigandi gratia anno superiori primo oculos dissecuit viri, qui ambo cataracta laborarunt, in quibus nihil præternaturale, quam crystallinum utrumque opacum invenit. Deinde (quod exemplum notatu dignissimum) hoc anno, tempore veris, idem laudatissimus Medicus rursus oculos viri cujusdam aperuit, in quibus operatio cataractæ tres annos ante mortem fuerat peracta : eo successu, ut in dextro visus ad mortem usque integer duraverit; in sinistro vero, postquam aliquandiu vidit, tandem rursus perierit. In utroque hoc oculo, præsentibus Chirurgo & operatore Nerolingenfi satis celebri, cui nomen *Langii*, & duobus hujus Amanuensibus, sive famulis, itemque *Wenkero* filio, Medicinæ Candidato, crystallinos opacos depressos, sub vitreo, in fundo oculi reperit; nullam vero membranam morbosam. Haud secus Vir Clarissimus *Morgagnius* Patavio mihi scripsit, celeberrimum *Valsavam* in oculo cataracta affecto crystallinum opacum deprehendisse; idem sapius hæctenus Parisiis observatum esse, varii amici mihi retulerunt. Et quantumvis Ampliss. Doctissimusque *Lancisus* VIII Kalend. Jun. hujus anni, tria exempla nobis perscripserit membranarum, morbidarum, quas in sectionibus repererit, tamen longum abest, ut hæc numerum crystallinorum opacorum æquent, ut multo minus superent; sed cognoscitur potius nostram sententiam sibi adhuc constare; præsertim cum ipse *Wolbusus* largiatur, quindecim semper vel viginti crystallinos opacos repertum iri, pro una cataracta membranacea. Inter illas autem Ampliss. *Lancisi* observationes admodum singularis una recensetur, ubi simul vitreus opacus erat, duritiemque fere osseam induerat, crystallinus vero resolutus reperiebatur; in altera vero humor aqueus pene desiderabatur, & crystallinus ad colorem flavum propendebat; in tertia denique crystallinus quoque ad colorem flavum inclinabat, ita ut etiam ex his appareat, in omnibus his exemplis crystallinum simul læsum fuisse, numerumque crystallinorum morbidorum longe excedere cataractas membranaceas, id quod & veteres & recentiores ignorarunt, plurimique eruditorum sine mea, qualicunque industria, adhuc ignorarent.

Nisi

Nisi igitur in posterum plura exempla membranacearum cataractarum producantur, quam crystallini opaci jam reperti, & adhuc in posterum reperientur, constabit sponte, vulgarem sententiam (quippe quæ illud docebat) falsam esse, meam vero cum experientia convenire, Unicum tantum adhuc hic addo, nimirum me a *Geislero* olim desiderasse, ut ad sectiones talium oculorum me accerferet: id quod etiam promiserat, sed nescio quare hoc non fecerit, meque incio illos dissecuerit: forte quædam in illis oculis adhuc observassem, ad quæ alii, ad quos hæc controversia haud attinet, non attenderunt.

JULII PONTEDERÆ, PISANI PHILOSOPHI & Medici, Compendium Tabularum Botanicarum, in quo Plantæ CCLXXII ab eo in Italia nuper detectæ recensentur.

Patavii, apud Joannem Manfre, 1718, 4.

Alph. i plag. 5½. chart. august.

CUM illi hominum classi adscribi nunquam non gesserit Clariss. Pontedera, qui & animo & corpori invigilantes modo ingenio modo viribus exercentur, atque ea ratione præclari facinoris aut artis egregiæ famam laudemque quærun, animi usu corporisque exercitio vicissim ætatem exercere, recreare animum labore & motu, mox ab illo ad literarum culturam redire, prima ejus studia fuere. Quamobrem non artes solum illas, quas liberales vocant, attingit, sed ad illas etiam, a quibus plerique delicate nimis refugiunt, descendit. Vites namque nunc in ordinem redigere, nunc in mergos curvare, modo inferere, modo putare, rastris semina cooperire, & ad similia manum admovere ingenuis viris indigna ei non fuerunt visa. Quæ etiam vivendi ratione aliquam, supra ætatem, de plantarum historia cognitionem adeptus est. Et cum interea magis atque magis indies celebrarentur Tournesorii postremæ Institutiones, tanti viri fama allectus Noster ad Botanicen ferri majoreque studio quam pro consuetudine rapi sibi visus est. Non autem statim extremam aliquam orbis partem peragrarè proposuit, sed sibi gloriosius suisque populis utilius fore ratus, si unus-

D

quis-

quisque eam provinciam, in qua natus, & cuius nomen præ se fert, ceteris post habitis perlustrandam susciperet, omnem laborem impendendum esse putavit, ut, quanta fieri potuit diligentia, Italiæ partes, & eam potissimum, quæ Cisalpina vocatur, utpote his temporibus minus pervagatam, rimaretur. Ordinem quod attinet, quo omnes plantas suo privatim interserviensi usui dividere solitus est Clariss. Pontedera, eas bifariam separat. Prima pars earum est, quæ certo ordine producuntur atque generantur, semine nempe vel gemmis, unde *certa* dicuntur; altera earum, quæ obscuro & incerto procedunt, aut quarum natura, productio atque generatio adhuc ignoratur, unde *inversa* appellandæ. Certe iterum bifariam dividuntur; aliæ enim gemmas extra terram ferunt, aliæ minus; illæ arbores & frutices, hæ suffrutices & herbas complectuntur. Arbores & frutices vel florem perfectum edunt, vel imperfectum. Flos perfectus est, qui consistat petalis, vel pluribus, vel unico; imperfectus, qui non ex petalis sed filamentis quibusdam dependet, ut stamineus amëntæceus. At herbarum & suffruticium nonnullæ semina tantum ferunt, orbatæ, ut communis est sententia, floribus, hinc *imperfecta* dicendæ; reliquæ vero, quæ semen & flores obtinent; *perfectarum* nomine veniunt. Hæ quoque vel florem imperfectum producunt, vel perfectum, huncque aut unico aut pluribus petalis efformatum. Incertarum vero nullæ dantur classes. In reliquis fere religiose Tournefortium sectatur Noster, quem virum tantum in hac arte iudicat, quantum omnes Botanicos simul. In hoc tamen ab eo declinat, quod inverso ordine incedat. Cum enim Tournefortius ex perfectis plantis ad imperfectas procedat, Autor in hoc tractatu ex imperfectis per perfectas ad perfectiores quasi per gradus quosdam ascendit. Quocirca initium ducit a plantis incertis, deinde transitum facit ad perfectas, herbas nempe & suffrutices, postremo pervenit ad perfectiores, quæ sunt arbores & frutices. Hæc de Cl. Autore, ejusque methodo plantas in ordinem redigendi ex præfatione Tabulis his præmissa cum L. B. communicare libuit, specimine quodam ex ipso Compendio supersedere nos posse existimantes. Hoc unicum addimus, adjectam esse calci ejusdem

dem Epistolam Autoris ad Guilielmum Sheratdum, Anglum, in qua & de his & de alijs Tabulis, ut & Scripto de Cicada edendis agitur; quibus feliciter perficiendis ut Deus vitam Cl. Autori atque sanitatem concedat, omnes boni nobiscum precantur.

M. FRANCISCI WOCKENII MEDITATIONES privatae, Theologico-Philosophico-Criticae.

Tomus II.

Lipsiæ & Lubenzæ, apud Georg. Vossium, 1718, 4.

Alph. 1 plag. 2.

L Abori non ita pridem cæpto, cujus Tomum primum Men-
se Martio p. 118 superioris anni laudavimus, porro hic
Clarissimus Autor insudat, nostro, quod in præfatione fate-
tur, calculo, ad molienda ulteriora non leviter excitatus,
scopoque, dum cuique illud Apostoli commendat, *κατὰ τῆς*
ἀληθείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, 2 Cor. XIII, 8, si quisquam
alius, intentus. Viginti quinque, quas vocat, meditationibus
opus, de quo tradimus, absolvit omne, quæ ad enodanda diffi-
ciliora Scripturæ loca & involuta alia, necdum satis exposita do-
ctrinæ cœlestis capita spectant, non levi studio complexus. *Θε-*
μέλιον doctrinæ fidei, & *συναξία* Apostolica invicem discernit,
dum illud, *quod primum in rudiori ponitur, ut deinde alia in-*
adificari queant; hæc vero *prima Christianismi rudimenta*,
imo initia doctrinæ cœlestis, quæ in mentis nostræ *תורה ותורה*
primum excitentur, esse contendit. Necessitas Ebrææ Linguæ,
editusque *Theaurus Philologico-Theologicus* dissertationes in
varia V. T. loca complexus, alibi, contra Autorem *des Me-*
moires pour l'Histoire des Sciences & des Beaux arts, recte vin-
dicatur, ac in demonstranda DEI existentia, adductis variis va-
riorum demonstrandi mediis, ubi modo ex structurâ humani
corporis, cum Detardingio, modo ex oculo, cum Sturmio, ex
corde, cum Hanbergero, ex aure, cum Schmidio, ex manu hu-
mana alii, Deum esse, docuerant, Aristotelica demonstrandi ra-
tio non plane contemnitur, additis simul aliis demonstrationis
hujusmodi mediis, quæ inter *tonitrua, spiritus, animalium dis-*
crimen, brutorum scilicet, & ratione præditorum, *amorem na-*

Præf.

p. 2. 4

649.

2 F.

- p. 22. *turalem*; Solem reliquosque *Planetas*, referri cupit. Trinitatem Sanctissimam ex loco, 2 Sam. XXIII, 3, docet & per **מִשְׁכָּנֶךָ** 32. *Sceptrum*, Gen. XLIX, 10, non externam Regiam, aut Ducalem potestatem, sed mysticum Regnum Dei & Christi in Ecclesia Judaica intelligit, crucemque Criticorum, vexatissimum locum, 42. Pf. XXII, 17, ita pertentat, ut Ulmanni, Hilleri, Vareniique, præ reliquis, approbet sententias, suamque subjiciat ita: *Pro Leone* 44. fuerunt manus meæ, & pedes mei, i. e. infectati me sunt non ut cervam, quam dilaniari venatores non sinunt; sed ut in leonem in me lævierunt. Vestigia crucis sub veteri Instrumento persequitur alibi, explicatis simul Scripturæ locis, quæ quotidie non occurrunt; qua occasione crucifixionem inter Judæos V. T. 58 seq. fuisse in usu, dubitat, signumque Ezech. IX, 4 frontibus impressum, retulisse crucem, pro certo exploratove minime agnoscit. 64. Oliger ille Pauli quis fuerit, curatius exponitur alibi, quando de derelictione Christi bene appositeque tradit. Trilleriana aliis 73. mira propemodum videatur, & approbanda modis omnibus exegesis; Nostro sane illa in triduo mortis Christi, & alibi, tum 85, seqq. vero etiam in definiendo resurrectionis momento, satisfacit minime, quam & ideo data aliquando opera emendat. Spiritum qui nondum fuerit, Joh. VII, 38 seq. de *Spiritu S.* exponit, a *Θεογενήτων*, tum adhuc exinanito, nondum solemniter dato, vitamque fidei *internam & externam* per opera sese exerentem, postea rectissime explicat, dum sententiam *τὸ δὲ δὲνα*, latronem in cruce dudum antea fuisse conversum, strictim rejicit, probatamque diu piis Theologis, a difficultatibus, quibus videbatur obsepta, liberat; & quæ supersunt plura, studiose potius in ipso libello perlegenda, quam manca, ac interrupta serie hic recensenda, hoc cumprimis tempore, quo, laudando omnibus instituto, divini Codicis loca enucleasse, majori sibi haud pauci gloriæ ducunt, quam si leves sæpe Poetæ, vel Historici profani syllabas apicesque insigniori, quam pro boni publici indigentia, studio fuerint venati.

Sortgesegte wichtige Vorurtheile in Glaubenssachen.

h. e.

SECU-

MENSIS JANUARIi A. MDCCXX. 29

SECULI MODERNI PRÆJUDICIA FIDEM
concernentia, cum auctario, Autore M. CAR. GODOFR.
ENGELSCHALL, Concion. Aul. & Reg.
El. Sax.

Lipsiæ, apud Augustum Martini, 1719, 8.

Alph. I plag. 6.

Quale Max. Rev. Autoris institutum sit, quo ve præsens hocce Opusculum collimet, in Act. A. 1716 p. 259 indicavimus, cum de prima ejusdem Editione exponeremus. In altera hacce non solum quamplurima *οψείματα* typographica diligenter sunt emendata, verum & ista decem præjudiciorum accessione est locupletata. Initio confutantur illi, qui persuasum sibi habent, divinum Numen immediatis adhuc revelationibus cum mortalibus agere solere, adeoque Enthusiastarum ac Neo-Prophetarum deliria vel probant, vel penitus rejicere detrectant. Secundo loco ostenditur, quam inepte atque immerito Arnoldi Hæresiologia pro utili & egregio libro a multis habeatur. Tertio capite commonstratur Jansenismum & Quesnellianismum multum adhuc a celestis veritatis norma recedere, licet in quibusdam partibus non penitus sit improbandus. Quarto de Polygamia & Concubinatibus, Christianis minus licitis, agitur. Quinto defectus naturalium virium in rebus spiritualibus demonstrantur. Sexto varia, quæ ad Sabbathi sanctificationem pertinent, discutuntur. Septimo illud refellitur axioma: Fidem simplicissimam optimam fidem esse. Octavo Schurmanniana examinatur *Evangelia*; quemadmodum Nono Dippelii Scripta. Denique hodiernam Judæorum religionem ad consequendam æternam salutem minus aptam esse, idoneis rationibus declaratur. Adeoque & hanc accessionem multis profuturam esse, nihil dubitamus.

B. JOANNIS FECHTII, S. THEOL. D. ET
Prof. in Acad. Rostoch. publ. Consistorii ecclesiastici Meck-
lenburgici & Districtus Rostochiensis Superimendensis &c.
Instructio Pastoratis edita a M. GUSTAVO FRI-
DERICO FECHTIO, Fil.

D 3

Rostoch.

Rostoch. & Lipsiæ, ap. Jo. Heinr. Rufwormium, 1617, 8.

Alph. I plag. 16.

QUAMVIS hæc instructio pastoralis a summe venerando ac de ecclesia Christi meritissimo Theologo, B. Fechtio, non eum in finem ad calamum Auditoribus suis olim dictata fuerit, ut aliquando luci publicæ exponeretur, sed ut Theologiæ cultores ad sacra officia aliquando adspirantes synopsis quandam præ se haberent eorum, quæ in officio ecclesiastico observanda quotidie occurrunt; attamen cum aliis perlecto opusculo non videretur plenior instructio exstare, quæ brevius tamen & succinctius cuncta, quæ ad officium Pastoris requiruntur, complecteretur, editionem tandem ejus permisit laudatus Theologus. In ea vero procuranda laudabili admodum opera defunctus fuit Clarissimus & paternarum virtutum æmulus filius, M. Gustavus Fridericus Fechtius, dum non modo in emendandis erroribus typographicis debitam adhibuit industriam, ut omnes accurato studio notati penitus tollerentur, sed & revisum a B. Autore manuscriptum cum suo & alterius alio studiose contulit, adlata sacrarum literarum testimonia revolvit, & quadruplicem dictorum indicem, unum capitum, alterum locorum sacræ Scripturæ, tertium auctorum & postremum denique rerum atque verborum copiosissimum adjecit, ac præfationem libello utilissimo præmisit, nihilque adeo neglexit, quod ex usu lectoris futurum esse putavit. De insigni hujus instructionis pastoralis utilitate ut eo rectius constare queat, quæ de elencho morali seu epanorthesi capite nono in medium afferuntur, specimenis ejusdem loco brevius exhibere non pœnitebit. Postquam B. Autor in capitis citati §. 1. elenchem moralem ad officium ecclesiasticum pertinere tum Scripturæ S. monitis, tum exemplis Christi & Apostolorum, tum notabili B. Lutheri sententiæ probasset, nec non lectorem ad Pastorale Hartmanni, Pseudopoliticorum objectiones hujc elencho factas ex Valentino Frommio prolixissime confutantis, remisisset, & §. 2. in hoc elencho in excessu pariter atque defectu peccari probe observasset, sequentia monita circa illum perpetim attendenda proponit. Quorum I ne Pastor verbis injuriosis utatur, II ut non tam in homi-

homines, quam vitia invehatur, III ut ubique paternum prodatur animum, non tam reprehendendi & diffamandi, quam emendandi, IV ut semper moderationis & lenitatis sit memor, V ut personarum devitet respectum, VI ut in nullo peccato ipse Minister deprehendatur, quod castigat, VII ut non verbis tantum peccatores arguat, sed flagrantissimas quoque ad Deum pro eorum conversione fundat preces, VIII ut non facile ad elenchum publicum deveniat, nisi præcesserit admonitio privata, inprimis in peccatis notoriis & publice scandalosis. Quibus salutaribus monitis quæstiones quasdam subjungit, & ad illas solide respondet, & quidem, §. 3 inquiritur, quid de elencho adversus Magistratum politicum exercendo sit sentiendum? §. 4 quæstio movetur, liceatne ita speciatim arguere peccata & peccantem depingere, ut omnibus constet, quinam corripatur? Quod cum aliquando fieri posse probavit B. Autor, §. 5 pergit quærere, quid faciendum, si quis tam sit contumax, ut nec hoc elencho corrigi velit? §. 6 quæstio proponitur, quod si ipse ecclesie Minister modum exceßerit, & innocentem pro cathedra diffamaverit, an in jus trahi possit? Tandem §. 7 reliqua circa hunc elenchum monita decem observationibus includit, easdemque Scripturæ sacræ & probatorum autorum testimoniis conformat. Sunt autem sequentes: I non licet, ut falsos doctores, ita & moraliter peccantes nominare pro concione; II licet peccantes, etiam in eminentia positos, vel per se, vel nomine totius Ministerii convenire, & crimina notoria iisdem objicere; III in dubiis aliquo quidem, sed non omnino certo rumore divulgatis, licet personas privatim, vel in cathedra Confessionaria, sed summa cum modestia compellere; IV licet ecclesie ministro peccata publice nota, etiam discordias inter Magistratum & subditos reprehendere, ut tamen, in re præcipua dubia, nulli parti accedat, & vel Magistratus iniquitatem vel subditorum inobedientiam probet; V pro notorio peccato haberi & publice taxari non debet, quod vel famulitium domesticum vel nugarum aliquis & susurrator in domum Pastoris attulerit; VI infirmi, & quibus vel ex ætate, vel officio, vel alia quacunque ratione honorem debentis, modestissime, nec nisi privatim sunt corripien-

ripiendi : pertinaces severius castigandi ; VII datur & elenchus intempestivus atque ætati Pastoris non conveniens ; VIII in rebus gravioribus, antequam elenchum particularem institutas, exquirere aliorum, utpote Superintendententis, Seniorum, Collegarum consilia expedit ; IX ut nimius zelus, ita & nimia lenitas in vitio est ; X ubique privata admonitio (nisi delictum publicum nimis sit notorium & scandalum publicum) præcedere, neque admonendo frequenter delassari ecclesiæ minister debet.

Reichs-Tage-Theatrum Maximiliani. &c.

i. e.

JO. JOACH. MULLERI THEATRUM Comitiale S. Imperii Romano-Germanici, sub auspiciis Maximiliani I &c. ex Actis publicis probatisque historicis detectum.

Pars I.

Jenz, apud Jo. Felicem Bielkium, 1718, fol.
Alph. 8 plag. 8.

Theatrum hoc Comitiale a temporibus Friderici V repetitum, cujus mentionem Anno 1714 p. 97 fecimus, eadem methodo, solida nimirum & concinna continuaturus Autor Cel. Partem nunc primam eorum exhibet, quæ in Comitibus nostris sub Maximiliani I auspiciis ab Anno 1486 usque ad 1496 acta fuerunt. Necessum enim duxit Vir perindustrius, quædam Friderico V adhuc regnante gesta huc referre, quod illa Maximilianum potius tangere viderentur. Nonnulla hic deprehendes diplomata, jam primum in lucem protracta, ex quibus matricula anni 1491 nunc demum integra notari meretur. Plura occurrunt singularia ad cognoscendum Imperii statum historiamque facientia, unde selecta quædam proponemus. Circa jus præcedentiæ animadvertimus, Episcopum Misnensem in Maximiliani Electione honoratiorem locum occupasse præ Magistro ordinis Teutonici ; postea legatum Maximiliani, præ reli-

p. III.

6.

reliquis Legatis Regiis priorem locum affectasse, haud adver- p. 16. 116.
 sis initio Hispanis, modo Gallis idem placuisset; denique ex- 198.
 quibus Friderico V solutis, plures Principum Legatos Principibus 486.
 presentibus fuisse praelatos. Quid circa litem de potiore loco
 inter Saxones, Palatinos ac Bavaros anno 1495 fuerit agita-
 tum, multis hic videri potest, unde patescit, inter ipsos fuisse
 quondam usitatum, ut secundum aetatis prerogativam sedes oc-
 cuparent; plura tamen hac de controversia impotenter sperare
 jubet Autor. Jus Electorale Regum Bohemiae ex diplomatis
 Imperatorum ac Electorum hic corroboratur. Nec tacendum, 19.
 ipsummet Fridericum V in separato Conclavis loco sedentem, fi- 9.
 llii electioni interfuisse. Regem Rom. vivo Imperatore electum
 haud omni plane potestate destitui ex eo apparet, quod Maxi-
 milianus I, vivo Patre, Electores ac Principes, subditos vo- 89.
 catos, fidei Imperatori, sibi & Imperio debite per literas admo-
 nuerit; imo ipse, ac postmodum Ferdinandus I, absente Impera-
 tore, junctis licet ejusdem Commissariis, ac invito Caesare, Ma- 90. 106. 125
 jestatem suam in Comitibus exercuerunt. Inter honorum titu-
 los perspeximus, Maximilianum Regio pariter atque Caesareo
 axiomate ante Coronationem Pontificiam fuisse usum; Pon- 193.
 tificem tunc *Majestatis, Serenitatis, & Celsitudinis* titulis, interd-
 dum simplici voce *Tu* Maximilianum salutasse; praeterea Prin- 203.
 cipes olim, si Saxones excipias, Comitibus, Vasallis licet ipso-
 rum aut subditis, *Consanguincorum* titulum non denegasse. 355.
 Comitiorum isto tempore saepius absque ulla Imperii utilitate fini-
 torum culpam in Imperatorem & Status simul Autor conjicit.
 Inter articulos ab Imperii Archistratego, Alberto Saxoniae Du- 342.
 ce, tunc exhibitos deprehendimus, nullam pacem absque ipsius
 praesenti coe potuisse. Legatis tunc ad Helvetios missis, jus 346.
 adlegandi statuum, exclusis tamen civitatibus, evidens est; imo 352.
 & potestas, absque Caesareo consensu Legatos mittendi, aut ab
 exteris missos audiendi. Jus militem in Statuum territoria le-
 gendi, Caesari alio tempore non liberum, Status ob bellum Galli-
 cum ista aetate in Italia fervens permiserunt. Neque praeter- 354.
 eundem Statuum desiderium, ut Caesaris Consilarii Imperio 377.
 quoque juramento se obstringerent; autque de vestitu Princi-
 pum

- P. 557. *pum in investituris adhibito occurrunt, licet quo tempore ille sit inventus, vel qua lege introductus, ignoremus; uti & ea, quae de Confraternitate Saxonico-Hassiacae multis Noster inseruit, quibus insignem lucem Historiae huic, dubiis undique involuta, accendit. Caesarem, Statibus inter se dissentientibus, ex plenitudine potestatis decernere non potuisse, ex Actis Pacis Publicae elucescit. De erroribus quorundam emendandis sollicitus Auctor Cel. annotavit, Pacem Publicam, secus ac ab initio fuerat propositum, solius Imperatoris sigillo fuisse munitam; Constitutionem de Executione hujus Pacis non ab Imperatore & Moguntino solum, sed Electoribus etiam, ac multis Principibus esse subsignatam, & horum forsitan potiori Juri annumerandum, quod Civitates sigilla sua non apposuerint; denique Acta Comitiorum Wormatiensium anno 1495 in formam Recessus minime fuisse redacta.*
- 565 sq.
- 396.
- 400.
- 457.
- 664.

**ACTORUM PUBLICORUM, A MICHAELE
CASP. LONDORPIO quondam editorum,**

Tomus XVI.

Francof. & Coloniz, apud. Car. Josephum Bencard, 1718, fol.
Alph. 7 plag. 10.

Vulgaverat Cel. Londorpius circa annum 1634 Actorum Publicorum Tomos IV, quibus praesertim res belli tricennalis illustrabantur. Recusi sunt iidem anno 1668 & ordine meliori dispositi; verum nonnulla desiderantur, quae Status quosdam videbantur offendisse. Mortuo Londorpio opus utilissimum continuatum est ab aliis, adeo ut in XIII Volumina istud excreceret, quibus anno 1702 Index Generalis accessit. Tandem Cl. Christoph. Leuch. sub nomine Thucelii, haec Acta ad annum 1700 usque sistere constituit, cum ab illo tempore ipsius Viri Cel. Acta Publica sec. XVIII initium capiant. Hinc prodit anno 1716 Tomus XIV & anno 1717 Tom. XV, quorum in Supplementis nostris fiet mentio. Leuchtio interea vivis erepto alii curam ejusdem operis in se susceperunt, quorum industriae debemus huncce Tomum XVI, res maxime Imperii ab anno

1688

1688 ad annum 1690 complectentem, immixtis hinc inde quibusdam exoticis. Nos quæ eodem contineantur, brevibus delineabimus. L. 17 C. 1, quæ ob librum a Müllero, Verbi Divini apud Augustanos Ministro, contra Eisenbutium quendam evulgatum, & in Catholicos paulum mordacem, acta fuerint; C. 2 turbæ inter Catholicos & Protestantæ Augustæ Vindelicorum in pompa funebri obortæ; & C. 3 nonnulla de emigrandi beneficio a Salisburgenfi Tefseregganis denegato proponuntur. C. 4 exhibet lites inter Duces Saxo-Vinariensem & Ifenacensem de tutela Jo. Wilhelmi Ducis Saxo-Jenensis administranda, Vinariensi Jure Saxonico, observantia, proximitate & senio nitente; Ifenacensi vero Contutelam sibi vindicante, ob partem hæreditatis aliquando ad se devolvendæ, paritatem gradus, & Juris Justinianei dispositionem, rejecta transactione mediante Gothano inita. Res tandem amice fuit composita, ita ut Vinariensis tutelam solus administraret, communicatis tamen cum Ifenacensi consiliis & rationibus, præterea salvo huic jure succedendi in duas tertias terrarum Jenensium, si istas vacuas reddi contingeret. C. 5 & 6 nonnulla de jure Aurelianensis in Successionem Palatinam, & controversa Electione Colonienfi, C. 7 lites inter Moguntinum & Francofurtenses, detentis ipsorum civibus prætextu Reppressaliarum, C. 8, 9 & 10 Acta circa sequestrum Dynastiæ Wiedensis, Assessorum Cameræ criminis Repetundarum postulatam, & votum Saxo-Querfurtanum ac Palatino-Sulzbacense; ut & dubia de Deputandis in Comitibus Imperii ad Commissarium Cæsareum C. 11 deprehenduntur. C. 12 legi possunt querelæ Regis Poloniæ Joannis III de repudio a vidua Marggravii Brandenburgici, Jacobo Regio Principi misso; & Würtembergicorum contra Gallos Catholicorum protectionem Stutgardicæ sibi vindicantes C. 13. C. 14 occurrit quæstio de jure Monetæ Imperatori contra Status negligentes competente, C. 15 confilia de emendatione monetæ, C. 16 controversiæ inter Danos & Holfatò-Gottorpienses, C. 17, 18, 19 varia de bello Turcico & Gallico, C. 20 Acta circa investituram Saxo-Querfurtanam subnexis C. 21 Miscellaneis. L. 18 exhibet C. 1 nonnulla, quæ Josephi electionem præcesserunt, C. 2 descriptionem mortis

L. 1 C. 3. 8.

L. 18. C. 5.

Conf.
L. 18. C. 15.

Conf.
L. 18. C. 8. 9.

- S. P. Innocentii XV atque electionis & inaugurationis Alexandri VIII; cui etiam insertus est libellus de vita & morte Innocentii ex Italico in Germanicum idioma translatus. C. 4 continet querelam a Comite de Castell contra maritum, qui filium clam abduxerat, inotam, ne ipsi contra pacta matrimonialia facris Pontificiis imbui curaret. C. 6 lites de Successione Lauenburgica, quam gente mascula extincta, Anhaltini velut communi cum Lauenburgicis parente prognati, & jure pacti hereditarii anno 1678 initi; Elector Saxoniz jure Expectativæ & Confraternitatis; Duces Saxoniz Ernesto sati, itidem Expectativæ jure; Brunsvico-Lunaburgenses alio Confraternitatis pacto sibi asserere conabantur. C. 7 agit de translatione Judicii Cameralis, C. 11 de exemptione Ducum Saxoniz ratione terrarum Hennebergicarum ab oneribus Circuli Franconici ob societatem cum Electore Saxoniz contractam, C. 12 de Restitutione Lotharingi, C. 13 de Herbipolitani litigiis cum statibus territorii ob munimentorum extractionem, C. 14 de moderatione Matriculæ, C. 16 de Solennibus in Comitibus Imperii, C. 17 de rebus Anglicis, denique C. 18 de Miscellaneis, ex quibus notandum duximus Divi Leopoldi diploma, quo Ducem Saxoniz Martisburgensem & Numburgensem titulo; **Durchlauchtig**, h. e. Serenissimus insignivit; & sententiam senatus Suecici contra Ptoleum Esaiam Pufendorfium.

- L. 19 C. 1 fiuntur Acta Coronationis Augustissimæ Eleonoræ, ac ritus Electionis & Inaugurationis Divi Josephi in Regem Rom. ex quibus perspeximus, Imperatricem quondam Vice-Cancellarium habuisse; Limpurgensem jure suo Coronam Imperatricis gestare voluisse; gladium Josepho ab Electoribus Secularibus & Legatis absentium fuisse aptatum; Camerarium Episcopi Wormatiensis ex antiquo privilegio primum inter Equites a Rege Rom. creandos locum obtinere. Ex Miscellaneis C. 2 subjunctis legi merentur pacta Matrimonii ad Morganaticam ab Ernesto Landgravio Hasso-Rheinfelsensi anno 1690 cum Alexandrina de Düritzel contracta.

Histo:

Historischer Bericht vom Anfang und ersten Fortgang der Reformation Lutheri.

h. e.

WILHELMI ERNESTI TENZELII HISTORIA Reformationis Lutheri initia & progressus : accessere varia documenta nunc primum eruta, cum Praef. D. ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI, Confessorii & Ecclesiae Saxo-Gothanae Consil.

Tomus II.

Lipsia, ap. J. L. Gledisch & J. M. Weidemann, 1718, 8.

Alph. 5 plag. 13.

CUM litterarum florem magnae sibi curae cordique semper habeat Summe Reverendus E. S. Cyprianus, id quoque inter publica nuper latantium ecclesiarum iudicia sibi negotii dedit, ut quicquid ad exponendam illustrandamque purioris doctrinae emendationem pertinet, studiose conferret, eamque ob causam varia luci publicae nondum exposita scripta e splendissima Bibliotheca Gothana cum eruditis liberaliter communicaret. Non infimum inter ista locum obtinet praesens hic Tenzelii foetus posthumus, quem Serenissimi Principis sui permissu primum nunc publici juris fecit. Ea scilicet Tenzelio, cum adhuc in vis esset, sedit mens & sententia, ut conscriptam a Seckendorffio Lutheranismi historiam, ordine paulum immutato, in vernaculam converteret notisque locupletaret. At quo minus laborem illum Tenzelius absolveret, aliae occupationes officiorumque, quibus ipse defunctus fuit, effecit mutatio. Breve vero hanc & succinctam de felicissimae a Luthero coepta ecclesiarum repurgationis auspiciis & primis progressibus historiam tot tamque egregiis Magnificus Editor auxit accessionibus, ut nihil plane, quod huc facere videretur, praetermissum sit, quin documentis fide dignissimis, fuerit comprobatum. Praemisit idem praefationem, qua evincitur, quanta coetus Romanus Lutici temporibus emendatione indigerit. Penitus enim temporum istorum mores fuisse corruptos, ipsi Pontificii, numero agmine a Cl.

- §. II. III. Cyprino in aciem producti uno ore consistitur, sive doctrina, sive ceremonias, sive ecclesie regimen & ejus, qui eo fungi debebat, reliquorumve clericorum vitam respicias. Doctrina enim cœlesti plane neglecta tota Romanorum fides eo tunc spectabat, ut ceremoniarum sanctitate superbirent; præterea gratiam, quam credebant, divinam autro argentoque venalem tanta animi impudentia exponebant sacrorum administri, ut, teste Francisco, indulgentiarum divendendarum munus palam nundinarentur inter se, & nonnunquam parum sobrii, præsertim in Germania, in diversoriis aut alea aut alio ludorum genere ad alios transferrent, quæ ut hæud pauci jam tum ita ingenue imprimis detestatus, est ipse Claudius Espenæus, acerrimus fidei lux propugnator, libro admodum aculeato, quem Taxam Cameræ seu Cancellariæ Apostolicæ inscripsit. Plura ejusmodi querelarum exempla de corruptissima istius temporis conditione hic comparent, quibus & caput & reliqua membra perditissimis fuisse moribus negationeque a summi Patris palatii ad infunorum tuguria pleno flumine promanasse affatim edocentur. Ut de Alexandro VI, Julio II & Leone X tantum dicamus, de illius flagitiis testantur multi, præcipue Joannes Burchardus, Ceremoniarius ejus, & Jacobus Sannazarius: alter vero ferocem ubique & eruentam mentem prodens jure Lanista sanguinarius. Guil. Buddeo audit: hic denique quam profusæ luxuriæ fuerit, clarissime vel ex his Bernardi Sacci verbis patet: *Leo Medicus epulis, cantionibus ac voluptatibus immerfus plura suscitavit murmura, quæ in scandalum progressa Rom. Pontificis honorificentiam & decorem comminuerunt.* Cum igitur tot flagitiis infecta fuerint ecclesie Romæ capita, nihil mirum est, reliquis membris, quæ ab illis vitam spiritumque accipiunt, non minorem insuisse corruptelam, ita ut Hadrianus VI ipse in epistola ad Erasnum anno 1522 data gravissima hominum scelerata, maxime ecclesiasticorum, commemoret, & Erasmus scribere non vereatur, nunc mundum undique scaterere plurimis ac malis sacerdotibus, & alio loco: *Nunc videmus mundum esse plenum sacerdotibus concubinariis. Est apud Germanos Episcopus quidam, qui ipse dixit in convivio, uno anno ad se dolata undecim millia sacerdotum palam concubinariorum.*
- §. III. Nam
- §. IV & V.
- §. VI.

Nam tales singulis annis pendunt aliquid Episcopo. Hisce igitur ex genuinis historiarum fontibus adductis & comprobatis tandem ea addit Magnif. Editor, quæ ad renovandam primi fidei restitutæ jubilæi memoriam pertinent, dum Saxonicoꝝ Principum mandata de illo rite celebrando, numosque in istius recordationem cusos exhibet & recenset. Quod ipsum Tenzelii factum attinet, quatuor is tantum capitibus constat, quorum primo Ecclesiæ Christi conditionem Lutheri ætate enarrat, & quam necessarium fuerit, ut serenior ipsi redderetur facies pauloꝝque emendatior. Hoc enim ipsum haud pauci eorum, qui ea tempestate tum sacris tum profanis præfuerunt, perspectum probeque cognitum habuerunt, quod e Ludovici XII Gall. Reg. numo: *perdam Babylonem* inscripto; tum e Maximiliani I & Academiæ Parisiensis provocatione ad cogendum a summo Sacerdote concillium patet, præsertim cum congregati in Pisana Synodo sacerdotes anno 1512 palam professi fuerint, omnem Christi cœterum in doctrina, in vita, in fide & moribus, in capite & membris, hoc est, in Pontifice & reliquis sacrorum ministris, purgandum esse & emendandum. Ut prætermittamus rerum a Luthero gestarum seriem, o Seckendorffio aliisq; satis notam, restat, ut de annotationibus & documentis a Cl. Cypriano additis non nihil dicamus. Multa enim heic de Ludovici Maimburgii vita & scriptis, de Ludovici XII numo supra adducto, de gravaminibus Germanicæ nationis contra Pontificis crudelitatem, de veritatis testibus sub Papatu, quorum nomina Flacium fugere, de Tezelii flagitiis, de uxoris Lutheri, Margarethæ natu Lindemantiz ac Zigleriz familia, aliaque plura cognita lectuque dignissima afferuntur; præcipue vero operose contra Calvinii familiarium jactantiam probatur, Zwinglium prius emendandæ fidei non dedisse initia. Hec minori studio Noster somnii, quo Jo. Fridericus futurus rei hujus sacre eventus prævidit, evincit veritatem, negotiumque inter Tezelium ejusque defensorem, Conradum Wimpinam, Francofurtanum doctorem, atque Lutherum gestum ex hujus epistolis explicat uberrime & enarrat. Tum denique epistolas XLII antea ineditas addit, a Viris Principibus aliisque sub reformationes iniecta scriptas, quæ quantum juvent pas-

§. VIII.

p. 1 ff.

12.

13.

p. 2.

12.

36. ff.

88.

105 & 345

139.

199-230.

242 ff.

275 ff.

479 ff.

sum

ACTA ERUDITORUM

sim Historiam, Magnif. Editor erudite demonstravit. Sed cum nondum ita Bibliotheca Gothana exhausta esset, quin continuo se ipsi, libro jam pene distracto, nova documenta offerrent, secundam operis Partem edendi consilium cepit, qua non modo documenta alia CXI, verum & Georgii Spalatini Annales Reformationis, haecenus nondum editos, & Frid. Myconii Historiam Reformationis ab anno 1517 ad 1542, complexus est. Quod illa quidem attinet, decerpta sunt ex opere Spalatini doctissimo de Vitis Pontificum, in Bibliotheca Gothana latente, resque Julii II, Leonis X, Hadriani VI, Clementis VII & Pauli III complectuntur, quibus dein succedunt epistolae, de negotio, quod Carolo a Milfiz ad restringendos Lutheri conatus a Leone X datum fuerat, cuius ea de re integram & prolixam Cl. Editor addidit narrationem.

P. 481 ff.

C. I - XIII.

Spalatini Annales ea, quae ab anno 1518 usque ad annum 1548 (initio enim & fine deficit) inter Lutherum ejusque defensores & adversarios peracta sunt, exhibent, quibus & multa alia, e. g. de Jo. Agricola erroribus, Antinomis & Anabaptistis &c. interferuntur. Præmisit Cel. Editor præfationem, qua dilucide probat, nomen Protestantium Mennonistis nequaquam competere. Nec minus lectu digna Viri pii ac candidi, Frider. Mecum seu Myconii, Historia, in qua breviter omnia & sine omni furo recensentur. Postquam enim temporum istorum in fide, in literarum studiis & omni publica re miseriam, Tezelii nequitiam & scelera, Lutheri contra zelum & masculum pro defendenda Christi doctrinae integritate animum, nec non hostes eam ob rem in ipsam concitatos, vivis velut coloribus depinxit, multa lectu non indigna addit, quorum pertinent ea, quae de Regno Hungarico, de Roma a militibus Germanis anno 1527 capta, & præcipue de urbe Gothæ, antiqua Principum sede, pluribus commemorantur.

C. XIII.

C. XIV.

C. XVI -

XXIV.

TOBIÆ GRANZII, J. U. D. REIP. GORLIG.
Præf. & Advocat. Prov. Lus. super ordinarii, Defensio In-
quisitorum ex genuinis Jurisprudentiæ principis.

Editio secunda.

Francof. & Lipsiæ, sumptibus Phil. Wilhelmi Stockii, 1718, fol.

Alph. 12.

Que

Quemadmodum Consultissimus Autor de illa Jurisprudentiæ Criminalis parte, quæ circa defensiones inquisitorum versatur, prioribus curis optime meritus est: ita nova nunc editione effecit, ut opus in se nobilissimum nova utilitate ac præstantia ad-auctum prodierit. Equidem defensionum criminalium materia pro gravi atque difficili semper fuit habita, sive malum avertendum spectes, sive modum avertendi, cum illud bona existimationem, corpus hominis vitamque afficiat, hic vero iudicium, experientiam, solidam rerum moralium cognitionem, circumspeditionem, animumque vere intrepidum requirat; neque desunt Scriptores, qui hujus generis regulas attigerunt, sed attigerunt saltem, nam systematici, præter summam defensionis legem: *Factum accurate representat ac jura convenientia ei applica*, nihil tradunt; illi vero, quorum erat, in speciali, quam susceperant, Processus criminalis tractatione, ad magis specialia descendere, abditosque inquisitionum recessus pandere, leviter saltem illa omnia tangunt, & fragmentis quibusdam propositis in uno alterove exemplo acquiescunt. Rectius officio Noster defunctus est. Uti enim eruditæ collectionis laude defraudandus non est, dum variis historiæ sententiarumque floribus singularia defensionum momenta exornavit, nec non egregiis autoritatibus confirmavit, ut hæcenus locorum communium vicem sustinere queant hujus libri tituli: ita præcipuas rerum criminalium exceptiones ac indiciorum gravissimorum elisiones exposuit, circumstantiarum urgentium indolem, limitationes, restrictiones & id genus alia, ut non pari ubique cura, plenius tamen, quam vulgo fieri solet, excussit, ac præterea legitimum tractandi defensionem persequendique & proponendi modum docuit. Illud vero silentio prætereundum non est, ingentia actorum volumina ab Autore Consultissimo lustrata, aptiores formulas & pleniores elaborationes, sæpe etiam satis prolixas & difficultate graves, excerptas, casus rariiores & singulares sedulo collectos & locis congruis passim insertos, nec non sententias harumque decidendi rationes cum exquisitis Prudentum responsis & novissimorum Criminalistarum expositionibus, seu ut vulgo vocant, deductionibus, hic communicatas esse, ut alia notatu digna taceamus. Singula,

quæ hæcenus diximus, variis speciminibus ex ipso tractatu petitis, illustrare, nimis prolixum foret : facere tamen non possumus, quin pauca saltem delibemus. Sic subministratur exemplum formulæ, qua mater inculpati deprecatur literas incarcerationis patentes. Part. I pag. 281 alius petit saluum conductum ibid. denunciationis pag. 558, precum parentum, ut venia concedatur filio delinquenti, Part. 2 pag. 401, abolitionis Part. I pag. 25, Part. 2 pag. 23, 332, ac speciatim pag. 402, exempla item defensionum plenius elaboratarum Part. I pag. 304 seqq. Part. 2 pag. 29, 30 seqq. pag. 393 seqq. 127, 137, 271 seqq. & in multis aliis locis occurrunt. Porro varia casuum vel rariorum vel intricatiorum nec non defensionum circumstantias paula altius rimantium specimina passim extant. Fraudis alchymisticæ refutatio occurrit Part. I pag. 34 seqq. Exemplum Judicis Actuariique suspecti videri potest Part. I pag. 376, 379, 380. Continuus menstrui fluxus, ceteris paribus a tortura liberat. Part. I pag. 586 n. 527 cum supplem. Aliquando contigit casus, quo in defensione rei, juxta dispositionem l. 20 ff. de Testib. quæsitum fuit, an illi, qui contra inquisitum testimonium dixerant, annum vigesimum exceßerint? Part. I pag. 599 seq. Reus quidam confessus & ad mortem condemnatus confessionem suam pertinaciter revocavit, atque præfectus illa pertinacia ob periculum inquisiti animæ motus, ammon executio ad aliquot dies differri debeat, cum consiliariis Reg. Maj. intimis deliberare cepit: sed urgentibus sacerdotibus, quod ista dilatione maleficus redderetur pertinacior, fracto baculo ad patibulum deductus, tandem omnia denuo confessus, poenitentia signa edidit atque sic sacra coena instructus laqueo suffocatus est. Part. I pag. 630, 631 num. 783 cum supplem. Aurifabro quatenus liceat monetas prohibitas & devaluatas in granulas dissolvere, prolixè disputatum, ac eo ipso intricatum hoc argumentum satis ad liquidum deductum est, recensente Part. 2 pag. 29 seqq. item pag. 393 seqq. & pag. 411. Difficilis & involutus casus cum integris defensionibus refertur Part. 2 pag. 271 seqq. ubi innocentiam cujusdam Theol. Studiosi, ob interemtum in Academia Wittenbergensi militem, a scabinatu Lipsiensi capite primum, deinde, ut adhi-

adhibitis cruciatibus confessionem faceret, condemnati, quinque Defensiones, moderamine inculpatæ tutelæ se fundantes, ostendere conabantur, donec inquisiti Pater sexta defensione totum controversiæ statum mutaret, & cum antea veritas homicidii ab inquisito patrati supposita, deque necessaria tutela factem disceptatum esset, deinceps factum ipsum plane falsum, & militem non ab inquisito, sed ab alio interfectum ostenderet. Præterea in laudato opere alias quoque res offendimus, quæ præsentis scopo affines & connexæ sunt, ac lectori facile satisfacient. Sic Part. I pag. 58 num. 197 seq. quæstio ventilatur, an Imperans jure territoriali cogere possit universitates, v. g. municipales, ut sibi reddituum ad universitatem pertinentium rationem reddant. Pag. 80 num. 57. 76, 77 tractatur quæstio, an delinquens se ipsum deferre obligetur, & casus notabilis ibidem refertur a B. Luthero in Comment. in Genes. cap. 36 fol. 213 ita relatus: narratur, inquit ille, casus de adultera, quæ ex mœcho conceperat nothum & eum pro legitimo patri & reliquis filiis obtrusit. Cum autem angeretur animo ob commissum adulterium, & quod injuste legitimi filii ea parte hereditatis, quæ notho obventura erat, privarentur: quæsitum est, quo pacto ei consulendum esset? an deberet confiteri marito & filiis peccatum, & petere, ut admitterent nothum ad societatem bonorum? nam id suadebant aliqui: sed cum non sine periculo fieri videretur, alii aliud consuluerunt. Tandem vero Spiritus S. optimum consilium suggestit mulieri. Cum enim decumberet graviter, nec spes vitæ reliqua esset, convocatis ad se septem filiis dixit: Charissimi filii, quæso, ut ignoscatis mihi; fateor enim me humana imbecillitate lapsam esse in gravissimum peccatum adulterii, ex quo natus est filius illegitimus, qui est inter vos; sed qui sit, non dicam. Oro autem, ut eum pro legitimo habere, neque excludere ab hereditate velitis. Ibi æquissimis animis assensu sunt omnes & singuli, sibi gratulati, quod nominatim non perfingeretur nothus: nemo enim volebat eam maculam ferre. Et postea facile inter fratres convenit. Mater autem, consolatione audita de remissione peccatorum, acquievit in agone mortis vera fide & in misericordia

DEI servata est. ,, Ead. Part. pag. 406 seqq. leguntur literæ, quibus Imperator Leopoldus Electori Saxoniz se excusat, quod Campi-Mareschallum Saxon. de S. in Bajis Tœplicensibus comprehendi jussit subnexumque ibidem reperitur Responsam, quod ad illas redditum est. Item Part. 2 pag. 327 insertum est Facultatis Jurid. Halensis Responsum, quo Jus aggratiandi in causa homicidii dolosi Imperantibus asseritur. Interim nonnulla passim occurrunt, quæ vel ad præsens objectum non faciunt, v. g. quando de honore Judici exhibendo plus justo dicitur, Part. 1 pag. 236 seqq. vel a scopo plane abluunt, v. g. quando de statu & forma Imperii Romano-Germanici, cuique judicio subjecti sint Germaniz Proceres, multa differuntur, Part. 1 pag. 398 seqq. Quemadmodum vero nemini vitio vertitur, si materiam rariorem, utut scopo non satis convenientem, adducit: ita extra reprehensionem erit, quando Noster Part. 1 c. 4 Membr. 1 Sect. 3 pag. 110 occasione delictorum inquisitionem merentium ac speciatim criminis ambitus n. 23 in Supplem. singulare exemplum Clerici renitentis & Responsum Facultat. Theol. Lips. super quæstione: an D. J. W. Pastor D. vocationem Reg. Sax. ad munus Consiliarii Ecclesiastici, Concionatoris supremi Aulici & Consist. Supr. Sax. Affectoris ob denegatam dimissionem Senatus D. salva conscientia recusare potuerit, 11 Januar. 1709 laudato Consistorio transmissum, h. e. rem non omnibus obviam, inseruit. Quod ad ipsas quæstionum juridicarum decisiones attinet, variz variorum Auctorum atque dicasteriorum sententiz hic collectæ sunt. Ea vero quæ Autori nostro suo jure tribuenda veniunt, ex solidis juris tam naturalis quam positivi principiis passim deprompta videntur. Interim bona Decisio in ipsius philosophia nonnullam etiam desiderari potest, v. g. quando Part. 1 pag. 492 num. 120 dicit, fœminam, quæ in casu veræ necessitatis cum intertione violenti oppressoris pudicitiam non defendit, in stuprum consentire atque delicti ream fieri. Videtur etiam hac in re sibi contradicere Noster, quando Part. 2 pag. 33 num. 237 & pag. 211 num. 10 stuprum violentum adhuc pro tali habet, licet mulier armis aut minis coacta consenserit, aut noctu oppressa non ausa fuerit clamare, quæ sententia utique verior est. Sed forte

forte decisio posterior supponit circumstantias, ob quas inter-
 necio malitiosi oppressoris fuit impossibilis, licet femina illa
 se tueri voluerit; sic Noster a contradictione quidem liberabi-
 tur, sed quod femina, quæ in summa animi consternatione
 constituta pudicitiz raptorem, cum perimere queat, perimere
 non audet, in stuprum consensisse delictique rea censenda sit, id
 juxta vera moralitatis principia Consultiss. Autor vix omnibus
 persuadebit. Illud vero, quod Noster de conditione Imperatoris
 & Statuum Imperii philosophatur, uti ad Jus Publicum pertinet
 adeoque presenti tractationi minus apte immiscetur, ita vanum
 & erroneum esse videtur; nam Imperatorem Germaniz sum-
 mum Imperii Monarcham esse, Proceres Germaniz vero velut
 subjectissima membra ab illo dependere, Cæsaremque per
 Status velut per instrumenta imperium suum exercere is adstruit,
 & tamen salva Procerum libertate hoc fieri posse credit. Porro
 ex antiquo Reipublicæ statu veterique Reccessuum formula jura
 Statuum metitur, imo ex principiis legum Romanarum Imperatoris
 Majestatem probare satagit, instrumentum vero Pac. Ofnabr. art. 8 junct. Capitul. Leopold. art. 39 ex antiquissimis
 Imperii constitutionibus interpretatur; id quod accuratioribus
 Juris publici Scriptoribus non facile se probabit. v. Part. I c. 4
 memb. 1 Sect. 1 num. 88 seqq. pag. 51 seqq. num. 125 seqq.
 pag. 53 d. Part. I c. 4 memb. 1 Sect. 5 num. 12. 13 pag. 180,
 c. 5 memb. 2 Sect. 2 art. 4 num. 255, 256 pag. 396 num. 289,
 290, 291, 293 pag. 401, 402. Methodus operis justo quidem
 ordine decurrit, sed non videtur illa ita esse comparata, ut
 sine omni tædio juxta eam evolvi & allegari queat: Partibus enim,
 Capitibus, Sectionibus, Articulis & numeris universa fere
 tractatio abundat. Causa tædiosæ illius dispositionis ex parte fuit
 abusus methodi causalis, nam opus non erat separata illa, qua
 Noster delectatur, singularum causarum earumque divisionum
 clarigatione & propositione, ut deinceps illæ distinctiones quod-
 vis fere caput in nova membra, membra in sectiones, sectiones
 in articulos dispescerent. Ceterum cogitata sua collectave stylo
 æquabili, puro & rei tractandæ conveniente Dn. Autor non semper
 proposuit, nec dissimulari potest peculiaris, qua in nonnullis

vocibus is utitur orthographia, dum cetera, lædit, læsus constanter & ubique per se scribere consuevit. Sed illi quos annotavimus nœvi, tanti forte non sunt, ut operis, cetera utilissimi, & insigni rerum tam necessariarum, quam curiosarum apparatu refertissimi, commendationem suffraginare queant.

A NEW JOURNEY OVER EUROPE &c.

h. e.

NOVUM ITER PER EUROPAM, AUTORE
A. DORIACK CHANCEL.

Londini, apud Joh. Harding, 1717, 8.

Plag. 18.

SI Auctori credimus, ingens is spatium itineribus emensus est, quippe qui e Gallia excurrens per Sabaudiam, Helvetiam, Germaniam, Flandriam, Hollandiam, Daniam, Sueciam, Moscoviam, Poloniam, Hungariam, Stiriam, Carinthiam, Venetorum territorium, Italiam, Neapolin, Siciliam, Genuam, Hispaniam, Lusitaniam, Galliam, Magnam Britanniam & Hiberniam omnem profectus est; sed exiguo quidem, ut videtur, fructu, cum præter externas urbium, templorum ædiumque facies, locorum distantias, vecturæ pretia aliæque vulgaria nihil observaverit Auctor, quod commemoratione dignum nobis videretur, qui libro integro perlecto vix micam salis invenisse ingenue fatemur.

PRINCIPIA TRIGONOMETRIÆ SUCCIN-
tæ demonstrata, Auctore JOANNE WILSON, Scoto.

Lugdunî Batavorum, apud Petrum Vander Aa, 1718, 8.

Plag. 5 Tab. zn. 2.

CL. Auctor libellum Medico celebri, *Hermanno Boerhaave*, dedicavit, cujus se discipulum profitetur. Fatetur in dedicatione, non expectandum hic esse inventum novum, sed Trigonometriam sibi distincte demonstratam. Pertractat autem Trigonometriam utramque tam planam, quam Sphæricam, una cum constructione canonis triangulorum & logarithmo

rithmorum & ex Sphæricis demonstrat, quæ ad solutionem triangulorum Sphæricorum necessaria sunt.

ELOGIUM JOANNIS FECHTII.

Celeberimus & de orthodoxa Christi ecclesia longe meritiſſimus Theologus, D. J. Fechtius, Sulzbergæ Briſgojorum anno 1636 d. 25 Decembr. ſtyli novi, ipſo nempe Chriſti natali, in hanc lucem editus, Patrem habuit Jo. Fechtium, Paſtorem Sulzbergenſem & Marchionatus Hochbergici Superint. ſpecialeſ, Sereniſſimæque Viduæ Marchionis, Eliſabethæ Eulebiæ a concionibus & confeſſione; matrem vero Reginam Barbaram, Jo. Jacobi Dahleri, Superioris Marchionatus General. Superintendententis & Antiftitis Emmindengenſis filiam, ſcœminam omni virtutum decore exornatam. Vix ſacris lotus undis ob belli tum temporis in patria graſſantis ſævitiem cum matre Baſileam conceſſit, patre interim de qualicunq; victu ipſis proſpiciente. Per novennium ibi agens Chriſtianismi fundamenta cum aliquali Græcæ & Romanæ linguæ notitia hauſit, & pace redeunte Sulzbergam reverſus, M. Dreutelium privatam præceptorem coluit, dein in Scholam Rœtelanam abiit, atque poſt biennium in ea tranſactum Gymnaſii Durlacenſis Profeſſoribus indivuſus auditor adhæſit. Hinc Academiam Argentoratensem petiit, inque ea per ſexennium commoratus & Georgii Obrechtii, J. C. ſoceri poſtea ſui, hoſpitio uſus, ante omnia ad Philologiam & Philoſophiam rite imbibendam animum ſuum appulit, hiſque adminiculis probe inſtructus, Celeb. tunc temporis Theologos, Danhauerum, Jo. & Seb. Schmidios atque Bebelium indefeſſo ſtudio audivit. Exacto ita Argentorati ſexennio Seren. Marchionis Badenſis & Hachbergenſis Friderici VI munificentia alias academias aditurus, primum anno 1662 Heidelbergam, deinde Tubingam, Jenam, Lipſiam, Wittebergam, & tandem anno 1665 Gieſſam adiit, atque in illa anno ſequente Licentiam aſſumendi ſummum in Theologia gradum cum laude conſecutus fuit, poſtquam a Seren. Nutriſſimo ſuo ad paſtoratum Langendenzingenſem & præſidis ſynodaliſſimum conventuum in Hochbergico Marchionatu officium jam vocatus eſſet. Sed elapſo vix biennio ab eodem Principe Durlacum accerſitus in aula

in aula diaconi munus & in Gymnasio Ebrææ linguæ atque Metaphysicæ Professionem exornavit, eodemque anno simul Consiliarii ecclesiastici dignitatem obtinuit: sequente autem 1669 primarius in aula Concionator & Theologix in Gymnasio Professor factus fuit. Quibus officiis anno 1688 ephoria Durlacensis Generalis una cum Gymnasia inspectione accessit. Postquam autem anno 1689 Durlacum a Gallis incendio admodum deturpatum esset, ut ipse alibi salutem querere cogeretur, Calvæ substitit, donec a Seren. Meckleburgensium Duce, Gustavo Adolpho, ad ea, quæ ad extremum usque diem sustinuit, munia evocaretur. Hujus vocationi cum obsequendum esse secum statuisset, impetrata prius dimissione a Seren. Marchione, Friderico Magno, (cujus, ut & Ser. successoris, singulari gratia Consiliarii ecclesiastici dignitatem absens quoque constanter retinuit) anno 1690 Rostochium pervenit, Gustrovii inde ad Superintendentis in diocesi Rostochiensis officium solemniter inauguratus. Deinde Theologicam Professionem sibi demandatam adit, atque vergente ad finem anno Doctoris axiomate sine ullis fere sumptibus condecoratus fuit, subsequente autem mox anno locum in senatu ecclesiastico impetravit. Posthac ei quoque Magistratus Academicus quinquies, Decanatus vero in Facult. Theol. sæpissime delatus fuit. Omnia per integros fere 50 annos fidei suæ commissa munera non modo magna dexteritate & indefessa industria administravit, sed etiam plurimis iisque eruditissimis scriptis, (quorum luculentus catalogus in summe Vener. D. Krakewizii programmate, quo ad funus B. Fechtii invitavit, nobis exhibetur,) immortalis nominis famam sibi conciliavit. Familiam quod spectat, anno 1667 Mariam Magdalenam Obrechtiam domum duxit; cum qua ad annum usque 1704, quo decessit, in summa concordia vixit, & ex qua septem amoris pignora suscepit, sed quatuor tantum Filios, Augustum Magnum, Jo. Carolum, Ernestum Henricum & Gustavum Fridericum superstites reliquit. Tandem silentio haud prætermittendum, quod laudatus Theologus anno 1716 d. 5 Maji dormituri ad instar placide expiravit, ex quo 79 annos, tres menses & undecim dies vivendo confecit.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Februarii Anno M DCCXIX.

ABRAHAMI TROMMII CONCORDANTIÆ GRÆCÆ
*versionis LXX interpretum, cujus voces secundum ordinem
 elementorum sermonis Græci digestæ & recensentur, contra at-
 que in opere Kircheriano factum fuerat. Leguntur heic
 præterea voces Græcæ pro Hebraicis redditæ ab antiquis
 omnibus V. T. interpretibus, quorum nonnisi fragmenta
 extant, Aquila, Symmacho, Theodotione & aliis, quo-
 rum maximam partem nuper in lucem edidit Dominus*
BERNHARDUS de MONTFAUCON.

Tomi II.

Amstelod. & Trajecti ad Rhen. sumtibus Societatis, 1718, fol.

Alph. 2a.

Quod diu multumque ab eruditis desiderabatur lucu-
 lentum *Concordantiarum* opus, quo Græca sacri co-
 dicis versio, a septuaginta & duobus, ut vulgo cre-
 ditur, senibus adornata paullo diligentius excutere-
 tur, id singulari prorsus studio Reverendus Abrahamus Trom-
 mius, verbi divini in urbe patria apud Gröningenses minister,
 post editas a se Concordantias Belgicas, concinnare aggressus est,
 suisque partibus absolutum in publicum prodire iussit. Equi-
 dem jam ante ipsum, anno scilicet præteriti sæculi septimo, Con-
 radus Kircherus Augustanus simili opera defunctus erat, & Con-
 cordantias in LXX Interpretum versionem, quas sua laude
 Trommius mactat, satis diligenter scriptas ediderat; sed præ-
 terquam quod ille liber rarior factus in tabernis librariis haud
 amplius compareret, nonnulla quoque in eo deprehendisse
 Trommius sibi visus est, quæ a nova eum editione absterrent,

G

& ut

& ut opus a priore diversum ordiretur, impellerent. Uti versò ex docta præfatione, cujus principium de pretio versionis τὸν ἑξ̄ exponit, liquido apparet, tribus potissimum incommodis opus Kircherianum laborare videbatur. *Primo* enim Kircherus operi suo titulum: *Concordantia Græca*, superaddiderat, & tamen ubivis locorum elementorum Hebraicorum seriem sectatus erat, quod non minus incongruum esse videtur, quam si quis Concordantias Latinas, Germanicas, in usum Latinorum & Germanorum adornaturus, omnia ordine secundùm voces sacri codicis Hebræas & Græcas disposeret. Ipse quidem Kircherus præpostere a se factum postmodo animadvertit, quum eam ob causam indicem Græcum operi suo subjungeret, qui Græcas voces additis paginarum numeris breviter recensere; neque tamen hoc modo rei perperam gestæ mederi posuit, sed lectoribus, qui omnes istos numeros, quorum sæpius larga copia extat, percensere voluerunt, multum surripuit temporis, & ubi forte a typhotheta vitium admissum est, omni eorum spei profusus imposuit. Atque ita R. Trommius aliam plane viam inuit, qui voces in versione LXX interpretum obvias ordine Græcorum alphabetico, ut vocant, juxta se invicem collocavit, insertis tamen ubique vocibus Hebræis, ex quibus Græcæ voces deducuntur. Ut autem literarum Hebraicarum peritis simul confunderet, in fine operis luculentus index Hebræus ab ipso adjectus est, quo continetur, quicquid Hebraici sermonis in ipso opere sparsim invenitur, additis Græcis & Latinis vocabulis, quæ Hebraicas voces uberius explanant. *Secundo* in opere Kircheriano notari merebatur, quod tot perversa Scripturæ S. in eo loca occurrant, quæ de insigni auctoris *et ceteris* testari videbantur. Id autem, ut ex operis dedicatione patet, exinde factum est, quod Kircherus Græcæ versionis verba primo solis capitum & versuum numeris in usum suum privatim consignaverat, & integris septem annis in eo fuerat occupatus; postea vero suavis instinctuque virorum doctorum, quum promulgaret opus, tum deum numeris ipsa verba adscribere cœperat. Hinc quoque accidit, ut in istis versibus describendis, qui bis, ter & amplius eandem vocem Græcam complectebantur, & tamen in Hebrai-

eo textu diversæ sæpius voces Hebraice positæ erant, ut plurimum erraret, & vel omitteret unam pluresve voces ibi obvias, vel vocem ab Hebræo profus alienam exprimeret. Quapropter, ut ab hoc errandi periculo se immunem Trommius præstaret, nunquam illius fide stetit, sed ubique Hebræum textum sollicitè evoluit. *Tertio* in Kircheri opere displicebat, quod derivatæ voces Hebrææ sub suis radicibus promiscue & indistincto collocarentur, quæ jam distinctæ & seorsim positæ conspiciuntur. Atque his rationibus adductus Trommius suo Concordantiarum operi manus admovit, in quo conscribendo exemplum Bibliorum Græcorum, quæ anno 1597 Francofurti apud Andr. Wecheliæ heredes prodierunt, cum Kircheri ob oculos habuit, quoniam tamen aliæ Bibliorum editiones extant, Londinensis anno 1653, Cantabrigiæ anno 1665, Amstelodamensis 1683, Francofurtana discrepant, & Vaticanum Bibliorum exemplum a Sixto V Pontifice Romano editum sequuntur, hinc *additamenti posterioris* loco est *succincta collatio Francofurtensis, & Vaticana editionis*, a Cl. Viro Lamberto Bos adornata, qua facile usibus suis consulere poterunt, qui exemplum a Francofurtensi diversum possident. Varias interpretationes Græcarum vocum, quas Francofurtensis editio instar scholiorum suppeditat, & Kircherus suis Concordantiis passim inseruit, R. Trommius haudquaquam neglexit, imo & complures alias a Kircheri præteritas ex istis scholiis in suas Concordantias, peculiari tamen titulo, transtulit. Ejusmodi interpretationes, ut plurimum ex Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis reliquiis collectæ sunt, quarum ubetiolem explicationem in *additamento priore seu Lexico Græco ad Hexapla Origenis*, quod Bernhardo Montfaucon acceptum referimus, invenire licet. In eo autem Kircherum iterum sequutus est Trommius, ut si quando *ô* aliquam textus Hebræi particulam non Græce redderent, ea vero ex jam dictis scholiis commode suppleri posset, id peculiari nota §. significaret, quæ ad finem lineæ adjecta conspicitur. Voces Hebræas, quæ in versione Græca omisæ sunt, v. g. $\eta\eta$ milvus Deut. XIV, 13, $\eta\eta\eta$ lacryma Jer. XIII, 17, aliasque plures

phres Trommius adducere non potuit, ideoque ex scholis interdum aliam versionem, quæ vocem istam habet, addito signo, attulit. Quando autem voces Hebrææ in versione Græcæ retinentur, imo vel integri versus, vel saltem pars eorum, ubi voces Græcæ cum Hebræo textu nihil commune habent, sed vel tantum paraphrasæ sunt, vel alium plane sensum suppeditant, uti Prov. XIII, 24, Es. VII, 11, Jer. III, 3 &c. videri potest, de iis nihil in hoc opere affertur, sed tanquam ἀπρόσθετα prætereantur. Nomina locorum, hominum, & quæ aliis rebus propria sunt, quoniam exiguum lectoribus usum pollicentur, & libri molem insigniter augent, de industria neglecta fuere, nisi quando a LXX senibus loco appellativorum usurpantur. Sic etiam voces indeclinabiles, præpositiones inprimis & conjunctiones, præterea pronomina Kircheri exemplo propter nimiam earum copiam rarius adducuntur, quemadmodum & voces, quæ in apocryphis libris occurrunt, hisce inferuntur concordantiis, de quibus tamen apposito signo lectores iterum moneantur, ut ne cum vocibus a LXX viris allatis temere confundant. Latinas autem Hebræicorum vocum explicationes, quas Kircherus ex Lexico Jo. Fosterii, & Santii Pagnini thesauris transcripserat, Trommius consulto prætermisit, & earum loco Buxtorfii, quo præceptore olim usus est, interpretationes substituit. Ceterum, ut nostra quidem fert sententia, hoc nitidissimum Concordantiarum Græcarum opus tam insigni studio, tamque improbo labore a Reverendo Trommio, octoginta & quatuor annorum sene, adornatum est, ut sive splendorem, sive utilitatem, quam literarum Græcarum studiosi exinde haurire poterunt, spectes, nihil fere ei quicquam deesse videatur. Et quamvis, ut in ejusmodi librorum genere facile accidere solet, aliqua subinde emendari, alia rectius disponi, & quædam superaddi possunt; magni tamen omnino faciendæ est industria Rev. Trommii, qui hac opera aliorum fortitan provocare poterit ingenia, ut vel simili, vel alio modo de LXX interpretum versione, quæ doctorum virorum opæ adhuc indiget, præclare mereantur. Jam quidem Cl. Jo. Gagnerium, A. M. in Academiâ Oxoniensi, novum opus Concordantiarum in LXX

senum

senum versionem moliri, & quasdam ad hoc Trommii Opus observationes edidisse accepimus, quibus suas jam observationes R. Trommius opposuit; sed quoniam neutrius Cl. Viri cogitata ad nos perlata sunt, rerum momenta, quibus Viri docti a se invicem dissentiant, enarrare haud possumus.

**PETRI DAN. HUETII, EPISCOPI ABRIN-
confs, Commentarius de rebus ad eum pertinentibus.**

Amstelodami, apud Henricum du Sauzet, 1718, 12.

Alph. I plag. 2.

Praclarum hactenus in Republica Literaria nomen luculentis scriptis in lucem editis consecutus est Petrus Daniel Huetius, Cadomi paucis post Rupellam expugnatam annis nobilibus parentibus natus. Nec male is de eadem meritis est super, dum senex nonagenario proximus vitae suae in Literarum coetu perpetuo actae rationem Commentario hoc exponere instituit, ea quidem ratione, ut, quoties eruditorum, quibuscum aliqua ipsi familiaritas intercessit, mentio fit, illorum characteres vivis coloribus exprimat, aliaque notatu digniora passim interserat. Nos vitae integrae in compendium mittendae labore nunc supersedentes, pauca tantum hinc illinc delibabimus.

Hebraicam & Graecam Literaturam se, exemplo Josephi Scaligeri, cum jam novendecim annis major esset, nullo magistro quam se ipso addidicisse testatur, & Hebraicam sibi ipsi contexituisse Grammaticam ex analogia in libris Mosaiscis deprehensa, in Graecis vero, post Homerum aliosque Poetas diligenter perlustratos, Longi Pastoralis fabulae versionem, quam ipse confecit, plurimum profecisse. De Jacobo Palmerio Grestomenilio refert, quod jam grandis natu ac pene effoetus, cum vitam rari fere ageret inter viros nobiles rusticanos, a feroculo & petulante juvene laesum se facto vel dicto putans, hominem provocaverit ad singulare certamen, & vera virtute & vi ita perculerit, ut ad vitam precario a se postulandam, enseque sibi tradendum adegerit. Morem creandi consulem Hardenbergae in Transilvania hoc carmine describit:

p. 38.

39.

49.

77.

*Barbati circa mensam statuuntur acernam,
Hispidaque imponunt attensi menta Quirites;
Porrigitur series barbarum desuper ingens,
Bestia, pes, mordax, sucta inter crescere sordes.
Ponitur in medio. Tum cuius nomine Divum
Barbam adlis, festo huic gratantur murmure Patres,
Atque celebratur subiecta per oppida Consul.*

p. 87.

106.

125.

126 sq.

Sed fabulam in Præfatione exploit Editor, & mirum forte videri poterat, Virum tam gravem fidem ei adhibere potuisse. Cum in Dania commoraretur Autor, in Huenam insulam excurrit, ut Uraniburgicam arcem Tychonis Brahei spectaret, sed eo delatus illam pridem dirutam accepit, convenit tamen virum valde senem, qui quondam in illius famulatu fuerat, e quo cognovit, Tychonem hominem fuisse violentum, impotentem, iracundum, famulos & villicos male multantem, ebriosum quoque ac mulierosum; cum uxorem duxisset ex infima natalis villæ suæ Knudstrupii plebe rustica, ex qua liberos multos suscepisset, ea quidem affinitate, velut sibi probrosa, magnopere offensam fuisse illustrem Braheorum gentem. Bibliothecam Regiam Holmiensem, Christina regnante, libris optimis instructam fuisse refert: quod ad eos, quos inter Germanicas manubias deportaverat in Sueciam Gustavus Adolphus, accessissent multi e Mazariniana, tum Petaviana & Gaulminiana integra, ut & Bibliotheca Gerh. Joannis Vossii, de Isaac filio grandi zre redempta, qui & Codices MS. diligenter per Europam conquestos intulit. Dum M. Z. Boxhornii meminuit, eum facie fuisse ait atroci & lurida, rubentibus perspersa pustulis, alloquio itidem asperum quippiam & ferox præferentem, quem aliquando in angiportu deambulantes adorti adolescentes Germani, tunc, inquirentes, homo impure, scribere ausus es adversus magnum Salmasium? correptumque in profluentem canalis aquam dejicere conati fuerint. Mire vero noster Salmasium commendat, ut tamen minime dissimulet, eum uxori imperiosæ, Josiæ Merceri filiz, nimium fuisse obnoxium, cujus rei hoc inter alia affert documentum. Cum Salmasius, inquit, suscepit iter Suecicum, tumque hominis ætas & vitæ institutum habitum postularent modestum & simplicem, hujusmodi illa vestitum tanquam igno-

ignobilem & plebejam averfata, militari cinctu perfonatum in aulam prodire voluit, thorace iudutum e bubali corio, manicis, bracois e panno coccineo, gestantem capite pelufum cinerei coloris, penna candida protectum; atque ita exornatum fe produci paffus eft in publicum. De Davide Blendello obfervat Celeberrimus Autor, quod cum exftantes a natura & extra orbitam prominentes gereret oculos, quibus ad vitæ ufus & affiduam lectionem fatis commode utebatur, fubinde oculis captus ac plane cæcus, nihilo fecius memoriz beneficio, quæ illi pro oculis fuerit, ftemma Francicum, quod inchoaverat, feliciter abfolverit, familiarumque feriem per gradus, per nomina & cognomina, per affinitates & propinquitates accurate defcripferit, appofita etiam annorum, menfium, hebdomadum & dierum notatione, in quibus diftinguendis tanta fuit ejus diligentia, ut Petro Puteano *Magnus Datarius* appellaretur. Jo. Bapt. Taverneritum vocat hominem fubagreftem, inurbanum, externis oblitum moribus, quem facile fufpicatus effes in narrationibus fuis defcribendis aliena opera ufum effe. Motavillæam Bertandam, quæ inter Reginz Annæ Auftriæ cubicularias primum locum tenuerat, fcriptos reliquiffe commentarios memorat, eosque fatis probandos, fi hiftoriz leges accuratius calluiffet. *Zabydam* vero, fabulam Romanenfem Gallis tantopere æftimatum, quæ Segrezii nomen præbet, a Laverna Fayette, doctiffima femina, compofitam teftatur. Salmafii vitam a fe ipfo recognitam ac paffim e confuetudine, quæ ipfi cum Salmafio intercefferat, auctam in Lammarii Senatoris Divionenfis fcriniis adhuc fepultam jacere, merito dolemus. Noftm quoque, Montauferio auctore, præcipuam fcriptorum clafficorum in ufum Delphini edendorum curam A. 1672 in fe fufcepiffe, penfæque inter eruditos diftribuiffe, & Michaeli Fayo præcipue in edendo Manilio fuiffe adiutorem, difcimus. Dum doctos Academiz Francicæ, in quam anno 1674 receptus eft, viros recenfet Huetius, Rogerii etiam Rabutini Buffii meminit, amatoria illa Hiftoria inelyti, arguta fane & eleganti, at nimis aculeata, qua incurrit in offenfionem Regis, dignusque habitus eft, qui in vinculis ad aliquot menses

P. 135.

250.

253.

254.

275.

286.

291.

310.

P. 392.

mensures attineretur; quanquam nec parem (sic pergit) & reliquis suis scriptionibus plausum tulit; ac longe etiam minus ex Commentariis de rebus suis; in quibus id unum sibi proposuisse visus est, ut laudes predicaret ipse suas, primumque omnium rerum se faceret; quod longe evenit locus; nam nec eam quam appetiverat, gloriam tulit, & jam ante partam labefactavit. De Bibliotheca Thuanæ notat, eam tam parvo pretio ad rei literariæ dedecus addictam esse ab hæredibus, ut cum in libris compingendis centum millia librarum fuerint impensa, ut pro certo affirmaverat Nostro Thuanus, ne tertiam quidem summæ hujus partem æquaverit ipsius Bibliothecæ venditæ. De carminibus suis fatetur Cæl. Autor, plurimum ac nihil illis inesse amatoris vanitatis, quæ ætatis hujus propria est; ceterum vero se patriam suam, & mores & studia & vitæ genus in pauca contrahere & in Epigramma hoc referre conatum:

411.

Κάδμῳ ὄπισθε πατέρα, Μῆσσυ δὲ με παῖδ' ἀτίταλλον

Τέτι. Κρονίον δ᾿ ἄνευ ἐπισημαίνω.

Ἐν μυχῷ: προπίθεσι καὶ διζέτι Φοῖβ' ἀνάστατον,

Μηδὲν ὄλωσ' ἄνωγ' ἐμὴ ἰσχυρὸν ἐχθρὰ τύχης.

Ἐν δὲ κυλάδῳ μέγα πηλῶδα σὺρφοτῶ ἄνωγ'.

Νῆν δὲ νόϊς θεόθεν ἔρανε δ᾿ ἄλλεν ἔραος.

Sunt præterea admixta passim libello observationes variae, quæ pertinent, quæ p. 20 ff. de variolis, veteribus non profus ignotis; p. 42 de exercitatione corporis ad sanitatem minime necessaria, quod exemplo Jac. Sirmondi, qui gravi licet & in exercitato, at sano corpore fuit, raroque prodiens, vitam in centum fere annos produxit; p. 98 de hirundinum commoratione hiberna; p. 144 f. & 146 f. de genuino sensu locorum quorundam Anthologiæ Græcæ; & p. 42 § sqq. de vitæ propriæ scriptionibus annotata reperiantur.

Des Braunschweig = Lüneburgischen Hauses
Genealogische Historie.

i. e.

JOACHIMI FRIDERICI FELLERI, SEREN.
Duci Saxo-Vinariensi a secretis judicialibus, Historia Genealo.
neale.

Genealogica domus Brunsvicensis & Luneb. inde a Welfone I ad Albertum & Johannem.

Lipsiæ, apud Jo. Frid. Gleditschii B. Fil. 1717, 8.

Alph. I plag. 10.

CUM Cl. Autori, B. *Joachimi Fellers*, Collegæ quondam nostri perindustrii, Filio haud degeneri, a multis annis cum Viris Celebratissimis Jobo Ludolfo & Leibnitio familiaris consuetudo intercederet, tanto captus fuit historiz Germanicæ mediz amore, ut quicquid temporis adhuc ipsi a publicis negotiis superesset, huic literarum studio impenderit, quo factum, ut præter *Momenta inedita*, per trimestria intervalla hæctenus vulgata, aliaque elegantis ingenii specimina, hæc ipsa Historia Genealogica domus Brunsvicensis accurate elucubrata nuper prodierit. Tabula Genealogica operi præmissa, quæ a Welfone, qui Caroli M. temporibus Principis dignitate inclaruit, ad Albertum Magnum, anno 1279 fato functum, totiusque, quæ hodieque floret, stirpis autorem, pertexitur, per singula stemmata ex antiquissimis scriptoribus distortica quadam explicatione, & adductis fide dignis testimoniis confirmatur & illustratur, cujus quidem omnis autoritas, Cl. Autore iudice, *Chronico Weingartenensi* sive Anonymo *de Guelfis Principibus* nititur; qui tamen nec a Nostro omnis erroris in unum habetur; cujus rei documentum affertur p. 33. Primo capite inter alia observatur, Welfones ortu esse Suevos, ipsum Henricum Leonem *se de Suevia oriundum* appellitasse apud Arnold. Lubecens. L. 2 c. 24, ceterum plures uno fuisse Warinos & Isenbardos, qui alias pater & filius fuisse creduntur, & Chronicon Weingartenense septem in universum Welfones numerasse, quorum tamen sex tantum commemoret Urspergensis. Secundo capite Autor Ethiconem Welfonis I filium & Henricum, qui ab aureo curru dictus, expendit, simulque ostendit, olim viros *egregia libertatis* dictos fuisse, qui vel nulli omnino, vel uni Imperio Vasallagii jure essent obnoxii. Tertio capite in Judithæ, Ludovici Pii conjugis, vita & fati, quæ candide recenset, Thegano quam Agobardo & Reginoni magis ad stipulatur Cl. Autor. A Conrado vero

p. 2.
6.

5.

6.

7.

15.

24.

- P. 35. do vero, Judithæ fratrem, ejusque filio cognomine originem veterum Burgundiæ Regum atque adeo Rudolphi I usque ad Henricum III, qui Burgundiæ Juranz præfuit, deducit. Tum prolixis Autorum testimoniis Burgundicorum Welforum stemma firmatur, probaturque, Contradi Senioris conjugem, Adelhaidam, haud dubie e gente Carolingiaca ortam fuisse, utat de ejus origine haud convenerit Chiffletium inter & Blondellum. Hujus Contradi filius, Conradus junior, *Dux Rbaticarum partium* fuit, minime vero Comes Parisiensis, quod nuper & Ill. Gundlingus, Nostri diligentiam collaudans, in Gundlingianis P. XX demonstravit. Hinc de Rudolpho I, primo Burgundiæ Rege, Contradi illius junioris filio, luculenter agit Autor, atque inter alia docet, sibi non nisi primam Historiæ Burgundiæ Du-Chesnianæ editionem visam esse, cum, Sammarthanis testibus, altera Par. 1628 duobus Vell. edita, longe pluribus documentis illustrata sit. Rudolphus II, Burgundionum Rex, Henrico Aucti sacram, ut vulgo creditur, lanceam dono dedit, cujus conjugem alteram Bertam A. 953 adhuc in vivis fuisse, & a genero suo, Ottone I Imp. Abbatiam Moerstein in Alsatia obtinuisse, Noster probat. Postquam inde Contradi Pacifici familiam documentis fide dignis exposuit Autor, ac multa quoque de Adelhaida ipsius sorore & Ottonis I conjugè disseruit, Rudolphum III, ultimum Burgundiæ Regem, Wipponis aliorumque consensu, Germanici Imperii vasallum fuisse negat. Porro Arnulpho Mediolanensi ad stipulatus, Odonein Campaniæ Contitem, cui Rudolphi III soror nata major nupierat, ab Imperat. Conrado Salico, qui alteram natu minorem Giselam in matrimonio habuit, per pacta successoria Rudolphi exclusam fuisse docet, admodumque Burgundis grave accidisse, ut Conradum Regem venerentur. Inde itaque Burgundia, hactenus Welfica sive Jurana, a Courado, e gente Weiblingica oriundo, in Imperii Germanici provinciam redacta est, qua de re Wipponis, & Wiberthi in vita Leonis IX, nec non Sigeberti & Arnulphi verba ab Autore allegantur, refutatis etiam Gollutio & Guillimanno, qui Henricum III Burgundiam separato ab Imperio jure tenuisse contendunt. In quarto Capite novam periodum, qua Welfontum
- 39-109
- 41-45-47 ff.
- 52-57-
- 60 ff. 65.
- 67.
- 93-6.
- 96-
- 101 ff.
- 114.
- & Weib-

& Weiblingorum odia flagrare ceperunt, suspicatur Cl. Autor, ac Welfonis II Comitis vitam recenset, quem Chronicon Weingartense Rudolphi, & Conradi fratris, filium vocat. Con-
 jux eius Irmengardis sive Imiza de gente Salicæ domo Lu-
 xenburgica, Glizberg antiquis dicta, prognata fuit. Irmizam ve-
 ro ex vocabulo Irmengardis ortam esse, alia exempla barbaræ
 hujus confusionis, ex epistola quidam Reinesii noscitur edita in
 medium allata, testantur. Ex hoc conjugio processere Welfo
 III & Cuniza, quæ cum nupsit Azzoni, hinc Cap. V de ejus pro-
 sapia fusius agit Noster, & ab eo primam inter Domum Brunsvi-
 centem & Martinensem conjunctionem repetendam censet. Qua
 occasione exhibet literas hactenus ineditas Marchionis de Rei-
 fuge, anno 1697 ad Hozierium datas, in quibus de Azzone, Mar-
 chionibus Estensibus, Montisferrati &c. accurate agitur. Equi-
 dema difficulter admodum diversos Azzones, qui Sec. X, XI & XII
 vixerunt, a se invicem distinguere, non diffitetur Autor, speratque
 fore, ut in Cel. Leibnitii historia de Azzonis supra memorati
 majoribus & posteris certius & accuratius stemma suppedite-
 tur, præcipue cum Muratorii Epistola de posteris Azzonis, præ-
 fertim Italici, Tomo III Script. Brunsvicent. inserta, seriei rite for-
 mandæ non sufficiat: interim nonnullas animadversiones de Fa-
 miliz Atestinæ antiquitate, de dote Cunizæ concessa, Elisina, de
 origine tituli, Marchionis Estensis, affert Noster, notatq; Jo. Bapt.
 Pignaz, qui Alphonso II Ferrarienti Duci a secretis fuit, de Princi-
 pibus Atestinis librum in superiorum temporum historia erro-
 ribus plenum, & inedita memorat Peregrini Prisciani *Historiam
 Ferraricensem*, & Philippi Rodi *Storie de Principi Estensi della
 Città di Ferrara*, quibus & addi possent Cel. Muratorii Antiqui-
 tates Estenses & Ital. quarum Tomo I de origine & antiquitate
 familiz Estensis ejusque propagatione in Brunsvicentem diferte
 agere constituit. Ceterum, Azzonem ultra centum annos vixisse,
 demum A. 1097 mortuum, ex Bertholdo confirmatur. Post-
 quam deinde Cap. VI Imperii turbas sub Henrico IV, quibus im-
 plicitus fuit Welfo IV, Azzonis & Cunizæ filius, quem primum
 stemmatis sui autorem agnoscit domus Brunsvicentis, exposuit
 Cl. Autor, ad Welfonem V ejusque uxorem Mathildem pergit

P. 117.

118. 119.

128.

130.

129.

140. 141.

145.

Cap. VII, & de hac quidem brevibus agit, quod in Monumentis suis ineditis Trimestri II p. 86 ff. de prosapia illius, de arctissima ejusdem cum Henrico III, IV & V cognatione, de utriusque nuptiis, amoribus, divortio, ultimo fato, sepulero, diversis vitæ ipsius recensitionibus & donatione ex vetustissimis mediæ ævi scriptoribus jam pridem uberrimam fecerit mentionem. Octavo capite Magni ultimi Saxonum Ducis, e stirpe Billungiana, calamitates recenset, cujus filiam Wulfildem Welfonis V frater Henricus Niger in matrimonium duxit, eoq; Saxoniz Ducatu potitus fuit; simulque notat, Henricum illum colloquio Cabillonensi cum Pontificiis de jure investituræ institute inter primos interfuisse, & quod Sugerius notat, gladium sibi ubique præferri jussisse, ex quo num Archi-officii Saxonici repetenda sit origo, in medio relinquit Noster.

- p. 181. In notis quoque varia occurrunt notatu digna, e. g. quod præci Marchiones Lusatiz & Misniz a Suanehilde, Hermanni Billungici filia, genus duxerint, item quod ex Ita Principe Welfica Habsburgica familia descendat. Nono capite varia de Imperatore Lothario Saxone enarrantur, qui modo Liutgerus, modo Luderus, Leudo, Lutherus, ab historicis, & in diplomatibus Lotharius III appellatur; de ipsius prosapia, de conjugio, quod cum unica ipsius filia Gertrude Henricus Superbus Dux Bavariz iniit, qui hoc pacto Ducatus Saxonici feudum obtinuit, cujus demum anno 1136 compos factus est; de ejusdem potentia & rebus gestis aliis, de Alodio item Mathildis Henrico Superbo feudi jure concessio, & quanto molimine Conrado III Imper. sese opposuerit, veneno deinceps extinctus, quamque egregia fide ipsius filio admodum tunc juveni Henrico Leoni Saxonæ adhæserint. Denique Brunsvicensium & Northeimensium sive Gœttingensium regionum conjunctio, cujus supra mentio facta fuerat, in schemate quodam Genealogico sistitur, clarissimis fideque dignis suffulta testimoniis. Postquam deinde Capite X vitas fratris Henrici Superbi, Welfonis VI, hujusque filii Welfonis VII, quocum Welfonis nomen extinctum est, genere per Henricum Leonem interim propagato, & Cap. XI Henrici Leonis, de quo fusius singulari libro agere constituit, res notatu digniores strictim exposuisset, Cap. XII Cl. Autor, illustrata

Orata tota Henrici Leonis familia, filios ejus, sigillatim Henricum Palatinum, Ottonem IV. Imp. & Guilielmuu Luneburgensem, & Cap. XIII huius filium Ottonem, domus Brunsvicensis hodie florentis factorem, tandemque Cap. XIV Albertum M. accuratius considerat. Quæ ut omnia ingentem eruditionis apparatus acerrimumque Cl. Autoris iudicium produunt, ita nobis quidem intra angustos hos recensione cancellos conclusis non licet omnia iusto ordine enarrare. Id unum nobis superest ut doctissimum Autorem publico nomine rogemus, ne, quas porro meditatur elucidationes, publico invideat.

p. 363.

HISTOIRE DE FRANCE SOUS LE REGNE DE LOUIS XIV.

h. e.

HISTORIA RERUM IN GALLIA GESTARUM regnante Ludovico XIV, Autore DE LARREY.

Tomus I & II.

Roterodami, apud Mich. Beshm & socios, 1718, 12 maj.

Alph. z.

CUM Cel. Larræus Regis Ludovici XIV res gestas tradere cōstituisset, id sibi negotii credidit primum dari, ne iniquus censeretur tanti Regis historicus posset, quamvis ipse e patria exulare quondam ob religionem iussus esset, eoque multis passim egiis illum cumulavit; qua quidem in re alios paulo parciores fuisse deprehendimus. Totum quidem opus, historię sexaginta duorum annorum destinatum, una vice publicę luci exponi haud potuit, comparentque adeo nunc tantum quæ ab ortu Regis ad Pacem Noviomagensem a Gallis acta, quatuor tomis in forma duodecima, & unicui in quarta (nam utraque simul prodiit) complexa; de reliquis tamen tomis proxime edendis spem facit Autor. Nos ne prolixiores nunc simus, binos tantum Tomos priores, qui ad A. 1657 porriguntur, iusta serie recensēbi-

H 3

mus

mus, posterioribus in Supplem. Tom: VII Sectionem II. quæ
proxime proditura est, sepositis.

1638. Brevis est Oratio Antea in enarrando actu maritum hujus
Regis, qui 1638 Sept. die 5. contigit, reliquisque circumstan-
tiis natiuitatis ejus, post conjugium diu sterile pro miraculosa ha-
bitz. Breuiter etiam percurrit, quæ paucis illis annis, quibus
supervixit pater ejus Ludovicus XIII. acta sunt, redeuntque ad
hæc potissimum: bellum prospere gestum in Sabaudia, pro-
fugatis Hispanis Taurinoque capto, in Germania Britæ in
potestatem redacto, in Hispania Catalanis ultro se Gallicæ tu-
telæ committentibus: item mortem Cardinalis Richelii, quæ
paulo antè obitum Ludovici Regis contigit. Cujus animi
characterem describens multum quidem sagacitatem & pruden-
tiam ad successus ejus mirandos, sed non parum etiam fortunam,
cujus favorem expertus erat singularem & constantem, con-
tulisse judicat.

1643. Accessurus deinde ad ipsam regni Ludovici XIV histori-
am observat, patrem ejus virium corporisque imbecillitate in-
dies aucta vicinæ mortis admonitum, cum filio de tutela & re-
gno de administratione regiminis tempore minoræ natiuitatis ejus
prospicere vellet, diu hæsitasse, tandemque consilio præcipue
Mazarini regni administrationem Reginz quidem credidisse,
adjunctis tamen eidem aliquot ex summis regi proceribus &
consiliariis, Mazarino præcipue; ita ut ipsa primum saltem
locum haberet, omnia vero consilia penderent a communibus
suffragiis. Post obitum vero Regis conditionem hæc Reginz
visam duriolem, proceribusque sub spe majorum incommodo-
rum in suas partes pertractis, eam in curiam supremam quam
parlamentum vocant processisse, perfecisseque, ut abolita illa
demortui Regis declaratione & constitutione sibi soli regimen &
administratio non limitata concederetur. Sub ipsum autem ad-
ministratiois auspiciam ejusdemque diei vespera Reginam M-
zarinum, vel serio vel simulate abitam ex regno parantem, in
ministerium suum contra expectationem omnium allegasse, ex-
que eo tempore nihil sine eo egisse, nunquamque immunita vel
mutata benevolentia eum persecutam fuisse.

Initia hujus gubernationis temporariae satis tranquilla fuere, ut Autor ostendit, & felicia, sed necessitas, quae Regiam adegit ad ve stigalia populo imponenda graviora, ipsum primo murmurare deinde auxilium Parlamenti, parati ad vindicanda sua jura obtentu salutis publicae, implorare coegit, primusque adeo hic fons turbarum extitit. Emulatio deinde & invidia, quae principes ipsos procerasque contra Cardinalem inflammavit, motibus intestinis & bellis civilibus fomitem quasi praebuit. Quo adeo felicitas de his eventibus judicium ferri possit, praemittantur descriptiones characterum animi & virtutum tum Reginae viduae & Cardinalis ipsius, tum Ducis Aurelianensis, Principis Condæ senioris, juniorisque, & reliquorum supremi consilii membrorum, etiam principum feminarum, imprimis Ducissae Chevreensis, quatenus in illa scena motuum intestinorum partes suas habuerunt. Nobis sufficit notare, quod in Regina Anna Austriaca laudet clementiam ac bonitatem, regnandique majorem, quam maritus ejus, artibus Richelii inductus, crediderit, sed ipso facto satis comprobans scientiam, cum constantia animi conjunctam. De Mazarino vero loquens extollit eum ob prudentiam, ob quam Richelio tanto pere probatus fuerit, ut ipsum successorem in ministerio suo Regi commendaret. Avidum fuisse gloriae dicit, sed magis opum, pacis amantem ex ingenii natura, sed a bello ob politicas rationes non abhorrentem, quos scilicet viros militares & principes occupatos & ab aula remotos teneret: accessu fuisse facili, comitate cum gravitate temperata, sermone gratioso, de cetero etiam moribus suavioribus quam Richelium, sed in promissis praestandis parum exactum, consiliorum & desideriorum suorum dissimulatorem summum, inque executione consiliorum promptae audaciae, contentis successibus confirmatae. De Condæ juniore notat, eum celeberrimis praeteritorum temporum heroibus antecessurum fuisse, si pietas ejus, justitia & constantia animi acquiescent in eo bellicam inque adversis spectatam fortitudinem; omniumque sui temporis amorem & existimationem promeriturum fuisse, si moderatis & prudentibus potius quam praecipitibus consiliis, ingenioque adeo suo, in tumultibus illis ad patriam lacendam excitatus uti voluisset.

Cete-

1644. Ceterum pugna ad Rupem regiam sive Rotrojum, qua Condusus junior Hispanos illam urbem obsidentes visit, inferiora fecisse novi hujus regni auspicia dicitur, cui accesserit expugnatio villæ Theodonis eodem anno facta. Idem Condusus scepitis res Gallorum ad incitas, præsertim in Germania, redactas restituisse, & Turonio opem tulisse memoratur, fervente scilicet adhuc illo bello, quod tricennale vocari fuit, Germaniamque vastavit, Belgiumque etiam, Italiam ac Catalauniam contagio quodam afflixit. Cujus eventus omnes ne quidem breviter hic percurrere licet, quemadmodum nec reliqua, quæ circa eadem tempora minorennitatis Ludovici contigerunt, si suscepti operis nostri rationem habere velimus. Illud memorabile, quod cum his ipsis temporibus ob diffidia inter Angliæ Regem & Parlamentum orta ipse Rex, ut Cardinalem ad subsidia sibi submittenda moveret, statuam equestrem ex solido auro misisset, nihil tamen obtinere potuerit, nec filio ejus Walliæ principi, Carolo, cum in aulam Gallicam venisset, prærogativa deæterioris lateris a Rege, licet minorenni, concessa sit, quamvis exemplum Philippi IV Hispaniarum Regis patri suo hunc honorem etiam a principio habentis obtenderetur.

Cum vero iisdem annis pacis ineundæ causa in Germania conventus Westphalicus colligeretur, Reginam, quæ pacem optaverat, a Cardinali ab hac sententia abductam fuisse narratur, qui, continuari bellum, præsertim in Italia, cupiebat, quo Papam scilicet adigeret ad fratri suo Cardinalitiam dignitatem tribuendam; ob quam causam etiam Barberinos Papæ invisos in tutelam Galliæ suscipi curavit, mox tamen iterum Pontifici reconciliatos. Tum vero magis confirmatum in proposito continuandi belli morte unici Regis Hispaniarum filii, cui adeo unica saltem filia restaret. Nam cum aliis quidem visus esset hic iustus Regis Hispaniæ pacem promoturus, Cardinalem patheticæ oratione concilium procerum Gallicorum monuisse, verendum, ne Rex Hispaniæ filiam unicam Imperatori aut filio ejusdem nuptum daret, duoque potentissima regna conjungeret; omni adeo studio annitendum, ut armis & belli calamitatibus Rex Hispaniæ eo adigeretur, quo filiam suam pacis obtinendæ

tinendæ causa potius Ludovico collocaret. Sed cum ad impensas belli, vel potius ad satiandam aviditatem tum reliquorum ex Principibus, tum ipsius Cardinalis, qui in partem rapinæ & lucri venire discupiebat, onera populo graviora & dona nomine saltem gratuita clero injungerentur, acerbissimæque lætas exactionis minister Emerius duritate verborum & factorum animos omnium exasperaret, non mirum, hæc primum impatientius tulisse populum, invidia autem hujus necessitatis Cardinalem maxime oneratum, tanquam extraneum & populi vitricum, moxque ad funesta magis consilia a plebe decursum.

Inter hæc cum incensore levissimo homine piscatore Neapolitani contra Hispanos rebellassent, inque reipublicæ formam nationis regimen convertere vellent, caputque & ducem eligi placuisset Guisium e Lotharingica familia, quæ & ipsa jus aliquod in regnum Neapolitanum habere credebatur, Gallos quoque his turbis involutos cognoscimus. Quoniam vero aula Gallica Hispanis quidem ægre facere, nec tamen Guisio & juribus ejus velificare vellet, ærarii etiam inopia prohiberetur, parcius auxiliis submissis factum refertur, ut accedente proditione suorum Guisius tandem in Hispanorum potestatem veniret, durius habendus & capitali supplicio afficiendus, nisi intercessione Aurelianensis Ducis fuisset liberatus. Imo non solum conatus populi hujus rebellis contra legitimum principem, sed etiam Angliæ Regis contra furentes subditos nihil vel parum adjutos fuisse, nec ad Candiam defendendam petentibus Venetis auxilium latum. Regi saltem a Cardinali consilium datum, ut pateretur Episcopalem gubernationem in Ecclesia & regno Anglicano aboleri, ad quod tamen se perducere, magno equidem suo malo, neutiquam sit passus.

Indies ergo ærarii angustiis crescentibus, cum variis & durissimis vexationibus natio opprimeretur, nec Marchio Hospitalis, qui plebem ad seditionem spectare Cardinalem libere monuerat, quicquam effecisset, tum primum, ut refert Autor, parlamentum verbis & actibus turbulentioribus, quantum poterat, sese opponebat, & edicta pecuniaria autoritate publica firmare rennebat. Quo vero ad id faciendum compelleretur,

tar Regina confilio fuorum regem minorennem, habitu quidem, quem pueri minores gerere solebant, in Parlamentum adducit, & approbationem illorum edictorum, quamvis gravi oratione contra censeate advocato generali, extorquet; sed funesto admodum eventu. Nam cum nullo loco se haberi Parlamentum indigne ferret, idem unione cum ceteris supremis regni curiis inita, libertatis & legum vindicandarum animum prae se ferebat. Quam dissolvere frustra ministri regii laborarunt, nec remotione Emerii ab officio populum placare potuerunt. Repetitis potius conventibus Parlamenti, nulla autoritate, etiam Regis in Parlamento praesentis, inhibendis, cum quidam acrius libertatem populi defenderent, quidam Regis potestatem absolutam extollerent, nomina partium illarum Funditorum & Mazarinorum orta fuisse perhibentur, max omnia in majorem confusionem adductura.

Scilicet cum eodem die, quo gratiae Deo de egregia victoria ab Hispanis ad Lentium reportata publice agebantur, Regina quasi animo sumto pro modo tantorum successuum, duos ex senatoribus Parlamenti spectatissimis in vincula duci iussisset, plebs iram in furorem vertit. Tempus hujus eventus memorabile notat Autor, tale scilicet, quo fere per universam Europam ejusmodi populares motus vigerent, causam mirorum horum factorum in providentiam conjiciens, peccata magistratum punientis. Seditione illa populari mota Regina senatores in libertatem restituit, invidia facti omni redundante in Cardinalem; quod odium artibus Retzii Coadjutoris Parisiensis insigniter auctum, adeo ut omnes flagitarent relegationem Cardinalis ex aula. Hic quidem Condæum juniorem in suas partes pertraxerat, adeo ut is durius ageret ac loqueretur cum senatoribus Parlamenti. Ex reliquis vero principibus viris multi se Funditorum partibus junxerant, prout quisque se injuria affectum a Cardinale credidisset, operam suam Parlamento offerentes contra Cardinalem. Cum itaque nulla reconciliationis promptae spes superesset, urgente praecipue Condæo praecipitis animi Principe, placuit obsidio Lutetiae: quae ut suscipi posset, Rex cum aula clanculum urbe excedit. Parlamentum reditum
Regis

Regis frustra cum expetisset, ad defensionem se parat, Hispanorum etiam auxilio implorato. Post aliquot velitationes, et animorum, ut solet in hujusmodi motibus, paulatim remittente, ad conditiones pacis descensum, amnestia omnibus concessa. Bona tamen Cardinalis subhastationi eripi non potuerunt. Motus hi in provincias regni propagati, praesertim ob severitatem Comitis Aletii in Provincia, & Ducis Espernonii in Aquitania ambitionem, qua populo uterque in visus erat, etiam sedati; & quidem primo in Normannia, ultimo vero in Aquitania. Quo facto aula cum Rege in urbem revertitur, Regina cum Rege, Cardinali ac Condæ eundem curram occupante, promissumque adeo suum praesente Condæ, quo se obsinxerat, se Cardinalem triumphantem in urbem reducturum.

Interea pax Monasterii, irritis quidem artibus Cardinalis, qui omnes legatos Gallicos, quorum in promovendo salutari illo negotio studium emicuisset, ab illa negotiatione removerat, solo relicto Serventio sibi addictissimo, conclusa. Restabatque adeo solum Hispanicum bellum. Majores autem mox motus in intestinis regni orti.

Nam tres praecipuos regii sanguinis Principes, Condæ cum fratre & Longavillæ (& hos quidem tantum ut Condæ focii essent) in custodiam ductos, refert Autor. Cujus facti causam, nec aliis satis pervestigatam, nec sibi cognitam, occulto cuidam fato, pleraque alia mirandæ ejusmodi potentiae & stellis adscribere solitus, tribuit; quod insensibiliter crescente odio Cardinalis in Condæ, militariter scilicet ferocientem & ipsum Cardinalem parum pensi habentem per moverit Reginam ut nulla idonea probatione alicujus criminis reum illum faceret, saltem autoritatis ejus minuendæ causa. Facinus hoc Cardinalis primo vulgo Parisiensem placere, etiam aliquibus principum; ita ut ignes lætitiæ testes passim accenderentur. Sed soror Principum horum Longavillæque uxor, injuriam hanc vindicatura, in Normanniam discedit, & Turennum in partes suas pertrahit, eoque passim in aliis provinciis ab amicis Principum in custodia detentorum populus pro libertate eorum vindicanda ad arma concitatur. Motibus illis (quibus se nequaquam immiscuisse Prote-

stantium religioni addictos monere non negligit Autor) quo occurreretur, Regina filium Regem per provincias Normanniam, Burgundiam, Aquitaniam circumducit. Difficillime in Aquitania motus hi sedantur, Turennius vero cum Archiduce Austriae Galliam ingressus, praelioque victus, e regno profugere cogitur. Qua victoria ad Rhételium parta cum Cardinalis inflator videretur, invidia de novo propullans brevi omnium animos ita incendit, ut Principum libertatem efflagitarent, Cardinalisque adeo perterritus ex urbe aufugeret, obtentoque a Regina mandato dimissionis eorumdem, ad liberationem ex custodia 13 mensium eis annunciandam ipse proficisceretur; majorem vero impendentem tempestatem metuens primo in finibus regni erraret, mox iisdem plane excederet, Coloniamque moraretur, crebro interim missis literis Reginae consilia subministrans. Nec spes reditus ipsi fuisset, si Condzus, cujus amicitiam Regina & Funditores certatim ambiebant, constantem cum hisce jungere societatem voluissent; sed cum horum partes linquens ipsis suspectus esset, & praeterea omnium animos durioribus verbis & factis a se abalienasset, praesertim accedentibus Ducis Chevreanæ & Retzii artibus, qui se Funditoribus associaverant, brevi res eo deducta, ut securum se Lutetiam haud credens, terrore aliquo panico urgente, ex urbe profugeret. In quam reversus quidem paulo post cum Reginae iram lenire non posset omniaque aulae ministeria hominibus sibi suspectis committi cerneret, sub ipsum tempus solennitatis ejus, quo Rex minorennitate deposita regni auspiciam capiebat, urbe iterum excedit, Burdigalamque progressus, urbem levissimam in partes suas pertrahit, & cum Hispanis societatem init.

1652

Bello adeo suscepto in provinciis cum per aliquod tempus moratus fuisset, mox mira vicissitudine omnium eorum, qui Cardinali adversabantur, eumque jam reducem & ad Regem statim post cognitos hos motus advolantem ferre non poterant, favorem consequutus, Parlamenti nempe, quod pretium in caput Mazarini constituerat, & Aurelianensis Ducis, in urbem advocatur.

Quae cum exercitu regio copiis aucto obsideretur, & Condzus a Turennio, qui jam regio exercitui praerat, urgeretur, rebus in extremum discrimen adductis, haesitantibus adhuc Parisiensibus, cui parti se faventiores praerent, servavit

vit

vit eundem Ducis Aurelianensis filia audax factum, quæ prima tormentum in regios explosit, hocque facto eosdem receptum canere coegit.

Rex, cum malo medicinam aliter ferri non posse videret, Cardinalem iterum a se dimittit, sublatoque hoc prætextu Parisienses ad officium reducit, & in urbem redit; Condzus nullam solidam spem nisi in perfugio Hispanorum credens regno egreditur, criminis vero læsæ majestatis a Rege damnatur. Ceteris venia data, inque aula & urbem manere permissum, filia tantum Aurelianensis Ducis urbe excedere iussa. Quo vero fomes malorum tolleretur, factiosus ille Retzius Cardinalis, multis modis iterum suspectus, in vincula ducitur, e quibus elapsus capitali inimico suo Condzo jungitur. Interim declaratione publica Protestantium fidem a Rege collaudatam monet Autor, quippe qui hisce turbis nullatenus se implicuissent.

Ceterum quamvis certatim curiæ regni gratias agerent ob dimissum Cardinalem, tamen vix 14 diebus elapsis de eo in aulam revocando loqui coeptum; nec vanum fuisse rumorem apparuit, cum post 4 mensium absentiam a Rege ipso in urbem introduceretur. Sed pertinaci quidem silentio populi excipiebatur: Quare cum postero die Regi de palatio prospicienti turba bajulorum vitam scilicet precantium acclamasset, ipsum ostensis & projectis aureis eosdem hortatum memoratur, ut & Cardinalem eodem voto prosequerentur; itaque illos: vivat Rex & Cardinalis! toties quoties projiceretur pecunia hilares exclamasse, notat Autor; factum hoc, quod simile quibusdam videri possit honori, quem Pharaos Josepho tribuit, rectius juventuti ejus condonandum judicans. Tanta vero in eum Regis gratia existente, non mirum, eum opibus & honoribus in immensum auctum, aque civibus pariter ac exteris cultum; ita ut Genuenses navem publico sumtu mitterent, quæ unam ex agnatis ejus in Galliam Roma deveheret.

Inter hos intestinos motus Catalaunia iterum amissa, Condzus populabundum agmen in fines Galliarum ducens terrore omnia complet: infirmis adeo rebus, ut Anglos non abalienaret, pacemque potius cum iis stabiliret, non solum legatum

primi ordinis ad eos in reipublicæ formam tunc gubernationem regni convertentes mittere, sed etiam regiam Stuartorum familiam e Gallia removerè cogitur Ludovicus.

1654.

Solemnitate vero coronationis & inaugurationis ejusdem Remis peracta, militiæ tyrocinia in obsidione Stenzi a Turenno suscepta deponit. Novis tumultibus in Neapolitano regno existentibus Guisium, sub vexillis tamen suis militantem, eo mittit. Nubili autem jam existente Anna Philippi Hispaniarum regis filia & Ludovico patrimonium circumspiciente, omnes cogitationes Cardinalis, etiam posthabita familiæ suæ cura (nam Regem in cognatæ ejusdem amorem propendentem ab ipso met revocatum innuit Auctor) eo ferebantur, ut inter hoc augustissimum par nuptias conciliaret. Missus ergo ex improvise legatus Gallicus in Madritensem aulam illam pacis conditionem afferebat, sed frustra. Acrius ergo bellum instauratur, cujus pariter eventus omnes recensere nobis non licet. Strenuum Condzi factum silentio non est prætereundum, cum enim Cameracum Turennius obsidere vellet, ex improvise ad urbem, quam modico præsidio instructam norat, cum exercitu accedens, nuncius hujus rei ex civitate ad Governatorem Belgii missus forte fortuna in Condzum incidit; qui paucis horis equitatu coacto, antequam vallum, quo urbs ab oppugnatoribus erat cingenda, perficeretur, noctu ad eam advolavit, præsidiumque intulit, reque adeo infecta Turennum discedere coegit. Circa eadem tempora Christina Suecicæ Regina abdicato imperio in Galliam venit, magnifico hospitio a Rege suscepta. Ferdinando vero Imperatore mortuo, cum Francofurti Electores coissent, Ludovicus Metim cum aula, sed sine exercitu, proficiscitur, eo, ut retur Auctor, consilio, ut ex vicino loco facilius cum Electoribus agere, curareque posset, quo imperium minime Austriaco deferretur, inani quidem conatu.

*J. H. ADDITAMENTUM AD SCHEMAS
super Problema Trajectoriarum Mensibus Augusto 1717,
& Julio superioris anni in his Actis Erudi-
torum editas.*

Eti

ETfi Problema Trajectoriarum Mense Majo 1716 pag. 226 in Actis propositum ad me spectare non censui, utpote qui nusquam de me tantum præsumere ostendi, ut omnibus quæ proponi possent, difficilioribus problematibus a summis tantum Artis hujus Magistris attingendis me parem crederem; quia tamen elegans mihi visum est dictum problema, ejus solutionem aggressus sum, incertus utrum adyta ejus penetrare mihi contingeret, nec ne; post aliqualem inquisitionem incidi tandem in solutionem quam mensi Augusto 1717 his Actis inseri curavi pag. 348 sqq. & quatuor exemplis illustravi, quorum duo priora curvas algebraicas respiciunt, tertium Logarithmicas per commune quoddam punctum transeuntes, a Celeberrimis *Bernoullis* Fratribus jam olim sed alio modo solutum. Quartum est illud exemplum quod Ill. *Leibnizius* paulo ante obitum suum in Angliâ proposuisse dicitur a Cl. Viri juvene Nic. *Bernoulli*, Joh. Viri celeberrimi Filio, U. J. Candidato; & hoc idem confirmari video ex schediasmate Eximia Nobilissimiq; Geometræ Angli Dn. *Taylor*, qui in eo ingeniosam plane ejusdem exempli solutionem cum analysi adduxit, cujus apographum ex Transactionibus Londinensibus transcriptum pro insigni humanitate sua mihi transmisit Ingeniosus Dn. *Montmortius*, Geometra præstantissimus. Nam cum schedam meam ad Acta misi, nesciveram quod exemplum meum quartum in Angliâ propositam fuisset ab Ill. *Leibnitio*, multoque minus qualis ab ipso solutio peteretur; nam id non a Dn. *Leibnitio* sed a Dn. *Montmortio* accepi, qui a Cel. Nic. *Bernoullio* Professore Patavino se illud nactum esse indicavit in suis ad me literis, *Leibnitii* vero tanquam Autoris ejus aut saltem propositoris mentionem nullam faciebat.

2. Cum vero intelligerem solutionem meam ideo nonnullis non probari, quod in æquatione differentiali Trajectoriæ quæ sita $xy - ydx = y^m ds : c^{m-1}$ indeterminatæ permixtæ essent; item quod calculus meus exempli quarti nimia prolixitate laboraret, nec commode aliis exemplis paullo difficilioribus accommodari posset, hisce gravaminibus remedium afferre conatus sum mense Julio proxime elapso, ubi inter alia magna facilitate indeterminatas æquationis meæ ope æquationis Curvarum

varum secundarum $dx = y^m dy : \mathcal{R}(a^{2m} - y^{2m})$ indeterminatas separavi, nam hæc æquatio secundarum præbet $x = \frac{\int 1 \cdot m a^{2m} dy}{y^m \mathcal{R}(a^{2m} - y^{2m})} - \frac{\mathcal{R}(a^{2m} - y^{2m})}{y^{m-1}}$, & mutatis in eadem coordinatarum elementis, $dx = \frac{-dy \mathcal{R}(a^{2m} - y^{2m})}{y^m}$ & $ds = \frac{a^m dy}{y^m}$, qua-

re substituendo hos valores ipsarum x, dx & ds in æquatione Trajectoriz $x dy - y dx = c^{1-m} y^m ds$, proveniet destructis destruendis $\frac{\int 1 \cdot m a^{2m} dy}{y^m \mathcal{R}(a^{2m} - y^{2m})} = a^m c^{1-m}$, æquatio quæ concessis figurarum

quadraturis construi potest eo fere modo, quem Dn. Candidatus a Cel. suo Parente adducit §. 9 Schediasmatis mense Junio superiori editi in Actis. Similem deductionem in casu particulari, quo curvæ secundæ sunt *Cyloides*, jam dederam in prima mea Scheda Augusti 1717, quando ibidem æquationem *Synchronæ* Bernoullianæ ejusque constructionem dedi. Hoc tamen non obstante Dn. Candidatus carpit in mea æquatione indeterminatarum permixtionem, non animadvertens quod, ea tantum sit apparens, minime vero realis; nam in hæc æquatione $x dy - y dx = c^{1-m} y^m ds$, quantitates x, dx & ds dantur (transcendenter prima) ex æquatione curvarum secundarum $dx = y^m dy : \mathcal{R}(a^{2m} - y^{2m})$. Imo si in illa pro dx & ds substituuntur earum valores $\frac{-dy \mathcal{R}(a^{2m} - y^{2m})}{y^m}$, & $\frac{a^m dy}{y^m}$, quos supra jam habuimus,

resultabit inde algebraica æquatio $x + \frac{\mathcal{R}(a^{2m} - y^{2m})}{y^{m-1}} = a^m c^{1-m}$,

vel $xy^{m-1} + \mathcal{R}(a^{2m} - y^{2m}) = a^m c^{1-m} y^{m-1}$, alicujus curvæ cujus interfectiones cum curva secunda determinant puncta trajectoriarum, & hæc sane constructio alteri per quadraturas si præferri non debet, ei saltem æquiparari meretur. Celeberr. Taylor hanc constructionem Trajectoriz per interfectionem curvæ algebraicæ & curvæ secundæ etiam dedit, & innumere aliz curvæ per quadraturas describendæ exhiberi possunt, quarum occurrit cum curvis quibusdam algebraicis puncta ejusdem trajectoriz determinant.

3. Alteri

3. Alteri difficultati adversus analyfin meam motus, quod calculus ejus nimis quam necesse erat prolixus fit, vixque ad alia exempla paullo difficiliora sese extendat, satisfacere studui ostendendo, quod etiam si ordo, quem in calculo meo sequutus sum, minus naturalis & minus late patens fit, principia tamen analyseos, quæ consistunt in commutatione elementorum coordinatarum curvæ secundæ, & introductione novæ indeterminatæ sufficiant ad exempla multo difficiliora solvenda; Hunc in

finem adduxi æquationem $\text{Log. } c - \log. a = \int \frac{qqdy}{y+psdy}$ ex qua, quia ponebatur $dx = pdy$ & $x = spy$ resultat ista & intelligibili

lor $lc - la = \int \frac{dx^2 + dy^2}{x dx + y dy}$, in qua c est constantissima, a modulus variabilis, & dx, dy sunt elementa coordinatarum Curvæ secundæ. Non necesse duco monere, quod lc & la significant logarithmos constantis c & variabilis moduli a , sed hoc non est reticendum, quod utique per x, y, dx, dy intelligi debeat $\frac{x}{a}, \frac{y}{a}, \frac{dx}{a}, \frac{dy}{a}$; hoc enim citato in loco expresse non monui,

in applicatione vero æquationis ad exemplum illic positum id accurate observavi, quando pro integrali ipsius $\frac{dR}{1-mR}$

scripsi $\frac{1}{1-m} R - \frac{1}{1-m} la$, nam hoc idem denotat, ac si posuissem

$$\frac{1}{1-m} \log. (R : a).$$

4. Hujus ratio ex sequenti analyfi patefcet. Sint enim

$x = \frac{at}{b}, y = \frac{au}{b}$, eritque in una eademque curva secunda a constans, & b per omnes constantissima; quare differentiando $dx = \frac{adt}{b}$, & $dy = \frac{adu}{b}$; atque adeo $dx : dy :: dt : du$, & $dx du = dt dy$.

Quare permutando juxta Canonem meum elementa dx, dy cum dy & $-dx$ erit $dudy = -dt dx$. Jam in transitu ab una Curva

K secunda

secunda ad aliam, oportet modulum a variabilem assumere, &

hac cautela posita, æquationes $x = \frac{at}{b}$ & $y = \frac{at^m}{b}$ differentiatæ

præbent $dx = \frac{adt + tda}{b}$, & $dy = \frac{adu + uda}{b}$, & hi valores in
 $dudy = -dxdx$ substituti $-adt^2 - tdt da = adu^2 + uada$, seu
 $\frac{-da}{a} = \frac{dt^2 + du^2}{tdt + udu}$ Quare posita $b = 1$ si in hac inventa æqua-

tione pro t, u, dt, du scribantur $\frac{x}{a}, \frac{y}{a}, \frac{dx}{a}$ & $\frac{dy}{a}$ proveniet $\frac{-da}{a}$

$= \frac{dx^2 + dy^2}{x dx + y dy}$, & integrando $lc - la = \int \frac{dx^2 + dy^2}{x dx + y dy}$ Hanc æ-

quationem deinceps exemplo eodem illustravi, quod quarta est in scheda Mens. Augusti 1717. Sed quia posui $p = y^m : r$ ($a^{2m} - y^{2m}$), introductione hujus novæ literæ p factum esse puto, quod nonnullis obscurus visus sit calculus meus; quare non abs re fore existimo eundem paulo clarius hoc loco exponere.

Æquatio curvarum secundarum $dx = y^m dy : r (a^{2m} - y^{2m})$ nobis supra dedit $x = \int \frac{y^{1-m} a^{2m} dy}{y^m r (a^{2m} - y^{2m})} - \frac{r (a^{2m} - y^{2m})}{y^{m-1}}$

vel scribendo brevitate gratia R pro $\int \frac{y^{1-m} a^{2m} dy}{y^m r (a^{2m} - y^{2m})}$, $x = R$

$- \frac{r (a^{2m} - y^{2m})}{y^{m-1}}$, sed æquatio differentialis secundarum dat

$\frac{r (a^{2m} - y^{2m})}{y^{m-1}} = \frac{y dy}{dx}$ posita permutatione elementorum dx, dy ,

quare $\frac{dx^2 + dy^2}{x dx + y dy} (= \frac{-da}{a}) = \frac{a^{2m} dx}{R y^{2m}}$ (vel substituendo ex æquatione differentiali curv. secund. valorem ipsius dx) =

$\frac{a^{2m} dy}{y^m R r (a^{2m} - y^{2m})}$ verum quia $R = \int \frac{y^{1-m} a^{2m} dy}{y^m r (a^{2m} - y^{2m})}$ vel dR

$$= \frac{1-m a^{2m} dy}{y^m (a^{2m} - y^{2m})}; \text{ erit } \frac{a^{2m} dy}{y^m R (a^{2m} - y^{2m})} = \frac{dR}{1-mR} =$$

$\frac{-da}{a}$; & integrando, $\text{Log. } \frac{c}{a} = \frac{1}{1-m} \text{Log. } \frac{R}{a}$, per notam paulo

ante positam, ergo quantitates absolutæ his logarithmis re-

spondentes erunt $\frac{c}{a} = \frac{R^{1-m}}{a^{1-m}}$, ac denique $a^m c^{1-m} = R$.

5. Sed si $t = \frac{bx}{a}$, & $u = \frac{by}{a}$ fuissent ad suas differentias,

$$\text{reductæ } ds = \frac{badx - bxda}{aa}, \text{ \& } du = \frac{bady - byda}{aa} \text{ \& hæc elemen-}$$

ta in æquatione $dudy = -dsdx$ substituta, prædiisset $\frac{da}{a} =$

$$\frac{dx^2 + dy^2}{x dx + y dy}, \text{ ubi } dx \text{ \& } dy \text{ jam sunt elementa coordinatarum Tra-}$$

jectoriæ quæ sitæ, Hæc æquatio vocari posset *Modularis*, quam

Celeberrimus D. Taylor etiam dedit, sed suppressa ejus analysi.

Hæc æquatio modularis omnibus curvis similibus communis est,

sed solis similibus, quod veritatis amore, quam colo, minime dis-

simulare volui; idem sentiendum de æquationibus paragraphi

præcedentis, quas antea generales esse arbitrabar. Nam in

curvis transcendensibus dissimilibus æquatio modularis variat,

quæ una & eadem est pro omnibus similibus, ut dictum; in-

ventio tamen ejus quæ peculiare calculi differentialis & integra-

lis artificium deposcit omnino in potestate est, & canonis mo-

usum quoque involvit.

6. Si in æquatione §. 4 inventa $\frac{-da}{a} = \frac{ds^2 + du^2}{sdt + udu}$ po-

nantur $rt + uu = rr$, atque adeo $sdt + udu = r dr$; ac

$$ds^2 + du^2 = dr^2 \text{ \& } ds^2 - dr^2 \text{ vel } ds^2 + du^2 - dr^2 = dq^2. \text{ Ac}$$

$$\text{denique } xx + yy = zz, \text{ erit } zz (= xx + yy) = \frac{aast + aaau}{bb} =$$

$$\frac{aar r}{bb}, \text{ \& } z = \frac{ar}{b} \text{ vel etiam } a = \frac{bz}{r}, \text{ ergo } la = lb + lz - lr, \text{ \& dif-}$$

K 2

ferentiando $\frac{+da}{a} = \frac{dz}{z} - \frac{dr}{r}$; quare æquatio $\frac{-da}{a} = \frac{dt^2 + du^2}{tdt + udu}$,
mutatur in $\frac{-dz}{z} + \frac{dr}{r} = \frac{dt^2 + du^2}{rdr}$; & $\frac{-dz}{z} = \frac{dt^2 + du^2 - dr^2}{rdr}$

$\frac{dq^2}{rdr}$. Constructio quam Dn. Candidatus noster §. 10 a Cel.

fuo Patre affert in hanc æquationem definit, atque adeò solas
Curvas similes respicit. Nam si in Schemate ejus (vid. Fig. 2
Tab. III Act. 1718 pag. 253) $AF = AM = r$, $AI = b$, $AC =$

$AE = z$, erit $AT = \frac{bdq}{dr}$ (nam dy est ad dq ut sinus complemen-

ti anguli, quem tangens curvæ AF in puncto F facit cum ejus
subtensa AF , ad sinum rectum ejusdem anguli) & AL vel
(constr.) PM tertia proportionalis post MA & AT ob angulum

(constr.) rectum $MTL = \frac{bbdq^2}{rdr^2}$, quare cum sit $AM = r$ erit ele-

mentum areæ $AVPM = \frac{bbdq^2}{rdr}$. Ordinata hyperbolæ QRS ,

quæ est CR , est $= \frac{bb}{z}$, & elementum quadrilinei hyperbolici

$HCRS = \frac{-bbdz}{z}$; quum vero areæ $AVPM$ & $HCRS$ (constr.)

æquales sint, æquabuntur etiam earum elementa, ac proinde

habetur $\frac{bbdq^2}{rdr} = \frac{-bbdz}{z}$, vel dividendo per bb , $\frac{dq^2}{rdr} = \frac{-dz}{z}$, quæ

est æquatio quam ex nostra $\frac{-da}{a} = \frac{dt^2 + du^2}{tdt + udu}$ elicivimus.

Hæc eadem constructio immediate etiam deduci potest
ex consideratione similitudinis arcuum AF & AE curvæ, quam
Cel. Bernoulli *principalem* vocat, AFG & secundæ AED , quod
quia

quia quilibet, qui voluerit, facile explorare & invenire potest, brevitate gratia ostendere omitto. Hoc unum annotasse contentus, quod si Trajectoria NEB sursum continuetur usque ad occursum cum recta verticali AM, intervallum in hac verticali inter trajectoriam & punctum A æquale futurum sit datæ lineæ AH. Quare variata hac variabitur etiam Trajectoriæ altitudo.

7. Iis quæ supra in mea solutione desiderari scripsi Cl. Candidatus *Bernoulli* non solum subscribit, sed plura etiam profert, quæ in analysi exempli mei quarti comprehendenda invenit. Concedit quidem Canonem meum generalem esse pro Curvis Algebraicis, sed pro transcendentibus non item, non majorem ideo ei extensionem adscripsisse Cel. suum *Patruem* Prof. Patavinum, etiam si commune mecum in inventionem ejus jus habeat, nec ob stare putat quod contrarium dicam. Scripsi Canonem meum ad Curvas transcendentis æque ac ad Algebraicas sese extendere, & in hoc nihil a veritate alienum assertuisse sentio, cum id quod scripsi exemplis probaverim. Distingendum porro est inter canonis amplitudinem & sufficientiam, Canon enim ille consistens in permutatione elementorum coordinatarum Curvæ secundæ generaliter obtinet in omnibus omnino curvis algebraicis & transcendentibus, sed solus ne quidem in Curvis algebraicis sufficit; nam præter æquationem differentialem curvæ secundæ, in qua elementa dx , dy permutari debent, alia semper requiritur æquatio, quæ cum hac differentiali possit conferri & modulus variabilis auferri, ita ut ad æquationem nisi coordinatas Trajectoriæ cum suis elementis primis vel secundis aut utrisque & quantitibus constantibus contineat. Talem novam æquationem in exemplo sæpius citato quæsi & inveni, canonisque usum indispensabilem cognovi: contra hanc Analysin varia excipit Dn. Candidatus, quod me tantum duxerit ad æquationem aliquam, quæ a constructione per quadraturas a Leibnitio postulata adhuc absit, ob indeterminatarum permutationem, quod procedat per ambages, & per integrationem aliquam non facilem nec certa ratione patentem pervenerim ad æquationem meam differentialem. Miratur denique quod judicando anonymi cujusdam Angli tentamen fore calculi laborio-

summi, ipsemet calculi prolixitatem & molestiam evitare non studuerim. Miratur item me dicentem secunda differentialia esse superflua cum ipse ego ad ea delapsus sim.

8. Sed vellem & mihi locum indicet Da. Candidatus in quo circa exemplum curvarum *algebraicarum* in nimiam calculi prolixitatem inciderim aut ad secunda differentialia delapsus sim? talia enim me in Anonymi Angli tentamine improbasse, adeo clarum est ex eo, quod expresse negaverim ejus methodum latius patere quam ad curvas *algebraicas*, aut simplicissimam ex transcendentibus, Logarithmicam scilicet, ut ego vicissim mirer, ipsum verba mea aliter intellexisse, vel potius interpretatum fuisse, quam ipsa sonant. Verum est, me circa curvas Transcendentes ad secundas differentias delapsum esse, sed quid hoc mirum? Quis enim negaverit rationi consentaneum esse, quod in ejusmodi curvis transcendentibus inventio Trajectoriae secunda differentialia exposcat, quemadmodum pro curvis Algebraicis primis differentiis opus est? Scio in curvis transcendentibus similibus usum secundarum differentiarum vitari posse, sed Dn. Candidatus nondum probavit, nec forte unquam probabit, idem obtinere circa curvas transcendentibus *disimiles*, quales sunt earum curvae, quae hac aequatione differentiali exprimentur, $dx =$

$$\frac{b^m dy}{y^m (a^{2m} - y^{2m})}$$

in qua a est modulus variabilis, constans quidem

pro una eademque linea ex infinitis, quae hac aequatione exprimentur, sed major vel minor in alia atque alia ex hisce lineis, b vero est constantissima per omnes haec infinitas curvas; earum

omnium aequatio modularis est $\frac{da}{a} = \frac{dx^2 + dy^2}{y dy + 1 - m x dx}$. Et Trajectoriae

orthogonalis aequatio differentio-differentialis ea quae sequitur

$$(m dx^2 dy + m dx^2 dy^2 + y dx^2 dy ddy - y dx dy^2 ddx + m - 1, x dx^2 dy ddx + 1 - m x dx^2 ddy) x b^{2m} = m - m m x y^{2m-1} dx dy^2 - m y^{2m} dx^2 dy^3.$$

Quod si aequationem differentialem primi gradus invenire possit pro Trajectoria quaesita, aut hujus trajectoriae constructionem per quadraturas absolvere possit operæ pre-

pretium erit ejus labor. Ad reliquas ejus objectiones in præcedentibus cum jam responsum sit, manum de tabula retrahō.

NOUVELLES MAXIMES SUR L'ÉDUCATION
des Enfans.

i. e.

NOVA METHODUS EDUCANDI LIBEROS.

Amstelod. apud Honoré & Chatelain, 1718, 12.

Pl. 14.

Non heri, aut nudius tertius, sed omni tempore Viri doctrinæ & prudentiæ laude conspicui inventi sunt, qui, cum damna, quæ ex perversa liberorum educatione in rempublicam redundant, secum expenderent, omni opera adnisi sunt, ut præceptis monitisque salubrioribus pravos hominum mores corrigerent, & quantum in ipsis esset, rectiorem educandi rationem commonstrarent. Plurima ea de re doctorum monumenta extant, a quibus tamen omnibus primo adspectu longissime abire videtur libellus, quem jam recensere instituimus, utpote qui loco virtutis, quam alii teneris infantum mentibus instillare cupiunt, non nisi *avaritiam, invidiam, astutiam*, aliæque hujusmodi prava animi vitia commendat, quibus mature, & in primâ illico ætate puerorum, imprimis nobilium, mentes imbui jubet. Sed rectius sine dubio de eo existimabit, qui doctissimi Autoris, quem celeberrimum *Croufazium* esse accepimus, consilium paullo accuratius perspectum habuerit. Postquam enim severa morum disciplina, quæ simplicem, & suo tantum habitu indutam virtutem producit, se vel parum, vel nihil apud homines delicatos, & virtutis impatientes proficere cognoverat, alia rem via adgressus est, & methodum educandi liberos adornavit, quæ primâ quidem specie vanissimis hominum animis mirifice blandiri poterit, re tamen ipsa corruptam educationem lepide exagitat & vivis quasi coloribus depingit. Nam quod ipse Autor aliam prorsus sententiam de liberorum educatione foveat, vel exinde satis & abunde patet, quando propterea se nomen in libri titulo reticuisse dicit, ne sorte proprio & domestico exemplo regulas, quas suppeditat,

tat, infringere videatur. Sed excutiendum jam est ipsum opusculum, & videndum, quid novæ rei complectatur. Itaque post brevem præfationem, in qua serio se rem agere Autor simulat, Cap. I, quod de moribus inscribitur, ejusmodi se heic puerum moribus instruere dicit, qui aliquando in re publica eminere, & caput præ ceteris extollere debeat. Huic *moderatam*, ut vocat, *Invidiam*, & *Malitiam*, quæ *Amulationis*, & *Vivacitatis* nomine vulgo insigniri solent, tanquam præcipuas virtutes commendat, illisque liberos mature aduæfaciendos docet, non solum quod maxima pars actionum humanarum hisce duobus principiis nitatur; sed quod etiam ipsa natura, quæ scintillas hujus rei in ignem mox erupturas continet, ad id mirifice impellat. Ut autem tenelli puerorum animi facilis citiusque invidia inflammentur, ejusmodi Autor præscribit regulas: (1) Ne facile laudes, quæ liberorum sunt, sed ea tantum magnifice extollas, quæ ab aliis possidentur. (2) Munuscula liberis dispersiens, invitum, & non nisi ultima necessitate inductum te id facere simules. (3) Non earum modo rerum, quas superiores, & æquales possident, sed etiam quas inferiores habent, desiderium in liberis accendas &c. Hac ratione habendi cupido magis & magis in puerorum animis inflammabitur, præsertim quando provechiore ætate pecuniam orbis terrarum reginam esse didicerint, cujus imperio omnia parent, & subjiciuntur. Ineunte igitur ætate pueri ejusmodi præceptoribus sunt committendi, qui fidei & officio suo ex asse satisfaciunt & quacunque occasione auri sacram famem in discipulis excitent. Hac enim ratione non futurum est, ut nobiles pueri ex illustri loco ad extremam paupertatem dejiciantur, & cum Dionysio Syracusano parce ac duriter aliquando vivere debeant. Hinc quotiescunque tempus, & res patitur, eorum exempla pueris ob oculos ponantur, qui omnium rerum inopia misere laborant, & omnibus despectui odioque sunt, propterea quod ex præpostero virtutis studio, quod præ se tulerint, de re facienda minus fuerunt solliciti. Sedulo illud tritum: *In pauperem omnia licent*, ipsis inculcetur, & quæ alia plura sunt, quæ Autor suppeditat consilia, quibus pueri incitentur, ut divitias ament,

ament, & paupertatem odio prosequantur. Jamque etiam Au-
 tor illorum obviam ire vult sententiae, qui hanc suam doctri-
 nam periculo plenam, & ad fordidissimam avaritiam manu
 quasi ducere pronuntiabunt. Facilis, inquit, ab invidia, quam
 laudavi, ad avaritiam est prolapsio, nihilominus tamen inter
 utramque multum interest discriminis: Nonne, pergit, ani-
 mi generositas facillime in prodigaliteriam degenerat? ab omni-
 bus tamen laudari, & ut praecipua virtus commendari solet. Et
 quid plura? ita rerum humanarum in his terris ratio comparata
 est, ut mala à bonis haud distent longius & interdum sibi invi-
 cera sint admixta. Imo eo usque progreditur Autor, ut hanc
 suam sententiam oppido novam cum sapientissimorum homi-
 num placitis perbelle conspirare existimet. Homo enim virtu-
 ti deditus nihil querit, nisi quod sibi utile & proficuum esse cre-
 dit, quicquid autem ipsi utile & profuturum est, id bonum,
 honestum, & pulchrum vulgo vocatur. Sic Principes & in di-
 gaitate constituti civibus suis humilitatis laudem impertiunt,
 quando divinis ab illis afficiuntur honoribus, eives vero, & qui
 potentiorum imperio subiecti sunt, clementiam & humanita-
 tern appellant, quando Principes debita quasi praerogativa ob-
 liti, suas sibi res ipsos habere permittunt; sic parentes tenacio-
 res in liberis parsimoniam; liberi in parentibus indulgentiori-
 bus liberalitatem collaudant. Ex quibus sane apparere ait, pro vir-
 tute id haberi ab omnibus, quod cum eorum commodo est con-
 junctum. Neque hanc ipsam de virtute opinionem aeternam, quam
 omnes sectari debemus, felicitati obstare Autor simulat,
 & postquam, quae contra sententiam ejus afferri possunt, diluit,
 verissimum omni tempore fuisse pronunciat, quod is, qui mul-
 tum pecuniae possideat, nulla amplius re indigeat. Hanc ob
 causam Pindarus in principio carminum aquam, ignem, & au-
 ram res omnium optimas nominat, quibus homo nequaquam
 carere potest, & Glaucus ante ab Homero laudatus tum demum
 insignis stultitiae documenta prodidit, quum aureum sentum
 cum zneo temere permutavit, & propterea a Jove mente exu-
 tus est. Verum non satis erit flagrare habendi cupidine, ingenio
 insuper & arte opus est. quibus rebus ad utilitatem nostram

L

per-

pertinentibus potiri quæamus. Igitur opera inprimis præceptori danda est, ut in discipulorum animis *Calliditas* sive *Astutia* propullulet, qua tanquam aliquo freno vehementior habendi cupiditas retineatur, & propositum scopum eo facilius obtineat. Id quomodo fieri possit, Autor pluribus exponit, simulque artes describit, quibus pueri, necessitate ad id inducti, parentum, propinquosum, & amicorum marsupia egregie emungere queant, *Tros*, inquit, *Rutilusve suat, nullo discrimine habeto.* Experientia autem edocti astutiam sine *audacia* plerumque torpere animadvertunt. Coniungatur itaque necesse est cum reliquis iam enumeratis virtutibus, quoniam nihil tam arduum natura constituit, quo vulpis astutia, leonis audacia adjuncta, & ovina pelle involuta non possit emitti. Et hæcenus Autor descripsit virtutes, quas alii Philosophi Cardinales vocant, *Avaritiam* scilicet, *Astutiam*, *Audaciam* & *Malitiam*, quibus cæci fuleris omne novæ methodi systema innititur, quod etiam in fine capituli denuo stabilire aggreditur, & a secus sentientium opinionibus defendit. Cap. II de Scientiis puero necessariis agit, & iterum fundamenti loco ponit utilitatem, quam scientiæ prorsus exiguam promittunt, quæ non aliam in finem addiscantur, quam ut earum cultores apud alios in honore sint. Hunc verò ad difficulter consequemur, quando rejectis novis veritatibus, quas alii ambitiose crepant, veteres modo & ab antiquis traditos errores forti animo defendemus, & ea tantum nobis placere demonstrabimus, quæ alii stupent atque admirantur. Ante omnia Latinæ linguæ studium Autor serio inculcat, qua maximam eruditionis partem absolvi vulgus existimat, atque ei, qui Latine loquitur, licet stupidus, bardus, & omnium rerum ignarus sit, primum inter eruditos locum attribuit, ac ejus effata, quamvis non intelligat, in oraculorum habet numero. Hac occasione suas sibi res habere jubet, quicumque regulas Grammaticas alia, quam Latina, lingua conscribunt, atque ita laudabilem consuetudinem tot seculorum & virorum doctorum consensu probatam migrare sustinent. Atque ita ad altiora rite preparatus puer, sacris paulatim initiari, & religionis, quam profitetur, placitis imbui debet. Hæc prima & præcipua magistri

gistri cura in eo versetur, ut rationem discipuli, quæ in rebus fidei intempestive sollicita est, sub jugum mittat, ab interrogantibus discipulum deterreat, neque facile permittat, ut eorum, quæ ipsi dubia adhuc sunt & incerta, uberiores explanationem rogitet. Jamque Autor Calvinianorum sacris additus de usu rationis in fidei rebus prolixè disputat, & duorum Anglorum *Sacheverelli*, & *Atterbury* meminit, quos scientiis ab ipso descriptis præditos fuisse arbitratur. Porro de reverentia, quæ personis Ecclesiasticis debetur, tractat, cujus quidem duplex genus constituit, & alterum, quod prolixè & eleganter describit, rarius inveniri existimat, alterum vero eo magis in honore habendum censet, quo facilius nocere possit, imò & forte valit. Quapropter omnia, quacunque se ratione habeant, in iis laudes, & ubi ejusmodi sacerdotem, propter curtam doctrinæ suppellectilem, breviores ad populum sermones habere animadvertit, dicas: *En hominem! qui invitatus se imperitæ multitudinis ingenio accommodat*; ubi justo prolixior est, & tardius movet audientibus: *En hominem! qui totum salutis hominum promovenda se consecrat*; ubi omnia ex aliorum scriptis compilat, atque ex aïs sermonem male hylucum confarcinat: *En hominem! qui singulari præditus est modestia, & de industria haud cupit plus aliis sapere*, &c. Deinde amicitiam muliercularum quamdam magnificendam, & cupide expetendas suadet quæ singularem pietatis speciem præ se ferunt, & jam in his terris beatis mentibus loca in paradiso assignare haud erubescunt. Illas præcipuo honore dignas Autor censet, quoniam, quocunque vitæ gesseris modo, illæ causam tuam tueri, teque pium, & beatum prædicare poterunt. De ceteris disciplinis puerò tradendis præceptor non admodum sollicitus esse debet, sed potius in eo acquiescet, si discipulus primum & ultimum systematis caput exacte teneat. In primis a Mathematicis disciplinis studiose dehortetur, quia rationem nimis exacunt, & multis in re publica literaria turbis fenestram aperiunt. Caput III de animi recreationibus inscribitur. Heic Autor lûsum juvenibus iterum iterumque commendat, quem ubi magno opere laudavit, & utilitates, quæ ex crebra ludendi consue-

tudine promanare solent, descripsit, neminem fere in hoc terrarum orbe futurum existimat, qui accurata ludendi scientia destitutus, res suas commode agere, & utilitatem suam rite promoveri possit. Caput IV de prudentia apodemica agit. Qui exteras regiones perlustrare cupit, pecunia inprimis, aliquot servis, & pretiosis vestibus instructus sit, oportet, quibus omnium oculos in se convertat. Viros eruditos & celebres in itinere adire, vix operæ pretium est, publica hospitia & diverforia peregrinator potius frequentet, in quibus aurea libertas regnat, & omnis generis hominum colluvies reperitur. Exterorum linguis memoriam onerare, res excelsi animo indigna est, satis est, si aliquo modo divinare potest, quæ alii ejusmodi linguis instructi loquantur. Domum redux indulgentissimam matrem, & dilectas sorores speculis, picturis rarioribus, aliisque ejusmodi crepundiis post longam absentiam exhilaret, aliis vero mille narret historiolas, quarum fidem, qui una fuit, magister confirmet. Capite V officia parentum exponit: a patre inprimis requiritur, ut filio generis nobilitatem diligentissime inculcet, quo is mature alios contemnere, & cristam erigere discat; mater vero ad garrulitatem filium advescat, ne forte tetricus & austrosus fiat, & quæ sunt alia parentum officia, quæ consilio præterimus. Cap. VI officia præceptoribus quædam præscribit, qui non tam de discipuli, quam parentis ingenio sit sollicitus, si scilicet rite sibi prospicere cupit. Igitur discipulum non facile ad iram provocet, ne parentum, qui filios tenerrime amare haud desinunt, gratia excidat. Laudet quotidie filiorum profectus, & mores, quoniam parentes liberorum laudibus admodum delectantur, verbo: *Qui vult decipiatur.*

CHRISTIAN MORALS AND CHRISTIAN PRUDENCE.

h. e.

MORALIA CHRISTIANÆ RELIGIONIS, & Prudentia ejusdem, Partibus duabus; quibus ostenditur singularis sapientia & excellentia Christianæ religionis e scopis ipsius generali promovendi præstantes hæc, & ad per-

*perfectiorem humanam naturam tendentes virtutes, puritatem
& pacem. Autore JOANNE LAURENCE, A. M.
Rectoris Yelvertofsensi in Comitatu
Northantonienfi.*

Londini, apud Jac. Knapton, 1717, 8.
Alph. 1 plag. 2.

Optime omnino de mortalium genere meriti sunt, non solum qui veritatem, sed etiam qui utilitatem religionis Christianae scriptis suis demonstrarunt. Quemadmodum enim illi intellectum ad fidem ei adhibendam movent, ita hi voluntatem ad eandem eo promptius amplectendam flectunt. Prioris generis scriptores inde a Patrum nostrorum memoria magno numero extant, posterioris autem pauciores sunt, & nostra praesertim aetate in publicum demum prodierunt. Hos inter ex Anglis nobis alias innotuit Anonymus, qui scriptum edidit sub titulo: *Lucrum hominis praecipuum; sive de Religione Tractatus, dilucide demonstrans Praeceptorum Evangelicorum aequitatem, & quod multum conducatur debita eorum observatio ad salutem & felicitatem tam societatum publicarum quam privatorum hominum.* Oxon. 1705, 12. Eo spectant etiam, quae in Notis ad B. Gottfridus Olearius libro praestantissimo de Jesu vero Messia, vernacula lingua conscripto, Part. IV p. 787 sqq. ediderunt. Plenius vero postmodum in Belgio Gallicis rem pertractavit Vir Cl. Jacobus Bernardus libro de Excellentia Christianae Religionis Amstelodami A. 1714, 8 Gallice divulgato. In illo enim non solum generatim de religione Christiana, sed speciatim quoque de doctrinis & praecipis ejus, promissionibus & comminationibus manifestum facit, quod hominibus sive ad animi tranquillitatem, sive ad vitae integritatem, sive ad societatis vinculum eo arctius adstringendum summam utilitatem afferant. Similem huius operam Rev. Laurentius libro, quem praemanibus habemus, praestitit.

Posteaquam in Introductione ejus generatim docuisset, religionem Christianam & veritate & utilitate summopere se hominibus commendare, declarat, se constituisse, ad ducendum

verborum Jacobi c. III, v. 7: *Qua autem e supernis est sapien-
 tia primo quidem pura est, deinde pacifica, quæ Gnosticis op-
 pposita esse conjicit, speciatim ostendere, quod eadem religio
 doctrinis & præceptis suis, promissionibus & comminationibus
 non solum vitæ puritatem, sed etiam pacem promoveat, five
 quod & bonos homines vel Christianos, & bonos cives efficiat.*
 XXIV sqq. Obiter etiam ibi contendit, quod per fructus, quibus falsos Pro-
 phetas probandos Servator præcipit, non intelligendi sint fru-
 ctus vitæ, sed potius fructus doctrinæ, vel, ut Sanderfonus inter-
 pretetur, conclusiones ex iis doctrinis naturaliter fluentes, quæ
 vel ad vitia vel virtutes viam sternunt. Quod enim fructus vi-
 tæ hominum attinet, alios melius vivere posse observat, quam
 errorum vis ipsis persuadeat, alios pejus, quam doctrinæ veri-
 tas permittat; atque adeo hac trutinâ veram aut falsam reli-
 gionem minime examinari posse. Sub finem autem intro-
 ductionis indicat, se huic libro priorem saltem instituti par-
 tem destinasse, & in illo expositurum esse, qua ratione religio
 Christiana promovendæ vitæ puritati inserviat; ut adeo inscri-
 ptio ejusdem, quæ & posteriorem de pace partem jam exple-
 tam ibi præfert, minus illi respondeat. In tractatione Cap. I
 de naturâ & vera notione Evangelicæ puritatis agens, explicat
 partim, quid alias per illam intelligatur, partim quid ipse per
 illam intellectum velit, constantem nempe venerationem do-
 minii Dei in mortales, qua semper agimus illud, quod
 nobis convenit, & fugimus ea, quæ dedecori sunt imaginari ipsi-
 us, quam mentibus nostris impressit, vel repugnant fini, cui de-
 stinati sumus. Caput II, quo de gradibus puritatis, quos Evan-
 gelicum requirit, disserit, repudiatis Enthusiasticis, qui hic in ex-
 cessu, & hominibus voluptati nimium deditis, qui in defectu
 peccant, in duas sectiones dividit; quarum priori ostendit,
 quod lex Evangelica non absolutum, perfectum & nunquam
 interruptum puritatis gradum postulet. Ne vero aliquis sibi
 inde peccandi licentiam persuadeat, ad vindicandam purita-
 tem legum Christianarum, sapientiam item, benignitatem &
 sanctitatem legislatoris observationes quasdam addit. Sectio-
 ne autem posteriori, in fixum puritatis terminum inquirens, di-
 stin-

Sanguendum esse docet inter gradum puritatis, quem **Evangelium** nobis commendat, & gradum, quem Deus ut terminum vite & salvationis benevole accipiat. Illum esse summum perfectionis hominum apicem, hunc autem, silente Scriptura, non nisi difficulter posse præcise determinari; nec sine singulari nutu divino in Scriptura eundem celatum esse. Multos enim alias Christianos nihil ultra facturos fuisse, quam quod necessarium fuerit & sufficiens ad salutem obtinendam, & interitum effugendum, & sic ibi subsistentes facile in statum damnationis relabi potuisse. Interea ad explorandum, an aliquis conditionem Evangelii expleverit, an minus, tria hæc consideranda esse. (1) Quod Evangelium absolute requirat talem puritatis gradum, quo similes reddamur Deo, & divini favoris capaces. (2) Quod talis gradus esse debeat, qui consistat cum honore, sanctitate, & sapientia divinæ æconomiz sub Evangelio. (3) Quod talis etiam gradus esse debeat, qui provehi & consummari in statu gloriæ possit, quo neque caro, neque sanguis, neque aliud quid impuri perveniat, ut expurgetur, Cap. III tradit, religionem Christianam omnium optime instructam esse argumentis & mediis, quæ homines ad ejusmodi puritatis gradum ducant; eaque præcipue in doctrinis ipsius & præceptis, promissionibus & comminationibus consistere. Quantum ad doctrinas Evangelicas, illarum duo esse genera, alterum pure Evangelicum, sive tale, quod spectet corruptam hominum naturam reparandam, quodque non nisi revelatione cognosci possit, & ex consilio ac benevolentia Dei plane pendeat: alterum ratione quidem quodammodo intelligi, dubium tamen, incertum, vel probabile tantum esse, antequam ex Evangelio lucem acceperit. Cap. IV igitur agit de doctrinis pure Evangelicis, easque omnes illa, quæ de Christo Filio Dei ut mediatore, & singulis officiis ejus revelata sunt, complecti statuit, & declarat, quomodo eadem nos ad vitæ puritatem excitare possint. Cap. vero V loquitur de doctrinis, quæ lucem & augmenta acceperunt ex Evangelio, nimirum de immortalitate animæ, de resurrectione piorum & impiorum ad vitam & damnationem æternam, ut & de Deo, pro eodem scopo. Remque illustrat e contrario gentium statum, quo quidem

p. 32.

33.

34.

35.

39 sqq.

44.

47 sqq.

76 sqq.

- quidem de immortalitate animæ & resurrectione incertas saltem conjecturas habentes, in Scepticismum, Atheismum, & perditam profligatamque vitam incidebant, Deosque ipsos vitiosos representantes, vitia sua exemplis Deorum suorum defendebant. Cap. VI præcepta Christianæ religionis contemplatur, ubique, rejectis Antinomorum principiis, tres hæc generales virtutes, quæ ad omnia præcepta Evangelica accommodari queant, & ad vitæ puritatem vel maxime faciant, persequitur: (1) quod sint spiritualia, sive quod in hominem internum, & abditos animæ ejus recessus penetrent, & nos e. c. non solum male loqui, sed etiam male cogitare prohibeant; (2) quod intrinsece bona & æqua sint; (3) quod naturæ hominum rationali conveniant, & primis atque fundamentalibus naturæ legibus consentanea sint. Ex triplici hæc præceptorum Evangelicorum præstantia tres quoque eorundem nobiles effectus Cap. VII deducit. Primus est, quod excitent semina virtutis & bonitatis, sive notiones innatas de bono & malo, vero & falso, justo & injusto, quæ lateant in ruinis naturæ corruptæ, & ex interna omnium hominum aversione a vitiis, & approbatione virtutis pateant. Secundus, quod reducant corruptas & inordinatas animæ facultates in rectum & pristinum statum. Tertius, quod ad conformationem divinæ naturæ nos commoveant. Ad promissiones Christianæ religionis accedens, Cap. VIII, IX, X, XI demonstrat, quod promissio de plena remissione peccatorum, prout libere præsertim, & singulari quodam modo, in nulla alia religione locum habente, declaretur, & conditionem vitæ emendandæ additam sibi habeat: de sufficienti auxilio ad debitum nostrum exequendum, gratia scilicet conatibus nostris piis assistente, seu divina virtute nos aptos reddente ad subigendos inveteratos maxime peccati habitus, & repellendos fortissimos tentationum insultus; omnibusque cooperantibus cum illa, ad preces ipsorum ardentis, justa mensura impetranda: de conatibus hominum imperfectis, modo sinceris, ita accipiendis, ac si perfecti & sine peccato essent: de ineffabili & æterna felicitate, qua Deus eosdem conatus remuneraturus sit, sive conditionem spectemus, qua illam consequamur, sive præ-
- 97 sqq.
101 sqq.
106 sqq.
116 sqq.
126 sqq.
144 sqq.
153 sqq.
160 sqq.
185 sqq.
229 sqq.
257 sqq.
261 sqq.
272 sqq.

tum eius omnem captum, superans, siue indubitam certitudi-
 nem, siue naturam, siue gradus gloriæ ejus, gradibus virtutum
 hujus vitæ respondentem; quod hæc, inquam, promissiones adhor-
 tationi ad sanctioris studium maximum pondus addant. Ea-
 que occasione, gratiam esse irresistibilem, pulsus vincit.
 Denique Cap. XII monstrat, quod & comminationes Christia-
 næ religionis homines ad tuendum officium suum impellere
 possint, præcipue, quoniam (1) affectum metus, magnam in
 animis hominum vim habentis, nocent; (2) pariter cum
 conditione quadam proponatur; (3) certissimas, & (4)
 gravissimas poenas peccatoribus, poenitentiam non agentibus,
 denunciant. Ubi etiam eorum objectionibus respondet, qui
 tormenta inferna, æterna cum divina justitia consistens non pos-
 se putant.

p. 286 fqq.
 294 fqq.
 304 fqq.
 240 fqq.
 310 fqq.
 317 fqq.
 319 fqq.
 326 fqq.
 330 fqq.
 337 fqq.

ZACHARIÆ GRAPPI PHIL. ET SS THEOL.
D. ejusdemque in Acad. Rostoch Professoris quondam Pu-
blici Ordin. & V. D. M. Systema novissimarum Controversi-
arum, seu Theologia recens controversa,
IV Tomis absoluta.

Rostochii & Parchimi, apud Georg. Ludov. Fritschium, 1719.4.
 Alph. 3 plag. 10.

Cum celeberrimi Grappi, quod hic exhibemus, Systema, ob in-
 signem quem in cognoscendis, ac enodandis novissimis con-
 troversis Theologicis præstat usum, paucos intra annos jam
 quarta vice in lucem prodierit. atque adeo multorum manibus
 teratur, illius recensionem instituire omittimus, & quid in hac
 nova eaque quarta editione præstitum sit, tantummodo paucis
 attingere haud inconsultum esse putamus. Docere autem il-
 lud nos optime potest summe Venerandi Krakewitzii edecumata
 huic operi præmissa Præfatio; in qua, postquam controversia-
 rum Theologicarum studium Theologo necessarium esse probe
 ostendit, celeberrimorumque aliquot Virorum de B. Grappio
 ejusque theologia recens controversa præclara judicia in medi-
 um adduxit, atque modo laudatum Theologum in controversiis
 tractandis præ multis excelluisse monstravit, sub colophonem

M memo-

memorat, in primis in hac editione procuranda circa expurganda menda, quæ in prioribus irreperant, omnem curam adhibitam fuisse: Jo. Wertherum, olim SS. Theolog. studiosum, nunc Bibliopolam solertissimum, laudabili admodum industria tres indices, quibus priores desituebantur, subjunxisse, dicta prebentia ex textu originali adjecisse, atque loca e sacris Literis citata revolvisse; & an ex typographi incuria fallent, studiose inquisivisse: præterea hanc Theologiam controversam auctiorem & locupletiores jam comparere, præsertim cum parti III & IV notæ hand contemnendæ accesserint.

**DE JURE ASYLI, QUA SACRI, QUA
Profani, Opus; Autore STEPHANO
PUTEIO, JCS.**

Tridenti, ex offic. Jo. Ant. Brunæ, 1717, 4.

Alph. I plag. 6.

- I**Nter nobiliora Juris publici & privati argumenta percunctanti
Auctori, quo commento in arenam descenderet, opportunum
se obtulit Jus Asyli, quo, licet pluribus autoribus tractatum fu-
isse non ignoraverit, methodo tamen ab iis non usurpata, præ-
scriptas Asylorum leges, appositas illis condiciones, juraque
Majestatica & Sanctiones publicas, sibi secutus. Totum vero Opus
in Titulos VII & paragraphos XXI dividitur, ubi Tit. I gene-
ralius definitionem & onomatologiam §. I suppeditat, §. II ori-
ginem asylorum ab exitu Israelitarum ex Aegypto repetit, quo
a Deo sex civitates refugii constitutz, postmodum ad Romanos
translata fuisse, & prætor Romulus asylum seu Lucum, plura ex-
titisse perfugia notatur; & jus asyli tandem Ecclesiis a Constans-
tino M. accepisse, ab Arcadio iterum illis ereptum, ex l. 2. C.
Theod. d. his qui confug. ad eccles. ab Honorio & Theodosio II
restitutum l. 2. C. cod. a Justiniano in Nov. XVII limitatum, &
a Carolo M. confirmatum dicitur. §. III statuit Juris Gentium
asyla, ac eadem ex Jure Naturali & Divino derivantes refellit.
Titulo II specialiora tractat, ac, dum de locis & personis agit,
jus Asyli sacri competere probat *inter loca*: §. I ecclesiis, §. 2
Ca-

præf.

P. 1. 3.

11.

19. 31.

Cemeteriis & Hospitalibus, §. 3 Monasteriis, ecclesiis monialibus, Eremiticis fundatis, n. 15, Clericorum domibus, Oratoriis publicis fraternitatum, n. 19, Seminariis & puellarum conservatoriis, n. 20; *inter personas*: sacerdoti SS. Eucharistiam portanti, n. 13, non vero Episcopo, Cardinalibus, n. 28, imaginibus aut reliquiis sanctorum, n. 34. Jure Asyli Profani gaudere monstrat §. IV statuas principum, n. 1, Aras, n. 8, Cadavera & sepulcra Principum, n. 9, Scholas, n. 10, Palatia, n. 11, personas Principum, n. 15, Legatorum, n. 16, Virginum Vestalium & sacerdot. Jovis, n. 23. Tit. III examinat personas, quæ Asyli jure se tueri queant, quas inter nominat Noster §. I Excommunicatos, n. 1, interdictos, n. 3, Servos delinquentes, n. 6, Judæos & hæreticos animum convertendi declarantes, n. 8-16. bannitos ob crimen non exceptum, n. 17, effractores carcerum, n. 19, condemnatos ad Triremes, si aufugerint, n. 24, circa quos Sarpis sententia, hujusmodi homines pro servis publicis habens, ex sublata servorum pœnæ conditione refutatur, n. 25. Illud Asyli privilegium denegat §. II Clericis, quoad pœnas correctivas, n. 1-4, Religiosis contra suos superiores, n. 6, §. III vero concedit debitoribus, n. 1, & deceptoribus, licet dolosis, n. 7. Tit. IV inter effectus sacri Asyli ponderat §. I receptionem profugorum, quos nec expellendos, n. 1, nec remittendos ad alium locum, n. 2, nec rejiciendos, n. 3 docet, sicut & §. II immunitatem Asyli in tantum explicat, ut constitutum in eo ad mortem vel pœnam gravem trahere n. 1, spoliare n. 2, nefas dicat, approbet tamen morem condemnandi in Asylo latentem, n. 2, confiscandi bona, vel extra ecclesiam possessa, n. 9, vel nullo justo titulo acquisita, legitimisque ea Dominis restituendi, n. 12. Judici vero seculari nullam potestatem in sacro loco competere, ex Catholicorum principiis deducit §. III, cum & impedire delationem necessariorum, n. 1, minas adhibere, n. 2, nequeat; & ecclesie victus dandi necessitatem injungit, n. 5, salva ad indemnitatem tendente actione, n. 6. Tit. V crimina recenset, quæ suos autores jure asyli privent, nimirum §. I publicos latrones, n. 1, viarum grassatores, n. 9, depopulatores agrorum, n. 12, occidendes vel mutilantes aut vulnerantes in ec-

p. 36.

§ 1.

64.

76.

83.

90.

97.

103.

110.

- p. 116. 129. *clesiis & coemeterijs, §. II homicidium proditorium, vel §. III n. 1-24*
142. *Assassiniua committentes, n. 25, hæreticos, §. IV n. 1-5 læsæ majestatis reos; hoc tamen limitatur n. 14 ita, ut filios, uxorem, vel fratres Principis offendens a sylo gaudeat, n. 18. Tit. VI, quomodo cum illis procedatur, qui indignè Asyli jure uti præsumunt, excutit, & hinc §. I confugam invitum Curiz seculari simpliciter non tradendum, n. 1-24, sed ad effectum turæ custodiæ extractionem concedendam, n. 5-19, & in casibus dubiis ad Pontificem recurrendum, n. 20 judicat, alias vero soli Episcopo cognitionem de causis confugarum ad ecclesiam relinquit §. II, ita, ut & Capitulum sede vacante de ipso non cognoscat, sed idem minus vicisiori Episcopo potius committendum sit, n. 6. Tit. VII jus Asyli principaliter in honorem & reverentiam locis sacris debitam introductum, violentibus pœnas dicitur, & §. I ejus violationem Autor describit contingentem per illicitam extractionem factam, n. 1-5, attentatam, n. 6, aut mandatam, n. 8, quo tamen casu ecclesiis non integrum esse asseritur, armis temporalibus Laicorum invasionem repellere, 15. Violatores autem de jure Civili tanquam ex capite læsæ majestatis morte plectendos, §. II n. 1, Canonicos præter publicam pœnitentiam, n. 2, pœna pecuniaria mulcendos, n. 3, & ceteris paribus, n. 5, excommunicandos vigore Constit. Gregor. XIV; largam patientis interpretationem, n. 8 sinit. §. finalis præter restitutionem extracti n. 1-11, violantes asylum obligat ad restitutionem damnorum, n. 12, iisdemque divinam ultionem minatur, n. 17. Sub calcem denique libelli adjicitur in singulis fere paginis citata Constitutio Gregorii XIV Romæ An. 1591 promulgata, quæ immunitatem localem ecclesiis concedit, quam fundamentum laboris sui fuisse ipse Autor in præfatione testatur.*
- 151.
- 163.
- 172.
- 180.
- 188.
- 199.

*B. JO. MICH. DILLHERRI DE HISTORIA
Priscæ Germaniæ, Commentatio posthuma. Adjuncta est
B. JO. HENR. HAGELGANSII de Priscæ Germanorum
etate Dissertatio, cui accessit ULRICI
HUTTENII Arminius.*

Bran.

Francof. & Lipf. ap. Philip. Wilhelm. Stock, 1718, 8.

Pl. 13.

Siquam Antiquitatis studium laudem habet; habet sane in **S**cribitur Patriz. Unde Cluveri, Althameri, Wilichii, Rhe-
 aani, Hachenbergii, Struvii, Speneri atque reliquorum Viro-
 rum Clariff. in enodandis Germanorum antiquitatibus præclare
 collocata est opera. Nec abfimilem profecto laudem meretur
 Dilherrus noster, qui ut studiosæ imprimis juventuti consuleret,
 primas *Historia Priscæ Germania* duxit lineas, haud fortasse qui-
 dem publico destinatas, nunc tamen a Cl. Hagelgansio ex sche-
 dis Paternis primum editas. Fuit Dilherrus sua ætate Theolo-
 gus, Orator, Historicus ac Philologus eximius. Natus erat
 1604. Themasz, oppido Comitatus Henneberg. haud obscuros
 in Academia Jenensi primus uno tempore *quatuor* Professionum
 partem exornavit; Noribergæ deinde Antistes factus ibique
 mortuus est anno 1669. Historiam Priscæ Germaniæ diversis
 capitibus recensuit, & primo quidem loco de Germanorum
 Conditoribus in genere, post de Educatione, Indole, Victu, O-
 pificiis, Religione, Deastris, & Ritibus Sacrorum, & funeratio-
 nis veterum Germanorum in specie disseruit. *Afibenas, Ja-* Cap. I §. 4.
petis filius & Noachi Nepos primus Germanicæ gentis condi-
 tor ipsi videtur. Etymologiam denominationis *Teutsche* deducit
 a Mercurio prisco illo Germanorum Idolo *Θευς* appellato,
 additis Germanorum literis *sch*, uti fere a voce *Wabst* descendit
 vocabulum *Wabstisch*. Vocem Latinam, *Germanus*, derivat a
 voce Celtica *Gerre*, Bellum, & Germanicæ *Wann*, quasi dixeris
 viros bellicosos, *Kriegs-Wänner*. Germanorum uxores du- Cap. II §. 1.
 rissimæ erant naturæ circa ipsum etiam parturienti tempus. In-
 fantam recens editum flumini immergebant, ut frigori ferendo §. 2.
 afflueret, tum ut constaret, utrum legitima proles esset nec §. 4.
 ne; undis enim absorpti pro spuris, innatantes pro legitimis ha-
 bebantur. Cum fides Germanorum jam pridem omnibus fue- §. 5.
 rit probata, hinc factum, ut Imperatores Rom. inde ab Augusto Cap. III §. 7.
 corporis custodiam eis committerent. Capillos habebant fla- Cap. IV §. 1.
 vos, vel natura pictos vel arte, barbas modicas, vestimenta nulla.

Pellibus tegebantur non consutiis neque arte paratis; parum præterea curantes utrum pudenda tecta haberent nec ne; nulla tam virilium quam muliebrium erat occultatio, sed coibant maribus cum foeminis palam more pecorum. Cubabant humi substratis urforum pellibus; a qua cubandi consuetudine tracta est appellatio contumeliosa *Bärenhäuter*. Sera Juvenum Venus erat, & tantus pudicitiae honor, ut ante 20 annum rem cum foemina habuisse, turpissimum haberent; unde quidam ita lusit;

§. 5.
§. 6.

Corpore maturo tunc nupsit mascula Virgo,

Quatuor ut Lustris vita peracta fuit.

Colloquium castum juvenis servabas in agris,

Robustoque fuit corpore sera Venus.

Sed nunc bis quinos ubi vix transegeris annos,

In Venerem & Bacchum docta puella ruit.

- §. 7. 10. Bigamia inter eos rara, secundæ nuptiæ exoræ. Dotem non uxor
C. V §. 10. marito, sed maritus uxori afferebat. Vescebantur carne cruda; pa-
C. VI §. 2. ne fere non nisi in conviviis utebantur. Venationi & ludo indul-
gebant; mercaturam exercebant: natate pueri fere omnes, navi-
C. VII §. 2. gare Saxones imprimis callebant. Coluerunt Germani *Mercurium*, cui statuarii posuerunt *Irmensulam* a Mercurio *Hermote* vel *Iri-*
§. 5. §. 8. *mino* denominatam; quæ destructa demum anno 772. Repre-
hendit hac occasione Cl. Autor *Cranzium Saxon.* L. 2 c. 9, qui
statuæ inscripta fere hæc verba fuisse tradit:

*Dux ego Gentis Saxonum, victoriam certam pollicor me
venerantibus.*

Existimat quippe, minus affectum fuisse *Cranzium Saxonica* more gentis & seculi concisa & corrupta, rectius ita reddenda:

Olim Saxonum Dux fui & Deus; adoravit me populus Martis,

Gens qua me veneratur, axici cornua gubernat.

- C. IIX §. 1. Præter Mercurium coluerunt & alios Deos Germani; *Hercu-*
§. 3. *tem* imprimis & *Martem*, a quo *Marburgum* & *Mörseburgum*
quasi *Marsiburgum* dici volunt. Sunt qui *Weslam* etiam Germanis
venerabilem fuisse & ab ea *Westphalos* appellatos existimant; ast
§. 6. Autori verosimilius videtur, dici *Westphalos* a vento Occiden-
tali, qui Germanis *West* vocatur, quemadmodum *Ostphalos* ab
C. IX §. 1. Orientali. Nulla Germanis fuerunt templa, quod Deos parie-

tribus

tibus colibere absurdum esse crederent. Inter arbores *quercus* §. 5.
 ipsis sacra erat; quam & Adamum ex omnibus aliis arboribus
 suffugio imbrum ventorumque ac nivium, utpote foliis & ra-
 mis densissimam, elegisse credere nonnulli. Graviore belli Cap. X §. 4.
 inveniendi eventum explorantes, captivum ejus gentis, quacum bel-
 lum erat gerendum quomodocumq; interceptum, committebant
 cum electo popularium suorum, patriis quemque armis. Victoria
 hujus vel illius pro augurio fuit. Ducein belli non ex familiae C. XI. §. 11.
 splendore sed virtute aestimatum eligebant; electum aliquoties §. 12.
 in gyrum circumducebant; ex quo ritu recte intellecto multa
 Scriptorum loca intelligi posse putat Cl. Autor. Aciem instru-
 ctam & ad praelium paratam curritum multitudine a tergo §. 15.
 claudebant; foeminasque & liberos in iis locabant, a quibus, si
 qui hostium irruerent, fortissime excipiebantur; quin & uxores §. 17.
 maritos suos fugientes credebant. Acies instruebatur per Cune-
 um Δ literæ figuram referentem & anteriore sui parte in acu-
 tum definentem, intermedium locis relinquebatur vacuis & nu-
 da militum terga seriatim conspiciebantur, quæ mutua hac con-
 trapositione defendebantur. Aciem instructam claudebant §. 19.
 currus seu plaustra arcte conjuncta. Quodsi acies esset inclina- §. 23.
 ta, retro ad plaustrorum munimenta se recipiebant, viribusque
 collectis denuo in hostes irruerant. In funeratione mortuo- C. XII. §. 1.
 rum quidam Epistolas propinquis defunctis inscriptas in rogum
 conjiciebant, quas ab iis legi credebant. Lamenta & lacrymas §. 4.
 cito, dolorem & tristitiam tarde ponebant. Foeminis lugere
 decorum; viris meminisse; animique abjecti & muliebri erat
 indicium, planctum & epulatum tollere. Ceterum quæ addi-
 ta huic operi in fine est *de Prisca Germanorum aetate* Disserta-
 tio Cl. Hagelgansii, eam, quippe jam olim editam, non mi-
 nus ac Huttenii Dialogum prætermittimus.

HORATII TURSELLINI DE PARTICU-
lis Latine orationis libellus utilisissimus, recognitus olim
a B. JACOBO THOMASIO, nunc perpolitus a
JO. CONRADO SCHWARTZ,
Gymn. Cob. Prof.

Lipsiæ, sumptibus M. G. Weidmanni, 1719, 8.

Alph. 3 pt. 8.

Noyz

Novæ hujus editionis præfatio respondet Cel. Jacobo Facciolato, qui quum optima quæque de editione priore decerpisset, ipse paucissima & ea vulgaria editioni suæ Tursellini addidisset: de Germanicâ tamen iniquius judicare visus. Quum enim Cl. Schwartzius multa quidem Tursellini exempla primus improbasset, sed e libro tamen ipso non sustulisset: Facciolatus ea libri augendi causa relicta esse censuit. Sed respondet Schwartzius, libros testimonia ingeniorum esse: testimonia autem religiosius tractanda. Schwartzius notas, quibus Thomæsius observationes suas & aliorum a Tursellinianis secreverat, suo etiam calculo approbat. Facciolatus, qui minutias carpere videtur; totam eam rationem isto argumento reprehenderit, quod, si Caplemino notas tales addere voluissent ejus libri amplificatores, nescio quid peccassent. Respondet autem Schwartzius, muscâ eam elephantum comparandam non esse, neque similitudinem a se pro ratione haberi. Eundem in modum reliqua item Facciolati argumenta refutantur. Ipse vero liber nunc iterum politior prodit. Nam (1) ordo observationem multo diligentius observatus est; (2) observationes novæ identidem sunt adsertæ; (3) exempla Tursellini plura nunc demum rejecta sunt & condemnata; (4) exemplis Tursellini rursus loca, unde petita sunt, assignata videmus; (5) exempla supervacanea, editioni priori a Schwartzio addita, relicta sunt; (6) de usu particularum multo vel rariore crebrius admonetur; (7) rationes, sur particulis quædam hæc vel illam significationem habeant, & habere possint, demonstrantur; (8) Præfatio Tursellini ipsius etiam addita est; (9) curiosæ denique, quæ casu nescio quo priori editioni non insertæ fuerant observationes, nunc insertæ inveniantur; (10) postremo etiam, ubi lectionum aliqua varietas est, editiones quæ pro quaque lectione stent, nominantur. Usus ergo & præstantia hujus editionis, longe major est, quam editionis superioris. Et quoniam Autor propter usum particularum, cognoscendum veteres libros perlegit: origines significationum, quæ particulis adherent, nusquam rectius cognoscuntur. Sane discrimen aureæ & argenteæ Latinitatis, quod ad particulas attinet, ex hoc uno libello optime & facillime percipitur.

Prostat cum hoc Mense Supplementor. Tomi VII Sectio II.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Martii Anno M DCCXIX.

IL TRIBUNALE DELLA S. ROTA ROMANA,
descritto da DOMENICO BERNINO, &c.

i. e.

**TRIBUNAL S. ROTÆ ROMANÆ, DESCRIP-
tum a DOMINICO BERNINO, atque ab eodem dedica-
tum Sanctissimo Patri CLEMENTI XI.**

Romæ, ex officina Bernaboana, 1717, fol.

Alph. 4 & Tabb. xn. 8.

Nihil omittit Cl. Autor, quod ad illustrandam atque ex-
tollendam celebris S. Rotæ dicasterii historiam per-
tinet. Divisit librum in duodecim capita : quo-
rum primum est de origine & nunquam interrupta
continuatione istius collegii, itemque de variis collegiarum no-
minibus. Non institutum a Papis, secundum Autorem, sed na-
tam cum iisdem Tribunal S. Rotæ est ; neque illi unquam eo
carere ac negotiorum mole, quæ ipsis incubuit, sufficere potu-
erant. Ceterum sicut origo collegii Cardinalitatis ab ipsis *Apo-
stolis*, ita hujus a *Sensoribus* illis, quorum in Actis Apostol. C. 15
mentio fit, Nostro omnino videtur deducenda. Itaque anti-
quissimis temporibus ii qui in hoc collegio fuerunt, dicti sunt
Seniores, itemque *Consiliarii & Decuriones Respublicæ*. Postea
vero, cum pax & quies Ecclesiæ divinitus esset indulta, Papalis-
que dignitas a Constantino mirifice aucta, nomen acceperunt
Cubiculatorum, ab Auditorio ipsis concesso, id est, a cubiculo,
sive parte Palatii Papalis, ubi super alto lecto seu thalamo sacra
Pontificum vestimenta conservabantur, quorum cura istis Cu-
bicu-

p. 17

3.

7.

N

bicu-

biculariis simul erat demandata. Circa medium quinti Seculi
 P. 8 & 8. vocari cœperunt *Capellani* Papæ, propterea quod sepulchrum
 Apostolorum Petri & Pauli a S. Leone Magno ipsorum custodiz
 traditum erat. Quo loco vocabulum *Capellani* non a *Capella*
 descendere Autor contendit, sed a *Cappa S. Martini, quam Reges*
Francorum ob adiutorium victoriae in præliis solebant secum
habere: unde primo custodes illius cappæ, deinde vero omnes
 qui reliquias sacras alicujus Ecclesie custodiebant, *Capellani*
 dicti sunt. Secutum vel potius simul inventum est nomen
 10. *Magistrorum* Ecclesie Romanæ, quod initio solis *Capellanis*,
 de quibus modo diximus, post omnibus Prælatiis honoris causa
 tributum est. Alibi etiam Cl. Berninus nomina *Judicum Pa-*
 - 120. 121. *latinorum, sive de Aula Lateranensi, itemque Judicum Catho-*
 162. *licorum atque Ordinariorum, commemorat. Usitatissimum*
 vero est nomen *Auditorum S. Rote*: de cujus derivatione Autor
 fusc disputat. Juxta sententiam Du Fresnii in Glossario, fuit Ro-
 mæ certa quædam camera, Rota dicta a pavimento, quod ex mar-
 more porphyretico figuram rotæ efformabat: in qua quoni-
 am Judices Rotæ convenire solebant, factum est ut *Fribunus*
 illud *Rota* nunciperetur. Sed non placet hæc sententia No-
 stro, qui rotam propheticam, a Petro Diacone memoratam,
 (ad quem Autorem Du Fresne provocat) non in camera con-
 fessui *Judicum* accommodata, sed in Basilica S. Petri fuisse de-
 monstrat. Neque vero magis Goldasto accedit, qui lib. 2 Ala-
 11. man. Antiqu. rem hoc pacto explicat: germanicum vocabulum
 12. *Raath* Rotam seu cameram significare; hinc natum esse no-
 men civitatis Rotweilensis, in qua olim civitate Rota seu tribu-
 nal illud fuerit quod nunc Spire reperitur; atque ab hac Ro-
 ta Germanica Rotam Romanam denominatam esse. Noster
 hoc assertum invertendum, & ab antiquissimo nomine Rotæ
 Romanæ Rotam Germanicam potius deducendam arbitratur.
 Vinc. Petra in *Constit. XIV Joannis XXII* nomen Rotæ derivat a
 Legionem militum, qui *Rotarii* dicebantur, & sub certo vexillo
 præliabantur; hinc enim, ejus opinione, cum olim *judices sparsim*
 & *singuli jus dicebant, in certo loco jus dicturi Rotarii Judices*
merito dicti fuerunt. Vestrius & cum eo plures alii *Auditori-*
 bus.

bus Rota: propterea id nominis obtigisse pronuntiant, quod in orbem olim sedentes controversias quasi rotassent atque examinassent. Cl. Bernino verisimillimum videtur, Auditores S. Rotæ ob eam rationem ita dictos esse, quia in Auditorio Palatii Apostolici causas audiebant, quæ ad ipsos deferebantur, scriptæ juxta consuetudinem illorum temporum in Rota seu rotula; hoc est, volumine in orbem & formam rotæ complicato; ceterum Rotam nuncupatam *sacram* esse, quia Pontificis tribunal proprium forense erat; *Romanam* vero, ut distingueretur ab aliis rotis, alio tempore in aliis civitatibus consimiliter institutis, velut Bononiæ a Paulo III, & Ferrariæ a Clemente VIII. Atque hæc de nominibus Auditorum. Nunc de vestibus eorundem, de quibus Autor capitè secundo disserit, nonnulla memoranda sicut. Et primis quidem tribus seculis, hoc est, tempore persecutionum, nullum erat inter Clericos & Laicos, nullum inter Paganos & Christianos vestium discrimen. Romani veste talari, tunica, & pallio vulgo utebantur: color albus erat: materia non una. Sequentibus temporibus vestimenta Laicorum neque certi coloris neque formæ certæ fuerunt, sed varia pro variis hominum ingeniis: plerumque tamen nigra & talaria, ante irruptionem Barbarorum, seculo quarto & quinto: post brevía & coloris rubri. Clerus Romanus vestem interiorum talem retinuit: tunicam & pallium breviora fecit: colorem violaceum elegit, quippe in primis modestum, & antiquis Hebræorum sacerdotibus, teste S. Hieronymo, itemque nonnullis Apostolorum, & ipsi (ut quidam volunt) Christo Servatori familiarem. Et tunica, breviori facta, nata *Cotta* Clericorum inferiorum & *Rochetus* superiorum: ex pallio natum *palliolum* est, solis Ecclesiasticis majoribus concessum. Ortus deinde est ordo nigrorum, hoc est, Benedictinorum, nigris seu *umbraticis* vestibus utentium. A quibus cum mox tota monarchia Ecclesiastica occuparetur (nam XXIV Pontifices, CC cardinales, & multa millia Episcoporum, Abbatum, & Sanctorum, ex isto ordine prodierunt, totaque Ecclesia Romana justa serie ab eo per quingentos fere annos recta est) accidere fere necesse erat, ut a fuscis Monachorum colore Clericorum violaceus offuscaretur. Jam

p. 13.

15.

21.

24.

25.

26.

- p. 27. quod ad Auditores Rotæ atinet, ii antiquitus partim Laici, partim Clerici, partim Monachi erant. Itaque omnes vestibus candidis & talaribus principio utebantur: post Laici plerumque rubras, Monachi nigras, Clerici violaceas usurpabant: tempore sequenti etiam Clerici, ut Monachos imitarentur, nigras fumebant. Sed circa decimum quintum seculum, cum Papæ nullos nisi Clericos admittere in collegium S. Rotæ incipiebant, color in vestimento talari niger, in cappa & rochetto violaceus obtinebat: tandemque ab Alexandro VII in locum nigri coloris violaceus omnino restitutus, redimiculumque pilei ejusdem coloris introductum est. Omittimus de origine *cappa* dicere, quæ olim a *pluviali* nulla re distincta, vestimentumque non sacrum sed mere civile fuit, ad tuendum adversus frigora & pluvias corpus comparatum. Nihil etiam addimus de *Berreta* seu *Birreto* (Græci *Camelaucium* vocant) quod a *Vireto*, porroque ab antiqua *Viria*, id est, *Viri tegumento*, nonnulli deducunt: nihil de *Galero* seu Pileo Pontificali, qui partim in solennibus equitationibus, pro tegumento, partim in festivis processionibus pro umbraculo esse solet: nihil denique de privilegio istorum vestimentorum, Auditoribus Rotæ & summis duntaxat viris Ecclesiasticis concessio. Sed progredimur potius ad Caput tertium libri nostri, in quo agit Cl. Berninus de numero Auditorum Rotæ, itemque de nationibus illorum. Numerus initio definitus non fuit, sed varius, pro Papæ arbitrio & temporum ratione. Sixtus IV eum ad duodenarium restrinxit, memoriam forte duodecim fratrum uno patre genitorum (Gen. XLII, 32) vel duodecim judicum de duodecim tribubus Christianissimi (Matth. XIX, 28) renovaturus. Quod ad nationes Auditorum atinet, de iis itidem antiquitus præscriptum nihil fuit. Nunc ita constitutum, ut tres Auditores esse debeant Romani, duo Hispani, unus Germanus, Gallus, Venetus, Bononiensis, Mediolanensis, Florentinus, & Ferrarensis, assideant. Germanum Imperator nominat atque eligit, Gallum Rex Galliarum, Hispanos Rex Hispaniarum. Venetum, post separationem Ecclesiarum Anglicanæ a Romana, in locum Angli successisse, Nosler existimat, ita ut nunc quidem Veneti jus habeant quatuor

Doctores e sua gente denominandi, quorum unus a Pontifice eligitur. Similiter Mediolanenses tres denominant Doctores, e quibus unum Pontifex eligere solet. Bononienses autem facultatem denominandi non habent, sed libera Papæ electio est: parique ratione Auditores Romani, Florentini, Ferrarienses, a Pontifice ipsius arbitrio constituuntur. Sequitur quartum Caput, quod est de singularibus beneficiis & privilegiis, quæ Pontifices larga manu & velut certatim Auditoribus tribuerunt. Joannes XXII privilegium cappæ & rocheti dedit, vel potius amplificavit: Benedictus XII, Martinus V, & alii eos pro Familiaribus suis, Domesticis, continuis commensalibus, specialibusque & veris officariis declararunt: Clemens VII amplissimas immunitates concessit: Alexander VII, suppressis antiquis Subdiaconis, officium illud atque honorem ad Auditores Rotæ detulit, simulque custodiam sacrorum palliorum ipsis commisit. De quibus quidem palliis, omnia ceterorum privilegiorum enumeratione, nonnulla ex Autore referemus. Nimirum die festo S. Agnæ, candidos quosdam agnos, refert, super altari sanctæ illius semine consecratos, a Camerario Rotæ Monialibus IV Sanctorum dari custodiendos: quorum lana confectum pallium tempore constituto ab eodem Camerario Canonici S. Petri traditur, positumque super corpora S. S. Apostolorum Petri & Pauli, a Patribus Rotæ conservatur. Itaque tale pallium est sacrum, in quo, quod ab altari sub quo corpora principum Apostolorum quiescunt, depromptum, Patriarchis, Metropolitanis, atque Episcopis conceditur. Et quidem, quoties Patriarcha vel Episcopus pallium accipit, hæc pronuntiarum verba solent: *tradimus tibi pallium de corpore B. Petri desumptum, in plenitudinem Pontificalis dignitatis.* Papa vero, die quo consecratur, propriis manibus pallium ex altari depromit ac Decano S. Collegii tradit, qui illud Papæ hisce verbis imponit: *Accipe pallium (non vero, tradimus tibi pallium) de corpore B. Petri desumptum &c.* Affine quarto Capiti quintum est; ubi ostenditur, quanta existimatione & autoritate omni tempore Patres S. Rotæ cum in ipsa curia Romana, tum apud omnes catholicos Principes Europæ fuerint. Docetur, eos, ut cubicarios

p. 53.

58.

59. 53.

69.

92.

110.

- p. 126. Papales, sacris vestibus Papam induere, atque eidem in omni re sacra assistere. Demonstratur, in gravissimis quibusque negotiis suffragium ac iudicium S. Rotæ a Pontificibus requiri. Agitur de emolumentis atque honorariis Auditorum, tum ordinariis atque annuis, tum extraordinariis. Affirmatur, in omnibus fere congregationibus quæ Romæ fiunt, atque in plerisque Nuntiaturis locum his concedi, inspectionesque in loca pia & executiones testamentorum identidem demandari. Proponuntur multorum Regum ac Principum perquam honorifica testimonia, quibus sacrum Tribunal hoc persecuti sunt. Tandemque etiam de splendore ac pompa exequiarum nonnulla attinguntur.
132. Capite sexto de qualitate, de examine, de iurjurando, atque de probatione eorum disseritur, qui Auditores Rotæ fieri gestiunt: quos *famosos Doctores Juris esse oportet; qui post receptum Doctoratum, per triennium ad minus in eodem legerint; commendatos de visa ac morum honestate, legitimos, nec bonis temporatibus destitutos.* Disputandum ipsis publice in Cancellaria Apostolica, præsentibus plerisque Cardinalibus, magnæque Prælatorum, Curialium, aliorumque doctorum hominum turba, & paullo post in *secretoriæ examine*, coram Cardinale Vice-Cancellario, respondendum est; quod quidem arte Sixtum V non ita moris fuit: tum enim Cardinalis Camerarius, *de mandato Papa*, ipsis rochetum, cappam, & birretum absque examine dedit, eorumque nomina *matricula* inscripsit. Peractis omnibus ceremoniis, quas exponere longum esset, introducitur in Auditorium Rotæ Candidatus: cui prima quidem rota, seu primo conventu rotali, Decanus, habita brevi oratione, os claudit silentiumque imponit, proxima vero rota rursus aperit, adjectis verbis: *esto Auditor.* Sequitur Benedictio Papalis, quæ toti actui finem tandem imponit. Capite septimo ipsa iudicandi ratio ac forma S. Rotæ, cum antiqua tum recentior, explicatur: quæ de re hæc inprimis videntur commemoranda.
131. 132 & 283. 155. 156. 160. 163. 176. 177. 192. 280. 5.
- Quemadmodum causæ *minus contentiosa*, quæ versantur circa generalem Ecclesiæ administrationem, Cardinalibus a Papis commissæ sunt, eoque vocantur *Consistoriales* a loco in Palatio Apostolico, ubi Cardinales ad excutiendas causas illas convenire solent.

con-

confuſuerant; ita *cortentioſa* ac *forenſes* Tribunali S. Rotæ ſunt demandatæ; atque appellantur *cauſa ſacri Palatii Apoſtolicæ*. Et primis quidem temporibus erant Auditores ad audiendum tantum atque ad referendum cauſas illas deputati, deciſionesque ab iſſis Papiſ proveniebant, quorum etiam plumbæ ſignabantur. Sed auctis poſtea ſedis Apoſtolicæ negotiis, conceſſa fuit Auditoribus definiendi facultas. Unde antiqua illa Rotæ inſignia atque ſigilla orta ſunt, quæ ab Autore exhibentur p. 6, 15 & 195, quibus deinde relictis ſigillum Decani uſurpari cœpit. Nunc ſinguli Ponentes (uti vocantur) propriis ſignare ſigillis decreta ſua ſolent. Olim Auditores partim primi gradus erant, partim ſecundi: *Auditores primi gradus cognoſcebant ſimpliciter de negotio principali, de quo ſi appellari contigerat, cauſa appellationis committebatur Auditoribus ſecundi gradus*. In præſentia tres ſunt Auditorum claſſes, penitus inter ſe æquales. In ſingulis quatuor ſunt Auditores, quorum unus, qui cauſam proponit, *Ponens* nomine vocatur, ceteri *Correſpondentes* dicuntur. Ab unaquavis claſſe is qui cauſa cecidit, appellare ad aliam, porroque tertiam poteſt: ſed ab ipſo tribunali niſi ad Papam provocare nefas eſt. Antequam ſententia fertur, iudicia atque rationes coram ceteris omnibus a Ponente exponuntur, ſcilicet ut melius rationes contrariæ ſuggeri veritasque inveniri poſſit: *conceſſumque huic tribunali eſt, pro negotiorum qualitate rigoroſos juris cancellos quandoque egredi, atque cum illis regulis vel legibus, quæ prudentiales dicuntur, procedere, ut negotiis ſinis vel temperamentum magis oportu- num conceſſatur*. Idibus Octobris, poſt ſerías æſtivás, quovis anno Tribunal aperitur: ultimatique duó Auditores, rochetto, pallio, berreta & galero induti, malisque ornatis inſidentes, & magno nobilique comitatu equeſtri ſtipati, præcedentibus ipſorum ſervis, quorum nonnulli inſignia Rotæ geſtant eoque veterum hictores imitantur, in Vaticanum contendunt. Auditorium habent in Palatio Papiæ, atque ad æſtate in Palatio Vaticano, æſtate in Quirinali. Bis quævis hebdomadæ conveniunt, die Lunæ & Veneris, vel ſi feſtum quodpiam in dies illos incidit, die Mercurii, vel denique, ſi etiam in diem Mercurii ſe-

p. 196.

195.
conf. 6.
& 15.

196.

198.

183.

187.

191.

p. 193.

rii festum incidit, die Saturni. Sedebant olim in sublimioribus cathedris in orbem positus, nunc consuetis utuntur sedilibus, ejus utriusque moris, ut & equestris pompæ, de qua paullo ante diximus, ab Autore nostro exhibentur icones, inductis coloribus, quale nobis est exemplum, pulcre distinctæ. Nec minus accurate de Advocatis, Procuratoribus, Secretariis, Adjutoribus, Notariis que S. Rotæ exponitur. Hinc ultimis capitibus Bullæ producuntur Pontificiæ, ad Tribunal Rotæ, atque ejus judicandi rationem, pertinentes: tum de Auditoribus sanctitate & doctrina insignibus; de muneribus Ecclesiasticis & mixtis, ad quos plurimi Auditores quovis seculo promoti fuerunt; de iis, qui Cardinales facti sunt; deque eorundem virtute, doctrina, & præclaris factis; denique de his qui ad ipsum Pontificatum pervenerunt, ex instituto Autor agit, quæ singula recensere non attinet.

202.

347.

280.

290.

314.

S. CLEMENTIS ROMANI AD CORINTHOS
Epistole due, expresse ad fidem MS. Codicis Alexandrini, illustratae notis Junii, Costelarii, & Poissi. Cum MS. codice de novo consulti, notisque eas illustravit, & Præfationem ac duas Dissertationes præmisit.
HENRICUS WOTTON.

Cantabrigiæ, typis Academicis, 1718. 8.

Alph. 3 plag. 7.

Placuit Editori doctissimo, novæ huic S. Clementis Epistolarum editioni præmittere Prologum quendam galeatum, sive Præfationem longissimam, (implet enim 208. paginas,) qua & auctoritatem Patrum Ecclesiæ in universum propugnat, & primam Epistolam omnino Clementem habere autorem, evincere studet. Primo igitur contra Patrum obrectatores, Dallæum atque Clericum, statuit, in S. Scripturæ lectione non privatas, sed Patrum Ecclesiæ interpretationes sequendas esse, ex eorumque monumentis disci debere, quod auctoritas Episcoporum sit juris divini. Maxime primi secundi que seculi Patribus summam tribuit auctoritatem, tanquam testibus quam maxime

maxime idoneis tum doctrinæ, tum disciplinæ ecclesiasticæ. Nec sine salutis æternæ periculo negligi aut rejici posse putat interpretationes Patrum in doctrinis Fidei: nec minus nefas ducit, eorum traditionem repudiare de disciplina & regimine ecclesiastico. Copiose his disputatis, breviter diluere studet argumenta, quibus nonnulli auctoritatem Patrum labefactare sunt conati. Hinc certos exhibet canones, secundum quos judicari debet, utrum libri antiquissimis Ecclesiæ doctoribus tributi sint genuini, an supposititii: horumque canonum ductu multis demonstrat, *Constitutiones Apostolicas & Canones Apostolicos* esse supposititios. Contra eorundem canonum criticorum præsidio fretus statuit, genuinos omnino factus esse *Hermæ Pastorem, Epistolæ Barnabæ, Polycarpi, & Ignatii*. Innuit autem illas Ignatii epistolæ, quas e Mediceo Codice in lucem protulit Vossius. Nam alteras auctiores pro genuinis habentem Whistonum copiose refutat. Nec primam Clementis Romani epistolam genuinam esse dubitat: de secunda merito dubitari, concedens.

Succedunt Præfationi duæ dissertationes breviores, quarum priore de divinitus instituto clero Christiano, posteriore de unitate Ecclesiæ agitur, & utrobique Clementis Romani consentiens suffragium adducitur. Priore igitur, postquam questus esset, ab una parte Papam Romanum erepta Episcopis potestate divinitus concessa summum sibi arrogasse imperium, ab altera permultos divinam Cleri originem & a Laicis distinctionem impugnare, & Clerum omnibus suis juribus ac privilegiis exuere conari; contra utroque docet, (1) Christum esse summum religionis nostræ sacerdotem, (2) eum virtute sacerdotii sui Apostolos constituisse sacerdotes in Ecclesia, iisque Ecclesiam suam commisisse, adjecta potestate, alios eodem modo Ecclesiæ præficiendi, (3) Apostolos constituisse alios, qui in eadem jura pacendi regendique Ecclesiam sibi ex integro succederent, ac, ne Ecclesia deficeret, ordinem successionis per omnia futura sæcula in Ecclesia instituisse. Altera dissertatione docet Noster, ad Patres Ecclesiæ, imo ad S. Scripturam provocans, tenendam nobis studiosissime esse unitatem Ecclesiæ, nec quen-

quam extra Ecclesie unitatem posse salutem consequi. *Consistit* autem, si *Noster* recte iudicat, unitas Ecclesie in una fide, una doctrina, iisdemque Sacramentis a Christo institutis, ac uno Ecclesie regimine a Christo non interrupta successione derivato. Addit, unum hoc regimen esse Episcopatum, rursusque cavere unumquemque jubet, ne extra cancellos Ecclesie deprehensus æterna felicitate excidat.

Sequuntur jam Clementis epistolæ nitidissime descriptæ, quarum codicem MS. qui unicus in orbe est, diligenter inspexit Editor ac religiose secutus est. Adjecit annotationes doctissimas, in quibus textui a mendis liberando accuratissimam navat operam, insertis emendationibus & conjecturis Junii, Boissii, Cotelerii, Felli, Colomesii, & Clerici. Sub finem operis hujus seorsim exhibentur Notæ Patricii Junii, & quæ nondum ante editæ fuerant, Joannis Boissii, ac denique Cotelerii.

NOVUS THESAURUS ANTIQUITATUM
Romanarum, congestus ab ALBERTO HENRICO DE
SALLENGRE, Celsissimorum ac præpotentium federati
Belgii Ordinum rei erarie Quatuorviro, nec non
Serenissime Principis Arawsonensis
Consiliario.

Tomus II.

Magæ Comitum, apud Henricum du Sauzet, 1718, fol.
 Alph. 8 plag. 6 Tabb. æn. 15.

QUAM viam *Cl. de Sallengre* in colligendo Antiquitatum Romanarum Thesauro ingressus fuerit, anno 1717 in his Actis p. 49 satis, ut credimus, & abunde expositum est, quam etiam ob causam nihil amplius nobis relictum existimamus, quam ut alterum hujus Thesauri volumen more nostro perlustremus, & quid rei illud complectatur, breviter edisseramus. Initio igitur occurrit *Andrea Cirino, Clerici regularis Messanensis, antiquarum lectionum de urbe Roma, ejusque Rege Romulo, liber singularis*, qui anno 1665 Panormi in folio promulgatus est, & novem ac quinquaginta capitibus absolvitur, quo-

quorum decem prioribus de urbe Roma, de ejus nomine, & Deo tutelari agitur; post, cur Roma κατ' ἐξοχήν urbs dicta sit? & an Æneas unquam in Italiam ingressus fuerit? an Romæ nomen dederit? quam figuram urbs Roma habuerit? disquiruntur. Præterea Romuli & Remi parentum series a Troja usque exstructa evolvitur, & Romuli in primis fratrisque Remi vita & res gestæ aliquanto copiosius enarrantur. Iste liber dimidiam fere partem totius voluminis constituit, in quo, etiam si multa occurrunt, quæ de doctrina Autoris testantur, nihilominus, quod nec ipse *Cl. Sallengre* inficiari potest, nonnulla sine ordiæ hinc & illinc dispersa inveniuntur, & aliquoties absque omni causa repeti solent. Hinc autorem morte opinione citius abreptum, ultimam huic libro manum admovere haud potuisse, facile crediderimus, quamobrem, si quid recte conjicimus, celeberrimus Grævius, secus ac ante constituerat, hunc librum in Thesauro suo forte de industria omisit, quamvis *Cl. Sallengre* aliam ea de re foveat sententiam, & libri raritatem eum ab hoc proposito detinuisse opinetur. II *Claudii Salmasii brevis dissertatio de Secretariis* nunc primum in lucem edita conspicitur, in qua Salmasius de Notariis, Scribis, Librariis, Cancellariis, Referendariis, & quibuscunque Secretarii nomen forte tribui potest, disserit. Equidem nomen Secretarii antiquitas ignorat, neque etiam scriptoribus mediis, ut dicuntur ævi, usu receptum fuit, utpote qui a secretis illos nominare solebant, Græci tamen Imperio ad finem vergente vocem ἀσκητήρις conflare cœperunt, cum apud Latinos Secretaria proprie illa vocarentur loca, in quibus iudices confidere, & jura interrogantibus reddere consueverant. III *Octavii Ferrarii dissertatio de Pantomimis & mimis* extat, quo nomine olim adpellabantur, qui taciti vel sola saltatione, vel gestu omnia, quæ a tragædo canebantur, repræsentare poterant. Quomodo autem hoc fieri potuerit, nobis hodie exploratum non est, quoniam vel nulla, vel tamen admodum exigua hujus artis vestigia ad ætatem nostram pervenerunt. Postmodo autem, præter ejusmodi tacitos pantomimos etiam hoc nomine vocari solebant, qui non quidem saltatione & gestibus solum, sed

etiam voce ac verbis ita in scena res agere poterant, ut quid sibi vellent, illico spectantibus pateret. IV *Nicolai Calliacbii Syntagma posthumum de ludis scenicis mimorum & pantomimorum* exhibetur, quod simile argumentum, sed multo luculentius, quam Ferrarius tractat, & Venetiis anno 1713 a Marco Antonio Madero bibliothecæ D. M. præfecto editum est, etiamsi non integrum sit opusculum, sed in fine aliqua desiderentur. V *Johannis Anthonii Astorii Dissertatiuncula* affertur, quæ de monumento agit, quod Venetiis in ædibus Grimani cernitur, & humanam faciem cum hac inscriptione præ se fert:

BONO DEO
BRONTONTI

Legendum hæc censet Astorius Brontonti, Græce *Βροντωντι*, i. e. Jovi tonanti domestico sacrum, quod variis inscriptionibus illustrat. VI sequitur *ejusdem Autoris Dissertatio ad Magliabechium scripta, qua antiquum aliquod monumentum, quod ex Græcia allatum Alcmanis Poetae Laconis esse creditur, explicatur.* Monumentum ex albo marmore, virum aliquem senem in sella exhibet, circa quem alii quatuor lamentantibus similes conspiciuntur, cum hac epigraphæ:

-- ΚΜΑΝΟ ΖΤΡΑΤΗΖ ΗΚΕΣ ΤΙΔΟΞΕΧΗΔΙΣ ΧΙΡΑ ΧΤΕ ---

-- ΔΗΣΟΩΝ ΤΜΕΤΩ --- ΧΗΖΤΗΖ ΕΠΕΩΖΗΧΗ. ΝΞ ΗΔΑΤΟΝΖΤΕ.
ΦΑΝΟΝΤΟΙΣ ΠΑΘΙΟΝ ΖΙΝ ---

ΕΖΗΚΕΖ ΠΙΔΗΣ ΠΡΟΤΙΟΝ. ΟΣΑΙΖΟΝ ΕΤΣ ΖΑΝ.

Ex quibus verbis quomodo Astorius Alcmanem Poetam Græcum exculpserit, ipse Lector in dissertatione videre poterit. Huic VII succedit *Andrea Crusii de Noctæ & nocturnis officiis liber*, qui primo anno 1652 Bremæ, & iterum in eadem urbe 1666 aliquanto auctior prodiit. Qua ratione hic liber locum inter antiquitates Romanas invenerit, vix hariolari possumus, nisi quod, ut ejusmodi scriptoribus, qui ritus veterum exponunt, solemne est, aliqua de Romanis in eo reperiantur. VIII *Petri Bertii*, primum Lugduni Batavorum, post ubi ad Pontificiorum sacra transierat, Lutetiæ regii Professoris, *de aggeribus,*
& pon-

Et pontibus hactenus ad mare exstructis digestum novum, cui libro conferibendo occasionem dedit obsidio Rupellensis, ubi Cardinalis Richelius ad impedienda Anglorum auxilia aggerem in portu Rupellano exstrui iussit, quo tempore Bertius publicæ luci exposuit, quæ de aggeribus, & pontibus in mari structis digesserat, Regique Ludovico XIII non diu post expugnatam Rupellam dedicavit. Recensentur autem in hoc opere pons Darii Hystaspis f. ad bosporum Thracium, pons Xerxis ad Hellepontum, agger Alexandri M. ad Tyrum, Pyrrhi Epirotarum Regis, ac postea M. Varronis pons inter Hydruntem Italiz, & Apolloniam Græciæ &c. Huic IX ob materiæ adfinitatem Ludovici Ferdinandi Comitæ Marfilii epistola de ponte a Trajano supra Danubium exstructo subjungitur, quæ nunc primum ex Italico sermone, quo tomo XXII Diarii Veneti exarata legebatur, in Latinam linguam transposita videri potest. In ea autem id inprimis agit Autor, ut pontis Trajani magnificentiam, prout a scriptoribus vulgo jactatur, ætiquam sanæ respondere ostendat. Propterea etiam inter ceteros Dionem, vel rei veritatem non satis edoctum, vel adulationi inservientem, posteris narratione sua egregie imposuisse arbitratur. X conspicitur Pauli Petavii, in Francorum curia Consiliarii, antiquaria supellectilis portiuncula, quæ Parisiis anno 1610 in 4to prodiit, & multa continet, quibus rerum antiquarum periti ingenium exercere poterunt. Ipse Petavius tam studiosus antiquitatis fuit, ut Symboli loco id sæpius in ore haberet: cum nova tot querant, non nisi prisca peto. Huic iterum XI ejusdem Autoris veterum numorum γνώσις subjunctum est, in quo multi Francorum numi, secundum exemplar Parisiense in æs incisi, conspici queunt. XII Caroli Brevis, Regis Consiliarii, & in curia subsidiaria regni & fisci Advocati, de ordine antiquo judiciorum civilium apud Romanos commentarius, qui anno 1604 Parisiis in 4to editus est, & privatorum judiciorum ordinem, quo olim cum Romanis, tum Athenienses usi sunt, explicat. Illud autem opusculum, cujus Autor in dedicatione meminit, quodq; publicorum judiciorum ritus & solemnia exponere ait, lucem forte nunquam adspexit.

xit. XIII *Hieronimi Magii Anglariensis de Tintinnabulis liber posthumus, cum notis Francisci Swertii fil. & XIV ejusdem de Equuleo liber, cum notis Iungermanni*, in quibus stupendam Magii memoriam merito mireris, utpote qui in captivitate Turcica nullis libris adjutus tot Autores illustravit, & emendavit, ut lucupletissima bibliotheca eum fuisse instructum, nisi aliud compertum haberes, facile crederes. XV *Angeli Rocha, Episcopi Tagustensis, & apostolici sacrarii Praefecti, de Campanis Commentarius*, Romæ 1612 in 4to excusus, in quo usus Campanarum præcipue in sacris apud Pontificios exponitur, qui etiam propterea magis ad scriptores rituum Ecclesiasticorum, quam antiquitatum Romanarum spectare videtur. XVI *Hieronimi Bossii de toga Romanorum Commentarius*, primum Ticini anno 1612, & post Amstelodami anno 1672 evulgatus, in quo Autor satis erudite de toga variisque ejus generibus, prætexta scilicet, pura, candida, alba, pulla, picta, palmata, purpurea, pexa, rasa, vitrea, regia, & præfidiaria duodeviginti capitibus agit. XVII *Ejusdem de Senatorum lato clavo observationes nov-antiqua in XIX syntagmata distincta*, quæ Ticini anno 1618 in 4to prodierunt. In ijs autem usus lati Clavi, quem insigne Senatorum apud veteres Romanos fuisse, nemo ignorat, explicatur, & ex quinque eruditorum sententiis, quas ea de re Autor adducit, ea lati clavi fuisse dicitur forma, quæ purpuream lineam in media veste nominat. XVIII *Ejusdem Autoris Isiacus, sive de Sistro opusculum*, Mediolani anno 1622 in 12 promulgatum, exhibetur; Sistrum instrumentum fuit, quo Ægyptii in sacris Isidis utebantur. De figura ejus Autores maxime inter se dissident. Bossius ita describit: *Sistrum crepitaculum ovale est, ex arguti metalli lamina factum, cujus apsis superior tribus insignitur figuris, una scilicet alicui humana facie in medio posita; altera Isidis in dextro latere, tertia Nephthys in sinistro; in ima vero sui ipsius parte manubrium habet, quod dum concutitur, virgula quadam ex eodem metallo facta, & per lamina forulos trajecta, adunco utrinque cuspidate laminam ipsam percutiunt, qua mox sonorum edunt tintinnum.* Tandem XIX finem huic volumini imponit Hierony-

mi Boisi Janotatus, sive de Strena liber, anno 1624 itidem Mediolani typis excusus, quem propterea hoc titulo Autor inscripsit, quoniam in Jani honorem strenæ datæ fuerunt a Romanis, Tatus autem primus fuit, qui hunc apud Romanos ritum solemniter introduxit. Omnis strenarum historia duodecim capitibus absolvitur, quam deinceps luculenti totius voluminis Indices sequuntur, & eorum, quæ allata sunt, agmen claudunt.

HENR. JACOBI VAN BASHUYSEN, S. TH.
*Doct. &c. Exercitationes ad Compendium ækonomiarum
 Dei WILHELMI MOMMÆ, in usum auditorii sui editæ.*

Serveſtz, apud Jo. Frid. Ernestum, 1718, 8.

Alph. I.

Satis se in scriptis, quæ Philologiæ Ebraicæ imprimis inferviunt, edendis defudasse ratus Cel. Henr. Jac. van Bashuyſen operam suam & in Theologia sanctiore illustranda, quod a munere ejus, quo jam Serveſtz fungitur, alienum non est, non sine fructu collocari posse judicavit. Quare postquam ipsa muneris auspicia edita dissertatione, quæ *nexum theoriae & praxeos Theologiae* defendit, cepisset, sublequentibus hanc *Dissertationibus practicis* varii argumenti, *formam analyseos* suæ cum *concionibus practicis* publici juris fecit: integrum vero *systema Theologiae, Anhaltinum* a loco inscribendum meditans, specimen primum hujus *XII Dissertationibus* exhibuit, quibus anno superiore *Exercitationes* has ad *compendium Mommae* subjunxit, quo Auditores suos ad conceptus suos, ut ipse loqui amat, præpararet. Præfatio exercitationibus his præmissa nonnulla exhibet de Theologiæ Scripturarum usu & præstantia, qua occasione Autor Coccejum & Altingium præceptores suos contra criminationes aliorum defendit, & Cocceji imprimis manibus egregie parentat. Siflit eadem præfatio nomina juvenum, qui hæc publice ventilaverunt, subjuncta alia præfatione Hanoviz anno 1711 jam conscripta, qua rationem exercitii hujus publicarum exercitatio-

citationum tum temporis abrupti reddit. Sequitur deinde
 ipsum Compendium Oeconomiarum Dei vel dissertatio Mom-
 mæ & Exercitationes Autoris nostri ad illud, quæ notis textui
 Mommæ subjunctis absolvuntur, quibus difficiliora Mommæ
 in usum, ut ipse testatur, studiosæ juventutis maximam partem
 ex scriptis suis alio tempore editis expedit. Momna quidem
 in opusculo suo satis eleganti doctrinam imprimis de fœdere
 exponit, quam Coccejus libello de fœdere & in summa Theolo-
 giæ dilucide satis exhibet, ipse vero Momna in opere majore
 de Oeconomia temporum ab hac dissertatione diverso aliique
 Coccejani prolixius declararunt, sed hæc cita in summa exhibet
 Momna, ut summam summx conflare hic supervacaneum vi-
 deatur. Quare pauca tantum ex Autoris nostri notis adduci-
 mus. P. 26 duplicem facit traditionem, illam quæ tandem scri-
 pta est, & quæ ore tantum ad filios translata disciplina arcani &
 cabala vera dici possit. P. 29 sententiæ Mommæ subscribit,
 quæ sacrificia ab ipso Deo primum instituta docet, quod &
 conjugio Adami, baptismo & sabbatho contra Spencerum tuetur.
 P. 34 Genes. IV, 4. Deum beneplacitum suum erga sacrificium
 Abelis *ἐμπροσθεν* combustione hostiæ cœlitus facta declarasse
 putat, quoniam hostias Aaronis & Salomonis eodem signo sibi
 acceptas esse significaverit. P. 57 locum I Petr. III, 18, 19, 20
 non de locali Christi ex mortuis resuscitati descensu ad inferos,
 sed de præconio penitentiarum, quod per Spiritum S. Christus apud
 homines sceleratos tempore Noachi obiverit, exponit. P. 63 lo-
 cum Gen. VI, 3. *לֹא יִדּוּךָ רִוּחִי בָנְדָם לְעֹלָם* deserens in eo
 Cocceji expositionem reddit: *non judicabit spiritus meus quen-*
quam in termino vitæ, ad introductum propter malitiam ho-
 minum vitæ terminum breviorum respici existimans. P. 70 illos,
 qui ex Gymnasiis in Academiis emigrant, nihil magis agere cre-
 dit, quam qui in minore senatu prolata in majore confirmari cu-
 piunt. P. 72 ad I Petr. IV, 6, ex quo Momna probari posse exi-
 stimavit, quod de plurimorum diluvio pereuntium salute æter-
 na bonam spem concipere liceat, observat, de electis hic sermo-
 nem esse vita jam defunctis, qui beneficiis hujus vitæ a Deo pri-
 vati a scoriis peccati hac ratione purgati in æternum servati
 fuerint

fuerint. P. 86 fabbathum N. T. non simpliciter ab Apostolis institutum, sed Deo prædeterminante decretum docet, & hujus in alium diem translationem Ps. CXVIII, 24 asseri, sibi quidem persuadet. P. 90 idololatriæ originem post diluuium locat. P. 96 seqq. sententiam Mommæ ad Genes. XI, 4 describit, qui exstructum Babelis opus de civitate & senatu constituendo, apud quem religionis dictatura esset, explicat: ipse vero rem ita declarat: homines illius temporis pharum quandam opus rude exædificasse in signum, quo ad unam eandemque sedem omnes colligerentur, tum vero Deum, qui a dispersis hinc & inde populis orbem habitari volebat, turrim illam demolitum fuisse, qua destructa populum alias sedes querentem non uno momento sed tempore sibi succedente ore diverso loqui cœpisse, sola familia Heberi cum fide Adami linguam Hebræam primævam servante. Occurrunt insuper variæ notæ Autoris, quæ Systema Theologiæ Coccejanæ præeunte Coccejo & Altingio multum sæpe declarant: ipse ubi Coccejum & Momman deserit, Altingium plerumque sequitur. P. 146 Deum æconomias suas non statim a creatione incepisse perhibet, sed præparationem primam ad illas factam in statu naturæ integræ, deinde post lapsum tempus promissionis primum initia sua habuisse, postmodum duo testamenta Vetus & Novum executioni data. P. 176, 177 sqq. inter fœdus & testamentum Dei distinguit. Testamentum dicit, testationem mentis de hoc vel illo bono alii præter meritum dando, & sic *vetus testamentum* appellat ex mente Coccejanorum voluntatem DEI de danda hereditate terrestris Canaan: *novum* vero voluntatem DEI de danda hereditate cœlestis Canaan & mundi. *Fœdus vetus* promissionem dicit populi, quo se omnia quæ Deus postulaturus esset, ex propriis viribus facturum promittit, & a Deo deinde cum vitam æternam, tum bonum testamenti, expectaturum. *Novum* contra *fœdus* dicit promissionem populi Dei, qua spondet, se omnia bona a Deo accepturum, hinc nihil meriturum, interim facturum quod potest, per DEI gratiam, sub expectatione hereditatis cœli & consummationis ecclesiæ ac hereditatis mundi. *Fœdus vetus* & *vetus*

testamentum Auctor cum Atingio orditur ab exitu Israclitarum ex *Aegypto*, quo tempore foedus gratiae quod cum patribus initum renovare cum filiis parabat, perverso populi responso, *Exod. XIX & XX. אָמַרְנוּ וְנַעֲשֶׂה*, *audiemus & faciemus*, commutatum esse in foedus operam sibi persuadet, quod nomine jugi designari autumat. Pertinet huc quoque decalogus, non quidem quoad ipsa praecepta spectatus, sed quoad circumstantias, sub quibus altera pars foederata obsequium spondit. Jugum illud auctum esse censet cum Israclitae vitulo aureo facto gravissime in Deum deliquissent, nec tamen foedus gratiae, quod foedus juventutis dicit, prorsus abolitum esse judicat, sed bonitate DEI conservatum, licet velo execrationis tectum & iugo legis aggravatum, ex quo fideles se male respondisse: *audiemus & faciemus*, viderint atque ita resipuerint. Annexus est his Auctoris exercitationibus Index duplex locorum Scripturae, verborum & Auctorum, brevisque addita sub calcem compellatio ad studiosam juventutem de doctrina foederis divini morum doctrinae ex Scripturis sedulo iungenda.

JUSTI HENNINGII BOEHMERI JC. SUG-
cincla Expositio Doctrinae de Actioibus; adjectae sunt in
calce Positiones de Gradibus Matrimonialibus &
Ordine Succedendi.

Halz, in Officina Rengeriana, 1718, 8.

Alph. 2 plag. 6.

Rigidiores paulo, quam par est, Romanos in custodiendo Processu suo Judiciario fuisse, negabit nemo, qui plurima in Foro secundum Formulas a Praetore Judici Pedaneo praescriptas expedienda fuisse perpendit. Inde enim Processus ille *Formularius*, tot item negotia *Ordinaria Persecutionis*; inde differentia Actionis *bonae fidei, stricti juris & arbitrariae*. Et quamvis in nullius amplius verba seu Formulas jurare in Foro nostro jubeatur iudex; minime tamen hoc ipso omnis cessat Processus Judiciarii subtilis solennitas; quin potius multae Actiones peculiarem suam naturam ex Jure Romano constanter

ter retinuerunt, quæ in consuepiendo libello non sine ineptitudine negligitur. Præterea competunt quoque ex uno eodemque negotio plures sapienter Actiones, diversæ plane naturæ & indolis, quæ sub Advocato penitus non intelligantur, fieri facile potest, ut præ commodiore, faciliore & utiliore minus commodam, difficilem & inutilem eligat. Imo & in Judice ista cognitio necessaria est, ut commodam pro natura negotii ferat sententiam. Ut vel proinde inconsultum foret, si quis in studio Juris Practico excolendo doctrinam de *Actionibus* negligere velit.

Quod cum sapienter penes se reputasset Consult. Autor, ante octo fere annos *suscipit* de *Actionibus expositionem* in usum Auditorum, conscribendi consilium cepit; quæ postquam secunda nunc vice prelo commissa fuit, longe auctor illustriorque prodit.

Omniem vero materiam in tres partes speciales dissectuit; quarum *prima* indolem exhibet Actionum peculiarem, *secunda* ipsas Actiones sigillatim considerat, *tertia* de cumulatione earundem agit. Methodus, quam in singulis sequitur, eo redit, ut consideret, (1) cui competat. Actio (2) contra quem (3) ad quid detur (4) quam diu detur (5) quid probandum sit (6) ubi agendum sit (7) quo processu (8) denique quibus exceptionibus ipsa Actio exposita sit? S. I. C. I. §. II.

Actionis vocabulum de Jure Romano in stricta significatione, quatenus opponeretur extraordinariæ cognitioni, denotabat actum, qui *solemnibus Formulis*, proposito negotio convenientibus, a Judice Pedaneo erat peragendus. Quæ formulæ olim ita immutabiles erant, ut causa caderet, qui vel in syllaba erraret. Sed formulis tandem cum Judice pedaneo sublatis applicari coepit vox Actionis illis remediis, quibus, *non* *ordine solenni*, maxime J. Canonico, *substituto*, agi debuit. Erat etiam in Foro Romano olim ingens differentia Actionum *bonæ fidei & stricti Juris*; ast verum hujus distinctionis fundamentum a plurimis ignoratur. Consult. Autor illud ex *Jurisprudæntia* Romanorum *Formularia* repetendum esse existimat. Conventionum quippe apud Romanos duo erant genera, *Naturæ alium & Civilem*, illæ utpote ex Jure Gentium de-

- §. 29. scendentes & naturalem præstationem habentes solennitatem formulariam apud Romanos haud ullam desiderabant, sed secundum simplicitatem Juris Gentium contrahebantur atque
- §. 30. inde Contractus b. f. dictæ sunt. Hæ sc. *Civiles* Juri Romano, quæ tali, propriæ erant, nec apud alias gentes obtinebant atque in his unice secundum *formulam* ore nuncupatam aut scripto expressam judicabatur, nec fines formulæ excedere permissum erat; unde stricti Juris nomen sunt sortitæ. Ex quibus
- §. 44. concluditur, non dari amplius in Foro nostro Contractus stricti Juris sed omnes hodie esse b. f. Quod attinet Actiones arbitrarias, hæ a superioribus in eo differēbant, quod in b. f. judiciis judex adjudicet, quæ non sunt verbis formularibus expressæ, licet sint in Jure determinatæ; in arbitrariis autem determinantur, quæ sunt incerta & indefinita & specialiter libello peti nequeunt. Muri sive Mœnia Romanis dicebantur *Res sanctæ*, quod ideo factum videtur Consult. Autori, quod consecrata essent dedicataque Diis Tutelaribus, quo factum, ut quoties urbem obsiderent, Deos Tutelares prius per sacerdotes evocarent, quorum in tutela oppidum esse scirent, promittentes ipsis eundem aut ampliorem locum & templum Romæ extruenda, ut passim ex Livio & Plinio constat. Sic pariter sepulchra religionem quandam habere dicebantur, quod essent dedicata *Diis Manibus*, quales defunctorum animæ credebantur. Inde Jura circa sepulturam *Jura Manium* dicta fuerunt & solennis in Monumentis sepulchrorum formula conspicietur: *Diis Manibus sacrum*. Inde *res nullus*, inde *divini Juris*, inde *religiosa* appellabantur. Hoc cultu Gentilium, quem Diis Manibus exhibebant, factum, ut in extruendis exornandisque monumentis nullis sumptibus parcerent; religionis quippe dicebatur interesse, monumenta extrui & exornari.
- C. 6. §. 4. 5. Nuda Pacta Jure Romano nullam produxisse Actionem notissimum est, quod quidam inde factum esse existimant, quia pro *conventionem ineliberatam, vel indeterminatam* Jure Civile habitam fuerint; sed Autori nostro ista ratio haut arridet, aliam proinde substituens, ætumat, Romanos in hunc maxime finem pactis vim obligatoriam detraxisse, quia ut plurimum his promissis op-

As opponi solet exceptio *nudorum tractatum*, quod ut evitetur, litibusque ansa eo magis præcidatur, novam formam cuilibet negotio præscribere, qua observata constaret evidentissime, conventionem inter paciscentes absolutam fuisse; quale pactum ita formatum nomine speciali *Contractus* dicitur. Porro in definiendo Consanguinitatis gradu respectum personarum recte pronuntiandam esse monet Consult. Autor, ut ne forte quis in errorem deducatur, quasi non adsit paternitas & filiatio e. g. si dixerim: *Meines Groß-Vaters Bruders Groß-Vater* est meus Atavus pagnus; *Meiner Schwester Kinder Groß-Vater* est Pater meus; *Meines Groß-Vaters Sohn einziger Sohn* sum ipsemet; *Meines Groß-Vaters einzige Tochter*, *Tochter* est mea soror. Affinitas etiam contrahitur per injustum concubitum: sic qui duas sorores imprægnavit, neutram ducere potest. Sic Maritus potest fieri Affinis uxoris suæ, si cum eius sorore concubabat. Prohibitionem Lev. XVIII & XX factam Conf. Autor haud quidem pro lege universali, totum genus humanum respiciente, habet; nihilominus tamen ex eo, quia Christianismus ex sententia Christianorum primitivæ Ecclesiæ non sit nova Religio, sed tantum reformatus Judæismus, præterea ipsa prohibitio ad agenda & moras, nequitiam verò ad Politiam vel ritus Judæicos spectet, concludit, Christianos nullo modo solutos esse a vinculo harum LL. Matrimonialium. Quod vero in dicto Cap. XVIII Lev. tantummodo ad personas, non vero gradus respexerit summus Legislator, inde probabiliter afferi sibi persuadet; (1) quia prohibitio ista, tanquam lex nova positiva est strictæ interpretationis; (2) quia Deus alias sine dubio clarius locutus fuisset, imprimis cum Judæis, populo fati duro & pertinaci, lex esset præscribenda; (3) quia Magistrorum Hebræorum sententia in N. T. a Christo nunquam fuit reprehensa; (4) quia ex contraria sententia multe sũunt difficultates; (5) quia nova harum prohibitionum repetitio Lev. XX facta est, ubi tamen eadem personæ tantum enumerantur; (6) denique quia dissentientium argumenta facile exploduntur.

De Grad.
Matr.
C. 2. §. 7.

C. 3. §. 2.

§. 3.
C. 5. §. 2.

§. 4.

§. 7.

§. 8.

§. 9.

§. 10.

§. 11.

§. 12.

§. 13.

**RATIO PRÆLECTIONUM WOLFIANARUM IN
Mathesin & Philosophiam universam.**

Halæ Magdeb. in Officina Rengeriana, 1718, 8.

Plag. 13 $\frac{1}{2}$.

Rationes, quæ Cel. *Wolfium* permoverunt, ut suarum in Mathesin atque Philosophiam universam prælectionum rationem publice redderet, in Præfatione recenset, nempe ut satisfiat iis, qui de iisdem per literas percontantur, aut quod ipsis non mature de iisdem constiterit, conqueruntur, tum quod non desint, qui ipsius lectiones larvatas tanquam proprii ingenii fetus edunt. Dividitur libellus in duas sectiones, quarum prior prælectionibus in Mathesin; alter prælectionibus in Philosophiam destinatur. Quem sibi finem in lectionibus Mathematicis proposuerit, Sect. I c. 1 docet. Primus scilicet finis est cultura intellectus; alter vero cognitio veritatum mathematicarum, vel ad disciplinas ceteras instar principiorum, vel ad vitam humanam utilium. Prior cum sit ipsi primarius, ut studium Matheseos omnibus utile reddat, accurata in tradenda Mathesi utitur methodo. Posterioris consequendi gratia, theoriis præxes jungit. Alteram disciplinarum Mathematicarum partem lectionibus privatis, alteram publicis distinguit, ne superficialia tractatio obstet, quo minus finem primarium consequatur. Privatis serviunt Arithmetica, Geometria, Trigonometria, Mechanica, Hydrostatica, Hydraulica cum Architectura civili & militari atque Pyrotechnia; publicis Optica, Astronomia, Geographia atque Gnomonica; Algebra sive Analysis, quæ ad paucorum est palatum, privatissimis reservatur. De illis cap. 2, quod de cursu Mathematico inscribitur, de istis cap. 3, de his denique cap. 4 agit. In omnibus Cl. Autor finis primarii causa utitur methodo analytica a principiis progrediens ad conclusiones. Hinc in Arithmetica, itemque in Analysis, frequentissime utitur *principio reductionis*, (quod vocat. *ignoti ad notum* E. gr. in algorithmo additionem reducit ad vulgarem numerationem; subtractionem ad eorundem permutationem; in algorithmo specioso irrationales quantitates ad rationales,

nales, & ita porro. Ostendit etiam, quomodo in Arithmetica demonstrandi rigor cum desiderata tyronibus brevitate ac facilitate conjungatur, & quomodo exempla singularia sint scribenda, ut demonstrationem universalem veluti oculis spectandam exhibeant. Ab Arithmetica ad Geometriam digreditur, ubi demonstrationes ad duplex reducit principium, *congruentia* scilicet ac *similitudinis*, quorum istud fundamentum est Geometriæ *Euclidæ*, hoc *Wolffius* primus in Geometriam introduxit, *Leibnitio* ansam præbente, ut quædam demonstrationes fierent breviores, faciliores ac clariores & Geometria æthiologica evaderet. In explicandis demonstrationibus operam dat, ut indolem demonstrationis distincte percipiant tyrones, & ut demonstrationum comprehensio facilitetur. De demonstrationum analysi ita loquitur. Primam propositionem⁶⁶ suppeditat theorematis hypothesis aut conspectus Schematis in⁶⁶ usum demonstrationis delineati, quæ ob terminum quendam⁶⁶ communem propositionem aliam anteriorem in memoriam⁶⁶ revocat (in primis nempe demonstrationibus definitionem vel⁶⁶ axioma aliquod). Ex his duabus propositionibus tanquam præ⁶⁶missis combinando terminos in utraque diversos inferitur Con⁶⁶clusio. Hæc instar præmissæ novi Syllogismi assumitur &⁶⁶ ut ante, ob communem terminum propositionem aliam ante⁶⁶riorem in memoriam revocat: unde denuo nova conclusio⁶⁶ inferitur. Interdum ex conditione theorematis aut intuitu⁶⁶ schematici duæ vel plures conclusiones eliciuntur, quæ inter⁶⁶ se comparatæ novam exhibent propositionem præmissæ loco⁶⁶sumendam in sequente syllogismo. Hac ratione progreditur Autor, donec tandem prodeat propositio, quæ ad demonstrandum proponebatur. Declarat analysin exemplo, & præter alia singularia, quæ subnectit, ejus neglectui tribuit lapsus eorum; qui methodum mathematicam irritò successu ad alias disciplinas applicare studuerunt. Ad demonstrationum comprehensionem facilitandam utitur *examine propositionum & reductione demonstrationum ad intuitum*. Examen instituitur, si Schema juxta conditionem theorematis delineetur & ope instrumentorum examinetur, quæ in thesi enunciantur, utrum ita se habeant,

ant, nec ne: ubi dandam esse ait operam, ut ad demonstrationem mara ducat, immo (si fieri potest) eam eodem modo contineat, quo singulare continet universale, quo in casu examen *demonstrationem mechanicam* appellat. *Demonstratio ad intuitum* redncitur ope Artis characteristicæ. Conclusiones nempe syllogismorum characteribus exprimi & distincte sub Schemate scribi jubet, ut integram demonstrationem uno obtutu comprehendere singulasque propositiones sigillatim expendere liceat. Quomodo id fieri possit, exemplo docet. Consultius judicat, demonstrationem omittere, quam nimis imperfectam aut prorsus paralogismis scatentem tradere: immo monstrat, singulari quadam utilitate quasdam propositiones demonstrabiles in tyronum gratiam sine demonstratione assumi. Egregium deprehendit artificium ad terminos in omni Mathesi facile retinendos, eorumque definitiones, quotiescunque visum fuerit, proprio Marte oruendas, si in schematizans lineis atque angulis adscribantur nomina vi definitionum ipsis vindicanda, modo caveatur, ne conspectus schematizans reddatur confusus: id quod facilius ipsius iudicio posset evitari, si *ars characteristicæ* haberetur adeo exulta, ut singularum rerum commodi prostant characteres. Plenior *Artis characteristicæ generalis* mentionem injicit, ubi in Algebra de commoda quantitatum denominatione agit, quam aliter inveniri ac perfici posse negat, nisi ab exemplis singularibus notiones universales abstrahendo & has iterum per determinationes speciales specificando, prout alibi se distinctius expositurum promittit. Characteres tum demum optimos censei ait, si omnes relationes datas distincte expriment, quas in resolutione problematis attendere debemus, aut si definitionem rei intuitui exhibeant. Istos characteres demonstrativos esse & æque frequentes ac ipsas notiones, quas adæquate referant. Commendat itaque tyronibus *reductionem notionum ad characteres* per combinationem characterum simplicium. Formulæ & expressiones analyticæ, iudice Nostro, cognitionem Symbolicam convertunt in intuitivam eamque puram, h. e. uno obtutu comprehendendum exhibeat, quod ad rem presentem spectat,

super-

superfluis remotis, ut & confuse & distincte percipi possit, pro-
ut commodum visum fuerit. Cum tandem cap. 5 de instituto
lectionum mathematicarum privatissimarum disserit, notatu
digna sunt, quæ docet de modo ex ipso discente interrogatio-
nibus aptis eliciendi, quod doceri debet.

De lectionibus Philosophicis plura nobis commemo-
randa forent, nisi metuendum esset, ne recensio statutos limites
excederet. Cum Cl. *Wolffo* Philosophia sit omnium possibilium
scientia, ita ut Philosophus rationem eorum distincte perspici-
ens excellentius cognoscat, quæ in disciplinis superiorum Fa-
cultatum vulgari modo pertractantur; finis lectionum Phi-
losophicarum eidem est, ut præclara ingenia ad distinctam
cognitionem manuducat & principia sufficientia tradat, qui-
bus unusquisque ad rationes eorum, quæ ipsi cognoscenda
offeruntur, intus perspicendas prompte utatur, Eum ut con-
sequatur, operam se dare ait Sect. 2 c. 1, ut 1 accuratas tradat
earum rerum, de quibus agendum est, definitiones, nec utatur
voce nisi distincte explicata, 2 ut nihil sine probatione assu-
matur, nec 3 in observationibus & experimentis (quod plerum-
que fieri solet) *vitium subreptionis* committatur, 4 ut singu-
la inter se, quantum datur, connectantur, h. e. ut anteceden-
tia sint consequentium rationes. Neglectui studii Philosophi-
ci tandem tribuit, quod passim omnium Facultatum eruditi
nihil diserte explicare, nihil sufficienter probare, nihil quod sa-
tisfaciat ad objectiones respondere valeant, quodque tot quoti-
die in lucem edantur opinionum monstra. Circa singulas di-
sciplinas Philosophicas 1 principia recenset, quibus dogmata
sua superstruit & viam ingenue monstrat, qua ad ea pervenit:
2 methodum exponit, qua in tradendis singulis disciplinis uti-
tur: 3 utilitatem eorum ostendit. Orditur cap. 2 a lectionibus
Logicis, in quibus regulas explicat veritatem investigandi & exa-
minandi. Etsi enim ultro largiatur, artem inveniendi per
exempla exerceri debere & ejus præcepta maximam partem a
veritatibus jam ante cognitis pendere; non tamen inutilem
judicat distinctam regularum generalium cognitionem, quam
confuse intuentur, qui domum meditandi solo exercitio sibi

Q

com-

compararunt. Cum studio logico mathematicum conjungere jubet, cum regulæ logicæ tantum commonefaciant, quid in dato quolibet casu fieri debeat, Matheseos vero studium vires largiatur iis satisfaciendi. Philosophiæ rationalis principia *Wolfiana* jam recensuimus in Actis A. 1713 p. 133. Non opus itaque est, ut de his in præsentem verba faciamus. Cap. 3 ad *Metaphysicam* progreditur, per quam scientiam de Deo & mente humana rerumque principiis intelligit. Neque etiam contrarius est, si ad eam *Philosophiam primam* seu *Ontologiam* referre volueris. Ait se primum, cum apud nos Philosophiam doceret, essentias rerum arbitrarias per rationes finales exculpentem, *creaturas* per repræsentamina perfectionum divinarum definitivisse, diversitate creaturarum in diversis Deum repræsentandi modis fundata, & in commercio mentis cum corpore explicando cum *Cartesio* ad motum divinum confugisse. Sed cum *Cartesianum* dogma a *Leibnitio* minus probari intellexisset, qui arbitraria non admittebat, notione essentiarum arbitrariarum accuratius examinata, tandemprehendisse, quod nulla veritas in arbitrio divino fundetur, cum omnis independentem ab eodem demonstrari possit, & hinc essentias rerum ab intellectu divino derivasse, antecedenter ad omne decretum; *Leibnitio*, cui ea de re scripserat, probante. Legit deinde, quæ de systemate harmoniæ præstabilitæ in Actis A. 1705 p. 573 extant, & ab eo tempore in res metaphysicas novo studio inquirere cepit, operam imprimis dans, ut doctrinæ essent ab omni secta liberæ, definitionibus nimirum ac demonstrationibus fundamentalibus ita conceptis, ne ipsi idealistæ ac sceptici eas rejicere possint, utque vi dogmatum suorum ratio reddi possit mutationum in mente. Notiones itaque quæsvit distinctas Dei atque mentis humanæ omniumque substantiæ utriusque attributorum, & in leges inquisivit, quas servant mutationes mentis. Reperit autem rationem successione perceptionum in mente desumi, 1 ab harmonia earum cum mutationibus quæ in organis sensoriis accidunt, 2 a nexu fortuito idearum in imaginatione, 3 a syllogismo, 4 a repræsentatione boni & mali, 5 a sensu perfectionis & imperfectionis. Cum itaque expendere, perceptiones mentis respon-

respondere mutationibus organorum sensoriorum corporis nostri & ab his tandem pendere omnes notiones reliquas, immo in his fundari nexum fortuitum idearum & ab istis initium sumere omnem ratiocinationem; vim perceptivam mentis a corpore limitari, sicque tandem a situ corporis in universo pendere intellexit. Unde *animam* definit per substantiam, quæ universum sibi repræsentat pro situ corporis organici in universo: quam animæ notionem admodum fecundam & harmoniæ præstabilitæ *Leibnitiana* consonam deprehendit, etsi eam quoque in systemate influxus physici & causarum occasionalium locum habere posse agnoscat. Ceterum *universum* definit per seriem possibilium simultaneorum & successivorum inter se connexorum, & spirituum differentias a diversis universum repræsentandi modis accessit. Plurium universorum possibilitatem, quam in Theodiciæ sumit *Leibnitius*, Noster ex natura contingentium demonstrat. *Intellectum* vocat repræsentationem possibilium. *Voluntatem* mentis inclinationem ad objectum pro ratione boni in eodem repræsentati; *Noluntatem* vero mentis reclinationem ab objecto pro ratione mali in eo repræsentati. *Libertas* ipsi est determinatio interna ad electionem ejus ex pluribus possibilibus quod melius apparet. Etsi autem essentiam Dei in vi repræsentandi distincte omnia universa consistere statuat; in ejus tamen existentia probanda sumit definitionem nominalem, quod sit substantia, in qua ratio sufficiens existentie universi sive idealis, sive realis continetur. Mittimus quæ de existentia entis a se & ejus a mundo & mente diversitate, divinisque attributis annotari poterant. In Philosophia prima emendanda etiam aliquid studii posuit & multum *principii rationis sufficientis* usum deprehendit. E. gr. *Actionem* definit per mutationem status, cujus ratio continetur in ipso subjecto, statum scilicet mutante; *passionem* vero per mutationem status, cujus ratio continetur in alio a subjecto statum mutante diverso. Cap. 5 collegii experimentalis rationem describit, in quo fundamenta ponere nititur ad Naturæ ac Artis phænomena intelligendum necessaria. Eum in experimentis servat ordinem, ut anteriora contineant rationem posteriorum, nec ullum proponit experimentum, cujus non appareat usus aliquis peculiaris, quem aliud

Q. 2.

licet

licet agnatum habere tamen nequit : alia nempe sunt principia explicandorum aliorum, alia examina hypotheseum physicarum, alia Naturæ ac Artis arcana revelant, alia ingenium in explicandis phænomenis exercent, alia methodum experimentandi illustrent. Ordinem hunc & genera experimentorum vide apud Autorem ipsum. Cap. 6 de collegio Physico disserit, in quo experimentis dogmata subnectit. Finem lectionum physicarum statuit, ut habitum consequantur auditores phænomena naturalia ad rationes suas revocandi. Abstinet itaque ab hypotheseibus fictitiis, neque in principiorum loco habet, nisi quod vel experientia clara, vel demonstratione nitatur : nec adeo ulterius progreditur, quam observationes ac experimenta permittunt. Conjecturas probabiles subinde admittit, quatenus ad inveniendum veritatem serviunt & experimentis ansam præbent. De elementis parum sollicitus in causis phænomenorum proximis acquiescit. Veritates tamen physicas inter se connectit & posteriora ex prioribus, quantum datur, deducit. Orditur ergo a natura corporis ac inde pendentibus affectionibus. Progreditur ad corpora mundi totalia &, quod ex iis componitur, Mundi systema eorumque mutuas in se invicem actiones. Hinc in specie considerat Terram &, quæ in ea accidunt, mutationes. Tandem in vegetabilibus & animantibus subsistit. Specialiora videat lector apud ipsum Autorem, qui inter alia monet, in Physicis doceri posse, quomodo in corpore represententur mutationes mentis ac inde consensus cum corpore obtineatur. Duo nobis commemorasse sufficiat, 1 quod colores fixos eadem prorsus ratione produci statuat, quo emphatici gignantur, non per nudam reflexionem, sed per duplicem insuper refractionem, in ingressu in massulas cavas & in egressu ex iisdem : 2 quod ipsemet sæpius animalcula in semine maris contemplatus fuerit & aliis spectanda exhibuerit. Cap. 7 philosophiæ practicæ destinatur, ad quam Philosophiam practicam univ ersalem, Ethicam, Oeconomicam, Politicam & jus Naturæ refert. *Philosophia practica universalls*, hactenus inaudita inter Philosophos, specimen aliquod publice dedit in Academia nostra A. 1703, methodo mathematica conscriptum, quo primum *Leibnitio* innotuit & ejus favorem sibi conciliavit. In

ea ex-

ea explicat fundamenta omnibus disciplinis specialibus communia & artificia generalia, per quæ ex istis fundamentis veritates speciales in disciplinis specialibus derivantur. Unde eam definit per scientiam affectivam practicam dirigendi actiones liberas ad finem optimum per regulas universalissimas. Theoriam juris naturæ & omnis Philosophiæ practicæ ad hanc regulam reducit, quod *actiones dirigi debeant ad summam suæ aliorumque perfectionem*, quam in natura mentis humanæ fundatam demonstrat. Actiones sua natura bonas & malas agnoscit, cum naturaliter influant in nostram statusque nostræ perfectionem vel imperfectionem, & ad eas obligationem ex ipsa mentis natura deducit. Ad praxin descendens docet, quomodo data qualibet agendi occasione casus omnes possibiles eruantur; quomodo nexus actionum cum fine ultimo reperitur; quomodo media ad finem ducentia & impedimenta detegantur & remedia inveniuntur; quomodo elevanda sit mentis acies ad hunc acuminis gradum, ut objecti appetibilis cujuscunq; in vita obvii cum fine ultimo nexum perspiciat; quomodo excitetur ardor nil quicquam faciendi nisi eidem conforme; quomodo obtineatur, ut ad conspectum objecti cujuscunq; appetibilis cum fine ultimo nexum cogitemus; quomodo imperium in sensus, imaginationem atque affectus obtineatur; quomodo denique homo eo adducatur, ut naturæ suæ convenienter vivat. Hæc quidem in isto specimine jam continebantur. Nunc vero superaddit methodum generalem mores aliorum conjectandi, quæ fundatur in motivis generalibus ex actionibus hominum atque passionibus animi elicitis. Monstrat Autor theoriæ suæ cum Philosophia Sinensium consensum. Philosophiam specialem in quatuor capita distinguit, de officiis erga Deum, erga se ipsum, & erga alios, atque de societatibus simplicibus & compositis. Officia hominis erga Deum ad honorem Numinis reducit, hoc est, ad actus, quorum motiva sunt perfectiones divinæ: alterum enim, *Wolffo* iudice, sincero affectu colit seu honorat, qui edicit actus, quorum motiva sunt perfectiones alteri competentes. Media petit a distincta perfectionum divinarum cognitione, quæ animum ad assensum cogat. Officia erga se ipsum quoad maxima minima ex naturæ humanæ atque status humani perfectione derivat:

Q 3

unde

unde etiam officia erga alios intelliguntur, aliis enim debemus, quod nobis ipsis, sed ita, interprete *Wolffio*, ut alius non habeat jus petendi ab aliis, nisi quod ipsi necessarium in sua non habet potestate. In doctrina de societatibus suprema ipsi lex est summa sociorum, quam in societate conjunctis viribus consequi possunt, perfectio, & hinc in specie in civitate, quicquid salutis ac tranquillitati ejusdem convenit. Est autem ipsi *Salus Reip.* non impeditus civium progressus ad maximas, quas viribus conjunctis consequi possunt, perfectiones, cum *beatitudinem* in genere definit per non impeditum progressum ad majores indies perfectiones. Monet autem quod in sua Philosophia practica eodem nexu omnia cohaereant, quo in Mathesi. Ultimum denique caput de lectionibus physicis publicis inscribitur, in quibus specialia themata pertractat. Animus ipsi est ostendere Auditoribus, quomodo principiis in lectionibus physicis privatis stabilitis uti possint ad quaestiones specialiores progressuri, & exemplis artificia analytica edocere, quibus in veritatibus physicis detegendis Naturam perscrutaturi uti debeant. Recenset deinde in specie argumentum lectionum hiemalium A. 1716, æstivarum A. 1717, hiemalium anni ejusdem, æstivarum A. 1718 & hiemalium anni præsentis. Ceterum spem denuo facit singularum Philosophiæ partium patrio sermone edendarum. De iisdem autem, compendiis istis absolutis, olim prolixius commentabitur idiomate Latino, si Deus vitam & vires concesserit.

HOROGRAPHIA TRIGONOMETRICA, SEU
Methodus accuratissima arithmetice per sinus & tangentes horologia quævis Solaria in plano stabili qualitercunque situato, etiam declinante & simul inclinato, facili negotio describendi, & quaedam alia, quæ Vialia dicuntur &c. cum suis fundamentis & rationibus in gratiam aliorum exhibita. Autore P. BERNARDO GRUBER, Sacri Ordinis Cisterciensis in Monasterio B. V. Mariæ De Alto Vado Professo, in Collegio Archiepiscopali Pragæ Art. L. L. & Philos. Professore.

Vetero-Pragæ, typis Wolffgangi Wickhart, 1718, 4.
 Alph. 1 plag. 14 Tabb. æn. 11.

Censor

Censor libri R. P. *Georgius Thomas*, e Societate Jesu, Mathematicum in Academia Pragensi Professor, in Approbatione, quæ eidem præfixa compareret, monet, *Christophorum Clavium*, postquam libris quatuor Gnomonicam Geometricam methodo pertractasset, judicasse, quod perdifficile sit, ut illa usus in nullum errorem labatur, etiam si ea in re diu multumque sese exercuerit, atque hinc lib. 5 methodum Arithmeticam tanquam Geometrica certiore proposuisse. Idem institutum in Gallia secutus est *Picardus*, qui lineas ad horologia solaria describenda necessarias una cum angulis requisitis Trigonometricè computare docuit in Praxi magnorum Sciatericorum, ejus mentionem fecimus in Actis A. 1695 p. 129, & inter Nostros *Cl. Doppelmejerus* in parte quarta, quam Gnomonicæ *Welperi* A. 1708 tertia vice recusæ adjecit, c. 10 & 11. Eandem methodum excoluit & ad quodvis horologiorum solarium genus aptavit R. P. *Gruber*; postquam (quod in præfatione fatetur) diu in assequenda methodo Geometrica delineandi horologia solaria defudasset. Accommodavit eam captui tyronum, ut proprio Marte eandem addiscere possint. Eum dubio procul in finem quoque præmittit, quæ ex Sphæra, Trigonometria & Astronomia supponi poterant. Nimirum part. 1 c. 1 explicat terminos, qui in Sphæricis & parte Astronomiæ Sphærica circa Sphæram & primum mobile occurrunt. C. 2 declarat terminos in utraque Trigonometria usitatos atque analyfin triangulorum rectilinearum & sphæricorum rectangularium; prætermissa solutione obliquangulorum, quod eorum rarior sit in methodo sua usus. C. 3 Quæstiones quasdam astronomicas circa primum mobile solvit, quarum in sua methodo est usus, atque una ad datum quodvis tempus locum Solis verum computare docet, additis Tabulis solaribus ex *Streetii* Astronomia Carolina. Subjungit alia problemata in praxi sciaterica necessaria, e. gr. quomodo inveniendæ sit linea meridiana, itemque planorum declinatio & inclinatio, & in appendice ex Geometria practica repetit ad horologiorum solarium descriptionem profutura. Ab hisce præliminaribus ad methodum suam progreditur, quam parte secunda ad horologia primaria applicat, æquinoctialia scilicet, polaria, horizontale & verticalia, quibus non modo lineas horarias, verum etiam

etiam signa Zodiaci inscribere docet. Idem parte tertia præstat in horologiis secundariis, quæ in planis inclinatis, declinantibus a verticali primario, vel a meridie, vel ab Horizonte, atque deinclinatatis delineantur: ubi etiam rationem habet horologiorum eccentricorum. Tandem parte quarta methodum transfert ad horologia, quibus arcus diurni & horarum varia genera inscribuntur, itemque ad annularia, quadrantalia, cylindrica, magnetica, lunaria & stellaria. Colophonem imponit horologium universale, quod simul solare, lunare & stellare existit. Subjunguntur Tabulæ ascensionum rectorum eclipticæ & chordarum respectu radii 1000 partium, ne chordas, quando iis ad describenda horologia opus est, ex canone sinuum petere opus sit.

**THERMOMETRUM AEREUM A THEODORO BAL-
THASARE Med. D. recens inventum.**

Constructio hujus thermometri sequenti ratione absolvitur. Paretur tubulus vitreus, recurvus A G B C D, globo E instructus, qui globus quanto capacior est, tanto magis thermometrum sensibile evadit. Longitudo tubi AB debet esse major quam $2\frac{1}{2}$ ped. qualis requiritur pro barometris ordinariis. Præterea in A debet esse apertura, per quam immittendum est argentum vivum vel ope infundibuli chartacei, vel si angustius sit orificium, calefaciendo globum E, & orificium A in argentum vivum immitendo. Tantum autem argenti vivi immitendum est, quantum sufficit ad totum tubulum A G B C D replendum. Hoc facto eoque inclinetur thermometrum, ut argentum vivum totum tubum, usque ad orificium A impleat, sigilletur tubus hermetice in A, vel, quod commodius fieri potest, obturetur lacca, qua literas obfirmare solemus. Statuatur deinde thermometrum in situm erectum, ita ut extremitas A, quæ antea aperta fuerat, summum obtineat; descendet



argen-

argentum vivum ab A, & hærebit in G, illa circiter altitudine, in qua eo tempore argentum vivum in barometro consistit; cum aer globo inclusus tantum valeat, quantum altitudo totius atmospheræ, ideoque argentum vivum, quod inest tubo, sustinetur in æquilibrio. Sed cum clauso orificio A aeris externi commercium denegatum sit, argentum vivum tubo inclusum nihil amplius patitur a mutata aeris externi gravitate, sed mutationes caloris & frigoris posthinc solæ in hoc thermometrum operantur. Supponamus enim in erecto thermometro argentum vivum ex A descendisse usque in G, sic ut portio tubuli AG vacua maneat, si deinde aer in globo E incalcescat, rarefiet, & per consequens argentum vivum tubi ultra G sustollet, contra si aer globi refrigeret, idem condensabitur, vel saltim ab incumbentis argenti vivi pondere se comprimere patietur, quomobrem illud in tubulo denuo descendet. Quemadmodum igitur in thermometro Florentino crescentes calore spiritus vini expanditur & in tubo ascendit, ac contra ingruente frigore idem condensatur & descendit; ita in hoc thermometro aer calore expansus sursum protrudit argentum vivum, & contra condensatus frigore, descendens argento vivo locum concedit. Multifariam hoc thermometrum aereum præstat Florentino. Aer semper eodem modo condensatur & rarefiet, non autem spiritus vini. Citius etiam hoc thermometrum mutationes caloris & frigoris percipit, & cum superior portio AG vacua sit, nihil est, quod ascensuro argento vivo resistat, ideoque rupturæ tantopere obnoxium hoc thermometrum non est, cum in Florentino aer, qui nunquam penitus excludi potest, expansioni spiritus vini obstititur, & eam quoque ob causam vitrum facile rumpatur.

Ufus sum hoc thermometro toto anno abhinc lapsus, ejusdemque variationes singulis diebus annotavi.

Sicut vero ubique clauso vase genuinum hoc est thermoscopium; ita si inferius in globo fiat apertura, thermometrum hoc mutatur in barometrum, & contra si barometri recurvi vasculum inferius lacca signatoria claudatur, inde fiet thermometrum aereum. Quod si autem superior apertura in A recludatur, inde fit thermometrum vulgari quodammodo simile. Nam non tantum calor crescens, sed etiam aeris externa gravitas diminuta efficiat, ut argentum vivum in tubo ascendat; & e contrario

trario, calor diminutus vel frigus auctum, atque præterea aeris
externi gravitas adaucta argentum vivum in tubo depriment.

DISCOURS SUR LA STRUCTURE DE FLEURS.

i. e.

SERMO DE STRUCTURA ET DIFFEREN-
sia Florum, usque partium, eos constituentium, & Con-
stitutio trium generum novorum plantarum, Araliaefri,
Sherardie, & Barbavia, Autore SEBASTIANO
VAILLANT, Demonstratore Plantarum Horti
Regii Parisiensis.

Lugduni Batavorum, apud Petrum van der Aa, 1718, 4.

Plag. 7.

Sistitur hic sermo de Florum fabrica & differentia, usque
partium, quæ illos componunt, habitus a Clarissimo Vail-
lant, cum X Junii 1717 stirpes in Horto Regio Parisino demon-
strare auspicaretur, prout a studiosis rei herbariæ exceptus fuit,
cui ejusdem in Latinam linguam versio combinatur. Quoni-
am enim nullus Botanicorum hactenus Florum ideas, nisi confu-
se admodum, depictas dedit, isti nihilominus inter omnes stir-
pium partes, quibus plantarum character definitur, maxime ear-
um naturæ singulari conjuncti spectantur, operæ pretium du-
xit Autor Clarissimus, in ipsis auspiciis Demonstrationum Bo-
tanicarum quædam de illis monere.

Generaliter loquendo Flores juxta Autorem appellari de-
bent organa diversos plantarum sexus constituentia. Conspi-
ciuntur scilicet hæc organa quandoque nuda, ut in Typha pa-
lustri, Limnopençe Cordi, Potamogeto affini graminifolia
Raji, in quibusdam Fraxini speciebus, aliisque. Petala vero ubi
ambient Flores immediate, pro his tegendis atque defenden-
dis formata sunt, hæc nihilominus Autor, tanquam speciosif-
simam Floris vulgo appellati partem constituentia, Florum
nomine insignit, quacunque demum fabrica constructa fuerint,
quocunque etiam colore superbiant, five ambient organa utri-
usque sexus uniti, five alterutrum, five partem ad aliquem ho-
rum sexuum spectantem cingant, modo folia horum petalo-
rum non sint eadem cum foliis suæ plantæ. Quibus positis
audos seu spurios Flores nominat organa generationis petalis
privata,

privata, veros vero, qui eis investiantur, siquæ Flores stamineos ex hac classe expungit. Organa, quæ diversos plantarum sexus constituunt, duo primaria habentur, stamina scilicet, & ovaria. Stamina ceu masculina organa componuntur capitulis & caudis, apices & filamenta vulgo dictis. Capitula seu testiculi geminis constant loculis seu capsulis membranaceis, quæ in completis quibusque plantis binos habent recessus pulvere plenos, cujus granula ut plurimum in qualibet plantarum specie formam assumunt definitam. Caudæ vel filamenta, quæ ligandis sustentandisque testiculis inserviunt, vel pro vaginis valorum spermaticorum haberi debent, sunt vel simplicia, ut in plantis gramineis, cyperaceis, umbelliferis, aliisque, vel ramosa, ut in ricino lauroque; hæc quidem distincta sunt & separata a se mutuo in floribus harum stirpium; at in aliis, ut plerisque malvaceis, cucurbitaceis, leguminibus &c. reperiuntur adeo unita, ut unum efficiant corpus. Ortus organorum masculinorum non ubivis unus idemque est, ut plurimum tamen hic in basi embryonis fructus, quoties intra florem sive polypetalum, sive monopetalum continetur, conspicitur; modo hujus segmenta usque ad centrum ejus porrigantur. Est &, ubi organa hæc oriuntur a lumbis embryonum, ut in nymphæa alba majore. Si flos embryoni innascitur, calicemque possidet, plura habet petala, & eadem organa nascuntur vel ex capite embryonis, aut ex ungue petalorum, vel ex spatiosis vacuis intra petala relictis, aut deniq; a superficie interna partis illius calicis, quæ embryonem coronat. Quando vero flos monopetalus minus profunde sectus est, sive embryonem contineat, sive embryo eum sustineat, organa hæc fere semper a parietibus internis floris oriuntur. Asarum tamen excipiendum est ab hac regula, in quo formant orbiculum instar collaris sub latiori inferiorique parte tubæ, ut & in Aristolochia & supra ovaria Ari Europæi, sed binis hisce postremis Floras integri abaque lobis sunt. Flores vero, qui masculina tantum organa continent, quod attinet, hæc non nisi cavitati ipsius Floris affigi posse, satis intelligitur. Caudæ testiculorum quemadmodum petalorum naturam omnino referunt, ita sæpe contingit, ut in quibusdam speciebus florum polypetalorum illæ transformentur in petala, siquæ grata formant monstra, sub titulo florum plenorum venientia, in quibus

raro vel nunquam testiculos videre licet. Injustæ quippe hæc crudelesque novercæ ab ipsis cunis eosdem devorant, sibi que rapiunt avide omne illorum pabulum. Neque tamen voracæ hæc vel sic quiescunt, imo vero æque inimicæ cuiuscunque demum sexui, postquam uni jam exitiales factæ, mox alium pariter aggrediuntur, lentaque sensim fame consumentes mori denique præ languore cogunt. Hinc femina horum infœcunda abortiunt, raroque fit, ut frugifera reperias, inter male fortunatos superbientium Florum horum fructus. Ovaria, a Malpighio matrices dicta, sunt plantarum organa foemina, in quibus femina, seu vera ova ad maturitatem usque perfectam nutriuntur, in Ventrem & Collum, seu in Corpus & Tubas dividenda. Corpus vel Venter, seu inferior ovarii pars, nequaquam semper inclusa flori habetur, ut e. g. in plantis cruciferis; contra vero sæpe sustentaculum tantummodo floris apparet, ut in pomiferis, umbelliferis, plurimis liliaceis, & cucurbitaceis &c. sum interim Tubæ, quæ hoc coronant, terminantque, semper intra Florem comprehendantur; claro equidem indicio, Florem in conservationem organorum sexus utriusque tantum conformatum esse, nequaquam vero in præparationem succorum, qui nutrimentum primum præbeant embryoni fructus; nec enim sui aliud pabulum capit nisi a pedunculo suo vel sustentaculo, quo simul alitur, fulciturque totum integri floris corpus. Tubæ hæc, quas Fallopiæ comparat Noster, ad ova deferunt, non exigua quidem ipsa pulveris foecundi gratia, quæ testiculi super illas ejaculentur, aut in earum excutiant infundibulum fictum, sed halitum tantum aut spiritum volatilem, qui pulvere hoc se expedit, ovaque ipsa foecundat. Cum autem plantarum uterque sexus non semper unitis reperiat in uno eodemque Flore, contra vero alteruter ab altero sæpe remotus sit, quandoque super eadem planta, quandoque diversis plane in stirpibus, tres stabilit Noster Florum species, Mares scilicet, Foemellas, & Androgynas. Flores masculi, quos Botanici recentiores steriles spuriosve appellant, sunt illi, qui sola organa masculina continent; Foemellæ Flores, quos Botanici proliferos vel fructiferos vocant, sola comprehendunt ovaria vel solas tubas. Androgynas vel Hermaphroditos flores appellat Noster, ubi uterque sexus in

uno flore apparet. Superfluit calices, qui quanquam non sint partes ad floris naturam absolute requisite, ideoque nec in omnibus deprehendantur, funguntur tamen integumentati officio, præcipue quoties in multas partes divisi sunt, ubi Autor Clarissimus, quemadmodum monophylli a polyphyllis, & monopetali flores a polypetalis distingui possint, uberius docet, quæ recensere nimis foret prolixum. Quæ tamen sint Notæ characteristicæ & species novorum generum plantarum, Araliastræ, ad quam Ninzin aut Ginseng Chinesium spectat, Sherardizæ, & Boerhavizæ, ex Autore L. B. haurire poterit.

**Bericht von der Natur und denen Eigenschaften
des Pyrmontischen Wassers.**

i. e.

D. FRIDERICI SLARE, SOCIETATIS REGIÆ & Collegii Medici Londinensis Socii, Relatio de Natura, proprietatibus & virtutibus Aquarum Pyrmontanarum, ex Anglica in Germanicam linguam translata

**GEORGIO LUDOVICO
PIDERIT.**

Anno 1718. 8.

Plag. 7.

Aquarum Pyrmontanarum efficaciam equidem in Germania satis jam celebrarunt Johannes Pyrmontanus, Andreas Cunzus, Georgius Böllmannus, Johannes Reiskius, & Johannes Philippus Selppius, nunc vero earum fama in Angliam quoque ad sui examen invitavit curiosos naturæ scrutatores. Ex quo enim Serenissimus Magnæ Britanniz Rex fontes Pyrmontanos non sine exoptata sanitatis suæ conservatione non solum ipse adiit, sed & eorum aquas in Angliam apportari iussit, harum copiam nactus Clarissimus Slare, cujus in Materia Medica examinanda industriam jamdum in Actis his anno 1716 mense Martio pag. 139; Experimenta ejus circa lapidem Bezoardicum & vindicationem sacchari recensentes, commendavimus, experimenta varia in Societate Regia non minus ac Collegio Medico Londinensi, præsentibus quamplurimis eorundem

dem membris cum iisdem adornavit, inque tractatum vernacula lingua hoc titulo: *An Account of the Nature and excellent Properties and virtues of the Pyrmont Waters*, anno 1717 exscriptum, a nobis quidem nondum visum, collegit, quem deinde Georgius Ludovicus Piderit in Germanicum traduxit idioma.

Gustu scilicet acutum, spirituosum, & gratum detexit sapore martialem in his aquis Clar. Slare, ex potu vero majus robur majoremque refocillationem percepit, quam ex acidulis Spadania, quæ tamen hæctenus præ reliquis in Anglia fuerunt æstimatæ. Alcalicæ ideo istas esse judicat, quia ex affusione spiritus cornucervi vel salis ammoniaci in nullum effervescentiæ motum abripiuntur, lacti vel tepido vel ebullienti affusæ hoc non solum non coagulant, sed per quatuor vel quinque dies a coagulatione omni præservant. Nucum gallarum granum semis cum uncis sex aquarum harum intime permixtum in momento summe purpureum, superficiem vero superaffusum cœruleum exhibuit colorem, sanum ad nigredinem vergentem, qualem etiam tincturam, sed elegantiores, uncis tres aquarum quatuor vel quinque foliis Thæe affusæ extraxerunt. Observavit insuper, aquas has suas quam diutissime conservare virtutes, etiamsi ad dissita transvehantur loca, aut aeris accessui pateant; minerale intime secum permixtum gerere, non facile ex eis præcipitandum; plus etiam ferri vel vitrioli continere, hinc citius per vasa lactea penetrare, cum massa sanguinea felicius se combinare, præstantioresque edere effectus quam reliquas vitriolicas aquas. Purgandi virtutem illis denegat, quia salis, cui vis purgans debetur, exilem concedunt quantitatem, ad sal marinum potius, quam catharticum amarum, quo reliquæ acidulæ pollent, accedentes. Si vero numerosos quis ex earum usu numeraverit secessus, copiam nimis cito evacuatorum aquarum & nimio motui inter potandum instituto hunc effectum adscribit Noster, simplicem etiam aquam affatim hauritam alvum laxare, edoctus. Monet igitur, ut ne in excessiva quantitate istæ aquæ ingurgitentur, nec nimis cito scyphi exhauriantur, aut corpus validis motibus defatigetur, ne aquæ a viis urinariis, quas expurgare solent, retrahantur, & vel cum secessibus, vel cum sudoribus ex corpore proscribantur. Virtutem potius adstringentem & confortantem, diluentem atque abster-

abstergentem eisdem assignat; hinc affectibus primarum viarum non minus, quam aliarum corporis regionum apprime convenire eas, judicat; ac ne ventriculum debiliorem magis gravent, vel cum aqua purissima eas miscere, vel ferrum candens in eis extinguere jubet.

Atque hæc est summa Relationis hujus Cl. Slare, quam prelo jam subjecerat, cum Cunzi & Seippii, Tractatus de aquis Pyromontanis, reliquos enim supra allegatos Autores non conspexit, ad manus ejus pervenirent; hinc quæ circa hos, ut & Anonymi Angli Scriptum de Acidulis, præsertim Ipswicensibus, monenda duxit, sub calcein libri adjungit; eadem autem prolixius recensere, nostrum non fert institutum. Tantum vero abest, ut Clariss. Piderit in omnibus Autoris sententiæ subscribat, ut in multis ab eodem se dissentire, in adjectis notis palam fateatur, certo credens, acidum in Acidulis non quidem prædominari, non tamen penitus desiderari.

HISTORIÆ BIBLIOTHECÆ FABRICIANÆ Pars II, Autore JOANNE FABRICIO.

Woffenbüttelii, apud Godofr. Freytagium, 1718. 4.

Alph. 3.

CUM de summe Rev. Autoris instituto dictum jam fuerit in Actis anno 1717 M. Nov. p. 501, cum primam operis partem recenseremus, nunc brevius rem expediemus in hac altera, quæ quidem & argumenti gravitate & observationum ac emendationum ubertate primæ minime cedit. Pertexit nimirum Cel. Autor Commentarios in S. Scripturam, quibus deinde libros alios Theologicos, Systematicos, Polemicos, Symbolicos, Morales, Homileticos, tum Juridicos, Politicos, Synodicos, Geographicos, Chronologicos & Historicos subnectit. De Urbani Regii, germanice *König* dicti, operibus agens, judicium ejus de Luthero, anno 1534 per scriptum, p. 80 observat: *Talis ac tantus est Theologus Lutherus, ut nulla secula habuerint similem. Scribimus quidem passim, & tractamus Scripturam, absit invidia verbo, sed Luthero collati, discipuli sumus.* In Jo. Brentii deinde Tomis VIII & Ægidii Hunnii Tomis V recensendis multum Noster operæ ponit, quibus Martini Geieri, Thomæ Gatakeri, Samuelis Bocharti, Simonis Episcopii, Stephani Curcellæi, Casp. Schwenckfeldii commentationes subjiciuntur, subinde sub censuram ab Autore

revo-

revocatz. Cumque paucis recte constet de Bibliotheca fratrum Polonorum, quos Unitarios, vel Socinianos vocant; paulo verbosius de illa agit a p. 57, ad 80. Autores illius habentur Faustus Socinus, Jo. Crellius, Jo. Slichtingius, & Jo. Ludovicus VVolzogenius, Irenopoli, id est, Amstelodami 1676, VI. Voll. editi, de quibus singulis differitur dilucide, ut cognoscatur, quid quilibet consignaverit, & ad quem referendæ sint illæ commentationes; quæque cujusvis vita, studia, mores, & fata peculiaria fuerint. Ad eam Bibliothecam adjecta sunt s. XII Sam. Przypcovii cogitationes sacræ, cum tractatibus varii argumenti, Eleutheropoli 1692. Thomæ Aquinatis summam Theologiæ percensens, editio nem, quæ Patavii e typographia feminarum in 12 tomis XII prodit, optimam ac politissimam haberi observat. Examinatis inde Gregorii de Valentia & Martini Becani operibus, Estij Com. in IV. libros sententiarum, Bellarmini, Adriani & Petri de Walenburch, fratrum, M. Ant. de Dominis scriptis & Jo. Launoji epistolis, Libros symbolicos considerat, Formulam Concordiæ, Corpus item doctrinæ Julium, iteratam & solidam Defensionem pupillæ &c. quibus Matth. Flacii catalogus testium veritatis, Mart. Chemnitii & Jo. Gerhardi loci Theologici, Hutteri item, Peterfenii Musculi, Zanchii, Chamierii, Forbesii a Corse, Juelli, G. J. Voffii, Norisii, Limborchii, VVicelii aliorumque scripta succedunt. In Juridicis Corpora Jur. Civ. & Can. in Politicis Goldasti imprimis scripta diligenter excutit, aliaque. In libris synodicis Fr. Longi a Coriolano summa conciliorum, Guil. Beveregii synodicon, Hen. Spelmanni concilia, &c. Concilium Constantiense per Ulricum a Reichenthal, Constant. 1403, August. Vindel. 1483, 1536, Francof. 1575, liber perrarus, & fortasse primus eorum, qui in Germani de re heraldica prodire: Jo. Stumpfii historia concilii Constantiensis, Tiguri 1541, & imprimis Acta Hardtiana hujus Concilii accurate & copiose recensentur, qua occasione optat Autor, ut cetera quoque quæ affecta habeat Cl. von der Hardt, utpote observationes in sacram Scripturam, & collectio Actorum Concilii Basileensis, cujus nos quidem mentionem injecimus A. 1718 mense Septembri p. 417, in lucem producat. Sed ut prætermittamus ceteros, in quibus Strabo, Stephanus Byzantinus, Philo, Fl. Josephus, a Nostro quamplurimis locis illustratus & emendatus, Scriptores item Historiæ Eccl. veteres, ut & Byzantini, Centuriatores Madeburgenses, Baronii annales, Arnoldi historia hæresium, non leviter ab Autore castigata, Hussi & Hieronymi Prag. opera aliaque eminent; nihil nobis superest, quam ut vota nostra repetamus & summe Rev. Autori vitam & vires integras ad absolvendam hanc Bibliothecam apprecemur.

Prostat cum hoc Mense Supplem. Tomi VII. Sectio III.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Aprilis Anno M DCC XIX.

ITALIA SACRA, SIVE DE EPISCOPIS
Italiae & Insularum adjacentium, ad vosram usque eta-
tem, Opus singulare Provinciis XX distinctum; Autore
FERDINANDO UGHELLO, *Florentino, Abbate*
SS. Vincentii & Anastasi ad Aquas Salvias Ordinis Ci-
sterciensis. Editio secunda, aucta & emendata, cura &
studio NICOLAI COLETI, Eccl. S. Moysis Ve-
netiar, Sacerd. Alumni.

Tomus I, II, III,

Venetis, apud Sebast. Coleti, T. I & II 1717, T. III 1718, fol.
Alph. 20,

E Gregie de Ughello non minus, quam de universa Rep.
literaria merentur *Coleti* Fratres, Nicolaus, qui opus
Ughellianum magno labore consarcinatum revidit,
emendavit & ad nostra tempora continuavit, & Se-
bastianus, qui in eo accurate & compe imprimendo nihil in-
termisit. Fuit Ughellus, ut ex praemissa huic editioni Julii Am-
brosii Lucentii (qui Italiam S. restrictam, auctam, veritati ma-
gis commendatam dedit Romae 1704, f.) Epistola patet, Flo-
rentiis A. 1594 12 Cal. Aprilis natus; Cisterciensi deinde or-
dini adscriptus. Is cum adolescens abjectas coenobii sui char-
tas forte perlustraret, incidit ea occasione in haud modicam
auri summam, qua ad Abbatem illico delata, Bibliotheca inde
coenobii initia cepit, quam noster postea plurimis volumini-
bus proprio aere complevit. Romam missus Franc. Piccolo-
mineum aliosque audivit, ac deinde varia perreptans mona-
S Aeria,

steria, dum sui imprimis ordinis monumenta excussit, consili-
um de Italia sacra edenda cepit, rursusque Romam reversus,
simul cum Andrea Victorello Ciaconii de vitis Pontificum &
Cardinalium opus notis illustrare & ad sua tempore perducere
iussus est. A summis inde Pontificibus ecclesiasticis pensio-
nibus usque ad summam quingentorum aureorum auctus,
Episcopatus tamen honorem continuo recusavit; interim
omne studium condendæ Italix S. impendit, quam demum IX
Voluntinibus absolvit, quamvis diris vexatus obrectationibus,
ægre admodum dolos, seductis etiam amanuensibus, evitaret.
Horum primum A. 1644 Romæ editum cum Mazarinus obti-
nisset, adeo illi placuit institutum, ut & sponte auctori hora-
riam thecam aut gemmisque ornatam obtulerit, & eruditos
Viros Parisiis ad simile opus tentandum excitaverit. Demum
cum nimia studendi scribendique assiduitate tuberculum in
stomacho contraxisset, extra lectum sedens, monasticum cu-
cullum indutus, in corona monachorum, dum e passionis Do-
minicæ historia prælegerentur verba: *et inclinato capite tradi-
dit spiritum*, expiravit A. 1670 14 Cal. Jun. Ejus iconem his
verbis Lucentius exprimit: *Corpore fuit satis oblongo, optime
quadrato, magis obeso, quam tenui, & apprime robusto præpol-
lebat: spectabilis erat aspectu, & cum quodam suffuso rubore
candidissimo. Capite aliquantulum calvus, barba obrasus
omnino, fronte spatiosa, naso ad labia prono, oculis aquilinis;
in victu, vestitu & incessu rigidioris monastici cultus observan-
tissimus. Valuit iudicii ingeniique rectitudine, & omnium,
quæ scripsit, quæ legit, promptam semper retinuit memo-
riam. &c.*

Jam quid Rev. Editor in hac editione præstiterit, vi-
deamus. Primum ergo Appendices iussis passim locis in-
feruit, deinde non modo de urbis & ecclesiæ, de qua sermo,
antiquo statu, nunquam prætermisso mensæ Episcopalis annuo
reditu, ejusque taxa, quæ in primo Tomo referre pene sem-
per neglexerat Ughellus, passim quædam addidit, sed & Epi-
scopos subinde omisos, oppleta lacuna, inferuit, abundantes ex-
puxit, passim aliqua adjecit, & cum cuncta, quæ de singulis
Episco-

Episcopis dici poterant, enarrare tempus non pateretur, Auto-
res identidem a Prospero Mandosio Romano liberaliter com-
municatos in margine allegavit, documenta quædam antiqua
addidit, seriemque Episcoporum ad hæc ipsa tempora studiose
continavit, & quo singula a Nostro suppleta facile internaſce-
rentur, ea diverso charactere a ceteris distingui curavit. Præ-
terea quoties hallucinatum fuisse Ughellum comperit, in No-
tis vel ad marginem allegatis idoneis autoribus annotavit, nihil
ausus in ipso textu immutare, præterquam errores typogra-
phicos, quos sustulit longe plurimos. Denique in Indicibus
supplendis non vanam operam posuit: monumenta vero ad
calcem Voluminum subinde ab Ughello reposita, ut in primo
Chronicon Fossæ Novæ atque Atinense, in unum conferre Volu-
men e re duxit, ut adeo decem operis volumina deinceps prodi-
tura speremus. Ut suam etiam cuique tribuat, præter Mandosium
modo laudatum, autoresque typis impressos, in quibus Lucen-
tius sæpe, Tomo maxime I, memoratur, commendat impri-
mis diligentiam Salvini Salvini, Franc. Gasparoli, Petri Antonii
Corfignani, Petri Pollidori, Dominici Rivieræ, Petri Ant.
Roverfcii, Odoardi Bonvicini, Bened. Bacchini, Jo. Matth. Zap-
patæ, Petri Canneti, Hier. Baruffaldi, Jos. Lanzoni, Ph. Ricce-
puti, Bern. Gentilii, Jos. Tiraboschii, Jo. Bapt. Casotti, Umb.
Benevolentii, Bened. Joannelli & Petri Somsnier aliorumque,
Ceterum cum liber jam dudum innotuerit eruditis, ex eo hoc
loco specimina afferre superſedemus,

ANECDOTES &c.

hoc est,

HISTORIA ARCANA RERUM IMPERAN-
te auspiciis Ludovici XIII Richelio in Gallia
gestarum.

Tomii II.

Amstelodami, sumptibus Societatis, 1717, 12 maj.

Alph. I plag. 15.

S 2

A pit.

A pluribus perscriptam esse historiam Richelii, neminem fugit. Non tamen veretur novi hujus operis Autor, ne suus labor sit supervacaneus, quem impendit transferendis in Gallicam linguam iis, quæ in *Victoris Sirti* Operibus historicis Italiane conscriptis exstant de rebus Richelii. Et si enim ceteri quoque Richelianiæ historiæ scriptores hoc e fonte hauserunt, si tamen, indice Nostro in Præfatione, non diligenter satis exposuerunt consilia secretiora, & molimina varia, quæ tempore Richelii in aula Gallica fuerunt structa. Quæ igitur aliis in scriptoribus leguntur, sicco pede Noster transfudit: ipse in eo est totus, ut conspirationes adversus Richelium in initas persequatur, earumque successum in apricum proferat. Observat inter hæc subinde, a quam tenui origine persæpe pendeant maximarum rerum momenta, simulque characteres describit personarum præcipuarum. Eadem in præfatione *Sirtium* abbatem magnopere laudat, ac *Mercurium* ipsius vocat opus fide dignissimum propterea quod & occasionem habuerit maxima minima resciscendi tanquam Historiographus & in aula Gallica residens legatus, & ingenio præditus fuerit curiosissimo pariter ac perspicacissimo.

- Accedimus nunc ad Tomum priorem, & inde Lectoris in gratiam depromimus, quæ sequuntur. Richelius natus est Lutetia A. 1585 oriundus ex nobilissima familia *Dupleffis* agri Pictaviensis. Exstincta est familia Richeliana cum fratre Cardinalis inimica manu occiso. Ipse Cardinalis adolescentiam suam transegit acerrima studii Theologici cultura, *Doctoris* quoque adeptus insignia. A Paulo V. P. M. creatus est Episcopus Lucionensis vigesimo tertio ætatis anno: quam quidem rem initio celavit Pontificem, ab eoque consecratus petit veniam mendacii hujus officiosi. Lutetiam redux circumspexit viam inclarescendi; eumque in finem excoluit artem concionandi, in qua cum se præstaret virtum egregium, innotuit Reginae, Mariæ Medicæ. Hinc insinuavit se in favorem Marschalli Ancrzi, (cujus character p. 38 sq. describitur, ejusque uxor Luinii instinctu a Parlamento ad ultimum supplicium injuste damnata fuisse dicitur p. 40) qui ipsi procuravit munus primarii
- Lib. I.
Pag. 1.
3.
4.
5.
6.
27.

marii Eleemosynarii apud uxorem Ludovici XIII & ipsius usus est consiliis in rebus gravissimis. Hinc a Regina matre factus est Secretarius Status. At post eandem Ancrzi una cum ceteris ejus amicis etiam Richelius exutus est munere suo aulaque ejectus. Imo Luinius Richelium, cujus virtutibus erat invisus, in exilium pellendum curavit. At cum non ita multo post Luinius in eandem Principum invidiam, quæ Ancrzo fatalis fuerat, incidisset, usus hac occasione Richelius officia sua detulit Luinio, facileque & Regis & Luinii gratiam impetravit; credentium quippe, se Richelii ministerio uti posse ad reconciliandam eum Rege matrem, cui cordi erat Richelius. Nec hoc negotium non suscepit Richelius, idque executus est callide, ut Regine matri non suboleret, ipsum cum Luinio sociasse consilia. Interea variis usus artibus summam Regine matris favorem sibi conciliavit, eamque cum filio Rege in gratiam reduxit. Ceterum cum hæc reconciliatio non esset sincera, & Regina mater multis modis offensa in animum induceret novas eiere turbas, ea Richelium sibi adscivit, facile obsequentem, quippe qui ægre ferebat Luinii ingratum erga se animum. Conflato hinc arte Richelii bello intestino, cum ad extremum Rex cum matre reconciliari cuperet, hæc omne negotium constitit Richelio. Tum vero hic suam magis, quam Regine, causam agens viam sibi callide sternebat ad altiorem dignitatis gradum, idque ut succederet melius, quandam propinquam suam nuptum collocavit cuidam propinquo Luinii. Nihilominus Luinius vehementer obstitit, quo minus Richelius promissum a Regina matre dignitatem Cardinalatus adipisceretur, verens, ne tunc Richelius suum in locum adscitus supremus fieret Regis administrator. Sed Luinio morte sublato, assiduis Regine matris precibus fatigatus Pontifex Richelium fecit Cardinalem. Autor noster hic animadvertit, Richelium hoc gradu ascendisse ad summam honoris fastigium, sed tam malam Regine optime de se meritis retulisse gratiam, ut aula pariter & regno eam ejiceret. Richelius jam Cardinalis non segnem dabat operam, ut reciperetur in *Conclium Status*. Quæ res cum initio multum difficultatis haberet, ipso quippe Rege ad-

P. 34.

39.

42.

53.

54.

57.

62.

82.

84.

90.

94.

98.

- versante, tandem tamen ex voto successit, factusque Richelius est Praefes Consilii Regii. Tum sensum Regi se fecit gratiosissimum, tantamque sibi comparavit potentiam, ut in aula ab ipsius arbitrio penderent omnia. Hinc cepit consilium, domus Austriacæ opes frangendi, viresque Galliae augendi. Quo consilio Hugonotos prius domandos duxit, ne internæ turbæ sibi possent esse obstaculo. In tanta potentiae magnitudine Richelius effugere principum virorum invidiam haud potuit.
122. Ipsius Regis frater capere Richelium & in custodia tenere constituit: ac in ceterorum Gallorum tanto Richelius fuit odio, ut
140. Rex ei exemplo inaudito adjungeret custodes corporis, *unc*
145. *Garde*. Inter hæc dux Buckinghamius Anglicam classem ap-
153. pulit ad Rupellam urbem. Qui si statim occupasset insulam Oleroniam, rebus suis perbene consulisset. Verum is splendidiori operi intentus adortus est arcem S. Martini in insula Rhea; quam & ipsam facile suam redegit in potestatem, nisi Richelius, hoc facto omnia sua consilia opprimendæ Rupellæ irrita fore intelligens, singulari usus arte fuisset. Scilicet jubebat Reginam Galliae (cujus fervidissimo amore captus erat Buckinghamius, antea in aula Gallica legatus,) literas dare ad Buckinghamium, quibus eum rogitabat, ut aggressionem arcis S. Martini in aliquot dies differret. Scribebat Regina, se idem dilatam cupere aggressionem illam, ut Rex, maritus suus, spatium haberet ad exercitum se conferendi, ejusque miserum statum cognoscendi, sentiendique, quam imprudenter Richelius fecerit, exercitum opponens Anglis rebus necessariis minus instructum. Concludebat, se id agere, ut Rex irascatur Richelio, suaque ipsum dignitate exuat. Ex animi sententia callidum hocce consilium Richelio successit, atque hæc erat causa,
160. cur expeditio Anglorum voto conatuque suo excideret. Simili arte usus Richelius ad præcipuas Hugonotorum urbes dedijt literas officii & humanitatis plenissimas, quibus Anglos adduxit in invidiam, tanquam non servientes commodis Hugonotorum, sed suam amplificare potentiam studentes. Id quoque prospere ei successit. Nam Hugonoti, æque ut ceteri Galli, inveteratum gerentes odium erga Anglos, veteres Galliae

Galliz hostes, persuaderi sibi passi sunt, ut Anglis non venirent subsidio. Anglis paulo post ab obsidione arcis S. Martini recedere coactis, & quidem maximo cum damno, gloria Richelii in tota Gallia evasit illustris, odioque ejus summa successit admiratio. Jam Richelius, qui solus regnare cupiebat, ut Regis matrem omni privaret potentia & autoritate, variis contra eam suspiciones subiciebat Regis animo. Nata etiam erat inimicitia inter Richelium & matrem Regis, utroque operam dante, ut Regis fratri novam conciliaret uxorem. Richelius enim uti hac occasione volebat ad stabiliendam suam potentiam, si forte Rege extincto frater ejus regnum capefferet. In subsequenteribus Autor noster politico calamo persequitur historiam obsidionis Rupellæ, addens, ejus urbis dedicationem Richelio magnam attulisse gloriam, & fundamenta tum jacta esse maximæ potentiz Regis Galliz. Meminit inter hæc, Richelium dicere solitum, se Rupellam expugnasse invitis tribus Regibus, Hispano, Anglo, & Gallo: sed postremum sibi maximo fuisse impedimento, qui ab inimicis Richelii instigatus sæpenumero istam obsidionem solvi voluerit.

p. 165.

167.

169.

170 sqq.

188.

Postea Reginz matris odium adversus Richelium ita exarsit, ut palam se profiteretur ei inimicam. Equidem brevi tempore post Rex eos reconciliabat. Verum Richelius minime fidens feminz, & quidem Italæ, matrem studebat a Rege divellere. Itaque Regi suavit, ut in gratiam Ducis Nivernensis duceret ipse exercitum in Italiam. Quod quamvis summo opere dissuaderent ceteri Consiliarii, pervicit tamen Richelius, Regemque comitatus est in hac expeditione. Hinc Lutetiam redux cum videret, Reginam matrem ejusque asseclas sibi inimicissimos esse, rursus consilium cepit Regem a matre abducendi, ideoque suavit ei ac persuavit iter in urbem Lugdunum. Hæc Richelii arstum non fallebat Reginam matrem. Quocirca ea Regi comes ire statuit. Etiam Dux Sabaudiz Richelium Regis sui gratia ejicere conabatur, indigne ferens, Cardinalem se prudentia esse superiorem, & in intimos consiliorum suorum recessus penetrare. At novum prudentiz suæ specimen edidit Richelius, mira arte Pignerolium redigens in Regis

Lib. II. p. 191

211.

213.

- p. 220. Regis sui potestatem, eam urbem ut pristino domino redderet, nullo modo fieri passus. Interim accidit, ut Regina mater decumbente Rege occasionem nancisceretur se in gratiam Regis insinuandi, Richeliumque reddendi Regi exosum. Nec ei dubium erat, quin Cardinalem e fastigio suo deturbatura esset, ac inimici tantum consultabant de modo eum opprimendi, aliis exilium suadentibus, aliis captivitatem perpetuam, aliis necem.
228. Sed Rege præter spem convalescente in vanum abiire hæc consilia, Rege perficiente, ut Regina mater & Richelius reconciliarentur interposito iurejurando & usu S. Coenæ. Verum nec hæc diuturna fuit quies, Regina denuo incensa odio Richelii, & omni spe reconciliationis prorsus evanescente. Sentiens id Richelius, melius esse ratus prævenire, in animum induxit, matrem Regi reddere exosissimam. Ideo ei persuasit, matrem alterum filium nunquam non majori amore persecutam esse.
- 237 sqq. Hoc modo prorsus alienatis a matre est Regis animus. Nihilominus ea callidissimum iniit contra Richelium consilium A. 1630 d. XI Nov. die S. Martini sacra, quæ proinde nomen accepit *la journée des dupes*. Superior enim discessit Richelii calliditas. Tota hujus rei historia lectu digna est, sed longior, quam præ modo instituti nostri. Postea cum denuo Regina mater erumperet in acerrimum odium, Richelius Autor fuit Regi, ut eam excedere juberet aula, docens, Regem debere officium erga patriam studiumque salutis publicæ præferre amor erga matrem. Rex tamen prius expertus est, an reconciliare matrem Richelio posset. Quæ cum surdas præberet aures, eam Rex in urbem Compendijam secum duxit, ibique reliquit captivam. Quanquam hinc evasit, fugaque se contulit in Flandriam. Ita Cardinalis liberatus est ab inimica maxima.
- 285 sqq. Sub finem hujus libri describitur mors Momorancii, ultimi suæ stirpis illustrissimæ, eique tribuuntur encomia quam maxima.
- Lib. III.
p. 316. Postea Ludovicus Borbonius, qui titulum gerebat Comitum Sueslionensis, cum Archiepiscopo Rhemeni, qui deinceps dictus est Dux Guisus, & Duce Bullionzo societatem iniit ad evertendas opes Richelii, sumto titulo *Principum pacis*.
Hujus

Hujus conjurationis circumstantiæ hic exponuntur diligenter, simulque ostenditur, quomodo Richelius & proprii ingenii ad-
 miniculo & fortunæ beneficio hosce laqueos evaserit. Unde non immerito dictus est Richelius *incomparabilis*, itemque *Tiberius sui seculi*. Inprimis lectu dignum, quantam operam dederit Richelius, ut persuaderet Comiti Sueslionensi, ut in matrimonium duceret quandam propinquam Richelii: quæ cum dignitate longe inferior esset, ei præmisit dotem amplissimam: cumque vidua esset, Comiti persuasum ivit, eam a superiore marito discessisse virginem illibatam. Sed non potuit expugnari Comes, non solum ideo, quod nuptias tam humiles dedignaretur, sed etiam, quod summopere odisset Richelium. Dicitur etiam Richelius ipsi Regi persuadere studuisse, ut, Anna Austriaca ob sterilitatem repudiata, illam Richelii propinquam matrimonio secum jungeret. Tandem res erupit in bellum, quod contra Galliarum Regem Comes ille & Bullionius susceperunt: cujus est exitus, ut in acie caderet Comes, & Bullionius a Rege reciperetur in gratiam.

Sequitur alter Tomus, itidem tres, ut superior, dissectus in libros, Ac libri quidem quarti maximam partem occupat relatio de conjuratione Cinquarsii. Scilicet Richelius maximis periculis feliciter perfunctus erat, præcipuis ejus inimicis morte vel exilio sublati, ut jam videretur esse tutus ab omni periculo, & per omnem vitam sine æmulo regnaturus in Gallia; cum subito Cinquarsius, homo juvenis & apud Regem gratiosus, eum de suo fastigio dejicere conatus est. Hic a Richelio fuerat Regi commendatus, & adeo Regis conciliat ei gratiam Richelius, ut nemo unquam majori Regis gratia floruerit: ut adeo Cinquarsius omnem fortunæ suæ prosperitatem debuerit Richelio. Is tamen magnificis inimicorum Richelii promissis illectus, molitus est perniciem ejus, postquam ex amico factus fuerat æmulus. Ita factum est, ut Dux Bullionius, Cinquarsius, & Franciscus Thuanus foedus facerent ad deturbandum Richelium. Primo Cinquarsius Regi, qui magis timebat, quam amabat, Richelium, inspirabat odium erga Richelium. Thuanus, cujus singulares virtutes hic de-

T. scribun-

P. 317.

333.

106 sq.

scribuntur, jam dudum Cardinali fuerat suspectus. Eo enim internuntio Regina Galliz literarum commercium alebat cum Ducissa de Chevrese, quæ Richelio inuisa ex aula Gallica in Angliam profugere coacta fuerat. Quæ re detecta Richelius interdixit Thuanum omni cum Regina commercio. Non ita multo post Cardinalis Valetanus rogavit Richelium, ut Thuanum istum, suum propinquum, adscisceret in ordinem *Consultariorum Status*. Sed renuit Richelius, metuens, ne Thuanus Regi reddatur carus & Richelii in locum succedat. Accedebat vetus odium, quod erga Thuanum patrem conceperat Richelius, quod is in opere suo historico unum e Richelii majoribus eo nominarat modo, ut Richeliana familia parum illustris ipsi visa sit. Videns igitur Thuanus junior, Richelio superstitè nullam sibi spem superesse enitendi ad altiora, amicitiam fecit cum Cinquarsio, quem iussit seorsum persuadere Regi, ipsum carere posse ministerio Richelii. Inter hæc cum Rex iter suscipere constituisset in Comitatum Ruscinonensem, par illud amicorum consilium inuit violentius. Nimirum Duce[m] Bullionium sibi adjunxerunt consilii socium, cujus animum contra Cardinalem Thuanus magis in dies ac magis exacerbavit. Regis etiam fratri Thuanus persuasit, ut ad hanc societatem accederet. Imo vulgo creditum est, ipsum Regem consilii hujus participem fuisse: sed noster Auctor aliquot rationes affert, quæ id minus verosimile reddunt. Ceterum Dux Aurelianensis, Dux Bullionius, & Cinquarsius fœdus clam fecerunt cum Hispaniæ Rege: id quod Richelius, qui tamen tot exploratores ubique alebat, non rescivit. Etiam Cinquarsius promiserat sociis suis, se primo quoque die Richelium esse obtruncaturum: quod tamen, oblata licet occasione, facere ausus non est. Interim in itinere cum Rege suscepto Richelius Narbonæ incidit in morbum, quem cum Medici adeo periculosum pronuntiarent, ut nulla spes salutis superesset, Cinquarsius a proposito suo occidendi Richelium destitit: maluitque, naturali morte eum eripi rebus humanis. Thuanus interea ab eo, qui in Hispaniam missus articulos secreti fœderis secum retulerat, certior factus de fœdere isto, ægerime

eam

eam rem tulit, ac prorsus ab eo consilio abhorruit. Richelius ob infirmitatem corporis Narbonæ manere coactus, cum Regis absentis favorem magis magisque deoelcere sentiret, ea urbe exiit, petiturus (ut credebatur,) Italiam, propterea quod credebatur, se Regis gratia penitus excidisse. At mutavit consilium, postquam Cinquarsii consilia & molimina ipsi fuerunt detecta. Cum enim in itinere esset Richelius, allatus ei est fasciculus literarum, cui insertus erat inimicorum Richelii tractatus cum Hispanorum Rege. Maxima hinc lætitia elatus est Richelius, nactus occasionem eos perdendi, qui ipsi struxerant insidias. Quis ad Richelium miserit literas illas, latet. Ipse statim exemplum impii fœderis misit ad Regem suum, eumque docuit, quantas calamitates Galliz importatura fuerit hæc conspiratio. Secretarius Status, quem cum his literis miserat Richelius, etiam atque etiam suavitati Regi, ut continuo Cinquarsium in vincula conjiceret. Rex initio, ut hominem sibi carissimum ita tractaret, a se impetrare non potuit. Hinc in genua provolutus coram imagine Christi crucifixi, DEUM oravit, ut sibi inspiraret consilium hoc casu capiendum. Tum Sirmondum, Confessionarium suum, consuluit, quid faceret: qui suavitati, ut sine hæsitacione comprehendi juberet Cinquarsium. Tandem Rex id facere statuit, prius tamen Narbonam reversus, quo literis sua manu scriptis revocavit Richelium. Narbonæ igitur versans Rex comprehendi Thuanum jussit & Cinquarsium. Posterior hac de re certior factus fuga salutem quaesivit: sed, cum portæ urbis jam essent clausæ, latebras quaesivit in domo civis cujusdam. Thuanus igitur prior comprehensus est, deinde & Cinquarsius in latebris suis deprehensus. Hinc Dux Bullionius, qui in Italia præerat exercitui, jussu Richelii captus est. Richelius quippe rursus cum Rege collocutus ejus gratiam summam sibi reconciliarat. Bullionius in carcere fassus est omnia, quæ cognita habuit: idque permovit Cinquarsium, ut nec ipse quicquam dissimularet. Captivi omnes ducti sunt Lugdunum, ibique suscepta cognitio causæ, quæ hic copiose exponitur. Ut igitur ne deesset confessio propria, Rex fratri suo denunciari jussit, se ipsi veniam datu-

rum, si simpliciter confiteretur omnia. Quare metu majoris mali is confessionem edidit ingenuam. Ceterum initio nihil occurrebat, quod Thuanum in vitæ periculum adducere posset: quod cum nunciaret Richeljo Princeps Condæus, ille: *Omnia, inquit, reus est Thuanus, cumque mori oportet.* Quin etiam Mazarinus operam dabat, ut Thuanus conservaretur. Sed Jctus quidam legem Ludovici XI produxit, secundum quam, quæ poena in crimine læsæ majestatis constituta est, eadem subeunda est iis, qui notitiam ejus habentes id celarunt. Ita Cinquartius & Thuanus ad mortem damnati, & uterque capite plexus est. Idem supplicium ferendum fuisset Bullionio, nisi Mazarinus iram Regis mitigasset, qui & Bullionio persuadebat, ut Principatum Sedanensem daret Regi, alias accepturus terras: quam conditionem ut accepit Bullionius, statim libertati fuit restitutus.

Quintus liber continet brevem recensionem præcipuarum rerum a Richeljo gestarum, item descriptionem mortis ejus. Character Richelii p. 253 ita describitur: *erat talis facie, ut, qui cum intueretur, non solum revereri cum ac venerari, sed & amare cogeretur: forma præditus erat honesta & decora, judicio summo: phlegmaticus magnus erat in negotiis, inexorabilis in vindicandis injuriis, ingenio perspicacissimo, humanus & affabilis, eloquens, eruditus & in philosophia & in theologia & in literis humanioribus, Græcè, Latine, Hispanicè & Italicè loqui doctus, intrepidus in periculis, &c.* P. 274 judicat, Richelium omnium politicorum, quos unquam viderit Sol Gallicus, fuisse maximum, dignumque, qui Rex esset totius orbis, atque adeo merito dictum *incomparabilem*. Aliquot diebus ante suam mortem (mortuus est Lutetiæ d. 4 Dec. A. 1642) in palatio suo edi jubebat comœdiam, in qua regina, nomine Europa, repræsentabatur, plures habens amatores, in quibus eminebat Iberus quidam, omni studio, ut regina illa potiretur, annitens; sed superveniebat rivalis, nomine Francion, qui ad extremum illam reginam accepit uxorem. Eo ipso die, quo moribundo Richelio allatum est Sacramentum Cœnæ, clara voce sic exclamavit: *en judex meus, qui brevi sententiam de me pronunciat.*

p. 275.

291.

bit. Oro cum ex animo, ut aeternis me suppliciis addicat, si toto ministerii mei tempore aliud spectavi, quam utilitatem Reip. & Regis, gloriam DEI, & ornatum religionis. De cetero quoque pie ac religiose sub vitæ finem se gessisse hic legitur. Autor noster ita hunc librum quintum concludit: nihil Richelii gloria officit, nisi quod præter insignem ambitionem severissimus fuit in omnes inimicos suos, & quod ingratisimum se præbuit orga Regis matrem; quam Colonia fame confici passus est.

p. 296.

Sexto eodemque postremo libro describitur mors Ludovici XIII & ejus character, quem vocant, item, quæ acciderunt initio regiminis Annæ Austriacæ, Reginæ Galliarum. Ultimus illius Regis vitæ actus copiosissime describitur, simulque observatur, eum obiisse eodem mense, eodem die, ac pene eadem hora, qua pater suus. Ceterum quod is testamento caverat, ut regimen durante filii minorennitate, a Collegio quodam administraretur, id statim post mortem ejus a Parlamento rescissum, absolutumque imperium Reginæ fuit commissum.

MEMOIRES DE MR. JOLI.

i. e.

JOLII COMMENTARII HISTORICI.

Tomii II.

Amstelodami, apud Jo. Frid. Bernard, 1718, 8.

Alph. I pl. 21.

IN his Commentariis lectu haud indignis ea potissimum continentur, quæ sub regimine Annæ Austriacæ, & prioribus annis Ludovici XIV justæ jam ætatis acciderunt, unde callida Rezii Cardinalis consilia deteguntur, plura in ejusdem Commentariis omissa hic primum exhibentur vel inde jam nota illustrantur. In hoc autem volumine, quod sub examen nunc vocamus, collecta cesni possunt, Elogium Rezii ab Anonymo conscriptum, Annotationes in Commentarios Jolii, haud magni certe momenti nobis visæ, ipsum Jolii opusculum, Nemorosæ Commentarii, in Supplementis Actorum nostrorum

- Tom. IV p. 460 laudati, propter rerum affinitatem huc inferti, & Jolii narratio de turbis inter aulam Gallicam & Reziium agitata, ut adeo hæc editio additamenti haud vulgaribus aucta, Roterodamenfi, haud ita pridem vulgata, præferenda videatur. Nimis quidem Rezii partibus addictum fuisse Jolium cenfet
- p. 51. Nemorofia, sed rigidam istam cenfuram haud meruisse Jolium, ex memorabilibus maxime huc adducendis simul patebit. Funditorum nomen istis temporibus pervulgatum, ortum memoratur, quod plebs Parisina, lapidibus ex funda missis, tunc sæpius se peteret, frustra obnitente magistratu. Hinc illi, qui liberius in suprema Curia sententias dicebant, Aurelianensi in-
27. cassura reluctantæ, eodem nomine sunt insigniti. Condæus majora semper appetens, Regina insuper, Mazarino, ut & Funditoribus irritatis effecit, ut consilia, prospero desituerentur effectu. Condæo, Contio, & Longovillano in custodiam traditis, Aurelianensis exclamavit: o splendidam venationem, cepimus enim leonem, fimum & vulpeculam. Tandem Condæus in apertum bellum prorupit, non proprio quidem motu, sed ut Longovillanæ a mariti consortio alienæ, & Rupifualde vindictæ in Mazarinum cupido inorem gereret. Verum cum
- 61 seq. 147. Condæus, arte Mazarini, & Parisiorum, & Rezii, maxime vero
- T. II. p. 15 p. 26. Regis in se odium concitasset, fuga in Flandriam sibi consulere
- 30, 42. coactus est. Rezius interea, dum incautius agit, omnis fere consilii impatiens, Regis jussu comprehenditur. Paulo post vitam cum morte commutaverat Archi-Episcopus Parisinus,
61. cujus in locum suffragiis Canonicorum successus est Rezius, Coadjutoris officio huc usque functus, Rege maxime adverso.
68. Hinc ille vitæ insidias a Mazarino clam structas veritus, & libertatis captus amore, Archi-Episcopatu semet sub conditionibus quibusdam abdicavit, hocque facto sub militum custodia in arcem Nannetensem se duci passus est. Ast cum Pontifex pacta illa rata habere nollet, Rezius deteriora metuens, Jolii præsertim ope & consiliis, fuga carceris ærumnas evasit;
73. mox libertati redditus, omnia, quæ captivo sibi fuerant extorta, irrita pronunciauit. Deinde Jolii monita parvipendens Hispaniam petiit, istaque peragrata Romam est delatus, ubi ipse
- 100.

ipse electioni Alexandri VII in summum Pontificem interfuit, qua de re plura apud Nostrum legi merentur. Ab isto quidem Rezius pallio est donatus, sed cum brevi post tempore Pontificem Gallis faventem nimis cerneret, ipsemet Burgundiam Minorem, Germaniam, Belgium, Angliam hinc inde vagus pererravit, & dum Maldercio cuidam faciles præberet aures, voluptatibus misere indulgit. Mazarino demum fatis functo, vanam spem animo conceperat Rezius: verum Regem nondum placatum sentiens Archi-Episcopatu cessit, accepta vicissim Abbatia S. Dionysii & aliis quibusdam beneficiis Ecclesiasticis. Rezius hunc fuisse dicit Jolius iracundum, in secundis elatum, in adversis timidum, saniora consilia haud ferentem, in rebus gerendis minus assiduum, vanitati deditum & inanis gloriæ maxime cupidum. Inde historiam sui temporis hoc titulo: Partus Vincennarum, ab ipso coeptam, vix ultra primas lineas fuisse continuatam; Genealogiam Gentis Gondianæ multo labore collectam, nunquam tamen in ordinem fuisse redactam; imo literas vel ab aliis ad se scriptas, vel sua manu exaratas cuivis advenienti Rezius ostendisse, ac si literarum mole ipse obrueretur. In subnexa narratione de turbis Rezianis ea saltem brevibus repetuntur, quæ a Jolio fuere dicta, si pauca singularia excipias, quæ tamen huc referre nimis longum fuerit.

p. 114.
126.

180.

205.

204. 216.

226. 130.

Historische Beschreibung der alten Stadt und Grafschaft Rochlic in Meissen x.

i. c.

DESCRIPTIO HISTORICA ANTIQUÆ urbis & Comitatus Rochliciensis, in Misnia, a prima origine ad A. 1719; Autore SAMUELE Gottlieb Heine, Ecclesiastæ Rochlic. ad D. Petri. Accessit CASPARIS HENRICI GRAUNII, Pastoris quondam & Superintend. Rochlic. de antiquitate oppidi, ditionis & Comitatus Rochliciensis Commentatio.

Lipsiæ, apud Jo. Christianum Martini, 1719, 4.

Alph. 2 plag. 12.

Non

Non dissimulat Plur. Reverendus Autor, per quos profecerit, Casparum Fiedlerum ante alios, Collegam suum, qui collectanea sua omnia Nostro liberaliter communicavit, tum Christiani Juchseri, Georgii Samuelis Hermanni & Christiani Rathslieben operam & Menckenii nostri in communicandis libris rarioribus studium collaudans. Nec manuscriptis destitutus fuit, quippe Melch. Mathesi Chronici Rochlic. partem, quæque Michael Pabst, Martinus Heidenreich & Daniel Gehe affecta reliquere, diligenter in consilium adhibuit, æ integram summe Rev. Graunii Commentationem Latinam, jam cum tineis & blattis conflitantem, ad finem operis exhibuit. Examinatis C. I variorum de nomine sententiis, eam sequitur, quæ Rochlicium a vocibus Slavicis, quæ cum Græcis *χωρμα* *hiatus, scissura, & λιδ* *lapis* affinitatem habeant, derivat. C. II incertam nec Henrici Aucupis temporibus antiquiorem urbis originem censet, licet alii eam ad Julii Cæsaris tempora evehant. Quod vero ad Comitatum Rochlicensem attinet, eorum sententiæ accedere videtur Cap. III, qui ad Caroli M. tempora originem referunt, quod tum vixisse memoretur Theodoricus Comes Rochlicensis, cujus filiam Julianam Witichindus II in matrimonio habuerit; ceterum nomen post Thimonem non relictis liberis extinctum, circa annum 1210 exspirasse autumat. C. IV de situ urbis, C. V de ædibus sacris, in quibus templum Kunigundæ, sive ab ipsa Kunigunda Henrici II uxore, quæ in altari repræsentatur, sive in ejus memoriam excitatum, eminet, C. VI de ædificiis publicis aliis, C. VII de incolis, C. VIII de eorum sustentatione, præsertim lapidicinis, agit, simulque de virtutibus margæ Rochlicensis (*Stein-Marc's*) in arthritide aliisque morbis exponit. Cap. IX Dominos Rochlitii recensens fatetur, de justa eorum serie concinnanda non omnes inter se convenire, cujus rei ratio videtur, quod ii olim, qui majores Comitatus, vel Ducatus possiderent, Comitatus reliquos in titulis suis insuper haberent. Incipit verò Noster a Dieterico, qui circa A. 764 vixit, finitque in FRIDERICO AUGUSTO, hodie gloriosissime regnante. De his quæ ad religionem statumque Ecclesiæ, qualis tum genti-

gentilium tum Pontificiorum ætate ac deinceps post reformationem, hic demum A. 1537 a vidua Johannis D. Sax. Elisabetha Hassiaca susceptam, pertinent, agitur Capite X, ubi & vitæ Superintendentum & ministrorum Eccl. Rochliciensis accurate recensentur. Cap. XI de regimine urbis politico agitur, simulque statuta urbis exhibentur: quibus subjunguntur Cap. XIII docti Rochliciensis, in quibus eminent Jo. Mathesius, Jo. Ben. Carpzovius, Christianus Chemnitius, & Jo. Daniel & Jo. Henr. Ernesti, fratres, quorum ille plurimis scriptis inclytus A. 1707 d. 15 Dec. obiit, hic vero, Poeseos in Acad. nostra Prof. de studiosa juventute adhuc bene meretur. Quæ in commodum & decus urbis evenerint, Cap. XIV, & quæ ei sinistra acciderint, Cap. XV enarrantur, quibus bella in illo tractu gesta Cap. XVI, & alia, quæ in urbe subinde acciderunt notatu digniora, Cap. XVII subjunguntur. Ceterum uti passim afferuntur monumenta vetusta, ita lectu imprimis jucunda sunt, quæ & schedis manuscriptis p. 329 ff. de Elisabetha supra memorata, Albertum Marchionem Brandenb. furtivis amoribus in casses Jo. Friderici El. A. 1547 pellicente, & p. 338 ff. de Caroli V Imp. & Ferdinandi fratris in Saxoniam ac speciatim Rochliciensem urbem ingressu eodem anno facto, memorantur.

HECT. GOTTFR. MASII AMICA VELITATIO Epistolaris cum V. C. PAULO INFANTIO, de Gratia universali, fide infantum, aliisque fidei capitibus, ex MSsis edita, cum summariis & Prefatione SEVERINI LINTRVII.

Havniæ, apud Hieron. Christian. Pauli, 1718, 4.
Alph. 1 plag. 8.

CRatum Theologis veritatis amantibus, at simul eruditibus & moderatis, suscepit laborem summe Reverendus Lintrapius, Theol. & Eloq. P. P. Havniensis celeberr. quo commercium hoc Epistolicum, quod inter Masium, decus quondam Havniensis Academiæ, & Infantium, Ecclesiæ Reformate in Gallia Ministrum, cum Lutetiæ Parisiorum B. Autor hæreret,

A. 1684 intercessit, luci publicæ non amplius invidit. Cum præfatio Lintrupiana molem tractatus propemodum æquet, primum ex illa, quandoquidem doctrina, lectio multijuga, fontibusque innixa solida elucet industria, tum vero etiam ex ipsa velitatione quædam sunt delibanda.

Joanni Simoni, Theologo quondam ad Viadrum Francofurtensi, in præfatione, de qua nunc, non refragatur Lintrupius, duo scilicet, *rationem* primò in sacris nimium æstumatam, tum vero *errores fundamentales* penes Reformatos, quæsitæ toties huc usque unioni oblitisse. Quæ sua opinione a Strimesii, aliorumque pacis conciliatorum, Parei, Crocii, Durzi, Melleti, Hornbeckii, Spanhemii, Dieftii, Juriei, Picteti, immo & Calixti, Rintelenium & Speneri sententiis, quibus convenientiam inter nos in *Principio* admittunt, longius recedens, Meisnero contra, in alia quævis abeunti, Haberkornio, C. Lœschero & J. B. Carpzovio, a Strimesio in partes perperam vocato, nisi multo majori adhæret, cum quæ Reformati *verbis* largiri sæpe videantur, *facto* statim & ipsa praxi, observantem hoc inprimis ipso Spenero, iterum subvertant. Falsum itaq; contra Simonem, Sociosque pronuntiat, *ratione Reformatos in Theologicis non magis, quam Lutheranos uti.*, cum Vedelius in integro Rationalis Theologici volumine æque, ut Hæreticis perditissimis, hoc nomine nostris, quod rationem pro Principio in Theologicis non admitterent, dicam scribat, eumque Systematici Reformati, Hornbeckius, Maresius, Turretinus, Mastrichtius, Burmannus, Turckney, Braunius, Heideggerus, Gauterius, Salvan Til, pari modo sequantur. Quæstione recte formata, quo nostratibus in pretio sit ratio, provocans ad Grawerum, C. & J. Martini, Calixtum, Ebelium, Leibnizium, qui G. Amelio, tum vero & Flavio ac Hoffmanno, quos heterocelitos & cerebrofos Ecclesiæ nostræ Doctores vocat, immo & P. Bælio strenue fuerint oblocuti, disertè docet, ut Simonis adeo argumentis studiose acquisitis, & iisdem, quibus Wiffowatius, Socinatus, in Religione naturali utitur, superfedere facile potuisset, dum a sententiis antiquis Reformati moderni, ne Strimesius quidem, quod caput speciatim de usu rationis in sacris concernit, non recesserint.

Ordi-

Orditur ab antiquis, ad recentiores usque progrediens, qui passim cum verbo DEI rationem pari loco cum P. Martyre collocarint, infallibile lumen rationis cum Jo. Claudio, normam secundariam cum Vedelio, lapidem lydium cum Wittichio, usum etiam principalem cum Jo. Marckio, iudicium normaliter discretivum cum Turretino, tertium credendi principium cum Henr. Hulsio, æqualem cum Scriptura veritatem cum P. Altin- ga, in ratione se invenisse crediderint. Nec praxin Reformato- rum aliud quippiam docere, quodcumque demum *πεῖραιον* *ἰεὺς*, sive *ἀνεσολαί* in cœna cum Calovio, sive absolutum *Dei*, decretum cum Menzero, aliisque agnoscamus, cum nullum fa- cile detur fidei orthodoxæ mysterium, quod non illo rationis ariete oppugnarint, id quod periculosissimis de Trinitate asser- tionibus Wallisii, Roëllii, Sherlockii, Cudworthi, Bulli, Hocke- ri, Southi, aliorumque diserte & erudite probat. Cum cele- berr. Strimesio ut Nostro hic potissimum res est, sic ingenuam ejus confessionem, qua, ex suorum quorundam de *εὐδοκία* di- vina &c. doctrina, per bonam legitimamque consequentiam, pro- positionem blasphemam: Deus est Autor & causa peccati, de- duci posse fatetur, præterire nequit. Saltum Johannis in ute- ro, fontesque, ubi de Theologia infantum alii disquisiverint, immo, ubi Infantii laudandus sit candor, non dissimulat, qui in hæc præfatione apparatus veluti Anti-Calvinianum submini- strat, simulque alicubi optat, ut acutissimi, quem vocat, Basilien- sium Theologi, Sam. Werenfelsii disputatio ad verba H.E.C.M. docta, ingeniosa & modesta, pari modo a quodam nostratium confutetur. Hæc, quam luci exposuit, Masium inter Infantiu- umque velitatio, colloqui, ut putat, Theologici instar futura, prelo a Masio jam tum, sub titulo: *Acta Concordiæ Ecclesiasticæ inter Lutheranos & Reformatos incunda*, destinata fuit. Cum vero polemica magis, quam irenica hic deprehenderet Lintrupius, sub titulo disceptationis nunc opusculum, quod ab anno 1710 & sic per octennium fere integrum hæserat, vulgat, ac propediem *dissertationes* quoque *Masianas*, immo & *fragmen- talucubrationum Masianarum posthuma* expectare jubet.

Quinque Masianis, quatuor vero Infantianis Epistolis

- unverſum abſolvitur iſtud commercium Theologicum. Prima Maſius, quem domi inviferat Infantius, ac de unione utriusque Eccleſiæ diſſeruerat, pro fratribus ſe nunquam agnoſcere poſſe, ingenue fatetur, qui diſſentiant in fidei fundamento, quem
2. diſſenſum, quicquid in contrarium videatur Infantio, Maſius adſtruit adhuc, quamvis a Bezzæ, Piſcatoris, Calvinii, Spanhemii, Amyraldi, aliorumque ſuorum ille receſſerit ſententiis,
3. meritum Chriſti univerſale, ratione intentionis, & extensionis admiſerit, diſtinctionemque inter vocationem internam & externam, verbum item externum & internum, ſenſu Calviniano, repudiaverit. Respondet poſtea ad hæc Infantius, modeſtiæ initio, lenitatis, & compoſitiæ ad pacis ſtudia induſtriæ minime oblitus. Hominem *lapſum non creabilem* ante oculos habuiſſe Deum, dum de ſalute conſilium iniſſet, ac Redemptorem veniſſe, ut *omnes*, nullo, ne perditifſimo quidem excepto, in *partem ſalutis adſciſcerentur*, immo, *omnibus hominibus* omnia media ad ſalutem ſufficientia, & in ſe efficacia per miniſtros Evangelii eſſe oblata. Quæ Maſius equidem aperiri ſibi, patitur, pati tamen illud ſimul minime poſſet, fratres Auguſtanæ Confeſſionis
9. Infantium vocare noſtros, quos tamen ſciat, in capitibus, fundamentalibus certe, minime convenire, in quibus ſi vel ipſe a fociis abiret, remanere tamen cum fratribus reliquis diſſenſum. Ferre inſuper non poteſt, peculiarem quandam electorum gratiam, in converſione communi ac ſufficienti gratiæ ſuperadditam, in
10. ab Infantio admitti, quandoquidem quidam, v. g. Centurio, Capernaïta, per media ordinaria & communia converſi, Judæi vero per majores multo gratiæ gradus non fuerint emoliti.
11. Ab Enthufiaſmo inſuper ſe liberat facile, fidem adſtruens infantum, omni quippe medio non deſtitutam, cum Enthufiaſtica alias & Johannis exultantis fides foret appellanda.
12. Parum abeſt, quin, his perlectis, de ſpe concordiæ promovendæ deſperet Infantius, quippe qui paullo ſe durius exceptum patat, & ad fratris illud amabile nomen cohorruiſſe propemodum Maſium, miratur. At priſtinum tamen reſumit opus, varie ſe torquens, ubi de fundamentali diſſenſu eloqui ſententiam debet, quem ſcilicet in *dogmatibus* ſaltim, ad præxin pertinentibus,
13. inter

inter nos esse, dixerit, *theoretica* de industria reticendo, ne pacis negotium turbetur. Sufficere, si *Christiane*, licet nec *Lutherane* nec *Reformate* sentiat, semperque se nos, quomocunque animatos, immo vel invitos, fratres esse exosculaturum; gratiam se agnoscere *efficacem in se*, & ratione *eventus*, dummodo maneat saluum, Deum in gratiam electorum curam impensio-
 18.
 20.
 21 seq.
 22.
 23.
 25.
 26. 30. 34.
 36 seq.
 38 seq.
 41.
 48.
 54.
 41.
 48.
 54.

fio-
 rem, quam in reproborum, adhibere, utpote qui, si eorum usque ad finem agere curam DEUS pergeret, procul dubio etiam salutis participes forent. Baptisimum esse medium salutis, at fidelium, quorum numero infantes non sunt; ex sensu horum enasci fidem posse minime, ad Spiritus S. vero motus internos perperam provocari, ac monstrum fore in Theologia sine omni cognitione fidem; placere Deo fidelium natos non vi *baptismi*, quod nondum probatum sit a *Masio*, sed *fæderis*, cujus pignus sit aut sigillum baptismus immo, ratione infantum, sigillum *tantum*. Novo velut modestiæ studio infringens hæc postea *Masius*, omnem a se *quæsitæ* ostensionis suspicionem mitissime amolitur, salva tamen ubique veritate, cujus causa pressius paullo, & in forma, ut loquimur, arguens, persequitur dissentientem, mota dubia, lecto licet tum affixus, nervose solvit, suumque divinæ veritati pretium ubique statuit. Neque vero ad hæc placide eruditus conticescit *Infantius*, quin, sicubi mendose quædam a se dicta sint, ea emendat, illudque, quod in *Lutherum* & *Calvinum* durius dixisse paullo videri poterat, tam molliter exponit, ut mollius, maiori que cum formidine fere non potuisset, in nullius hominis, ne *Calvini* quidem, verba juraturus, fratrisque erga nos nomine usus amplius. *Gratiam particularem*, unversali, respectu *quorundam superadditam, peculiarem* illis, quos Deos præ ceteris amaverit, eamque ad voluntatem Dei *antecedentem & prædestinationem* insimul referendam, agnoscit adhuc; *gratiam æqualem* ratione *essentia*, omnibus oblatam, ad salutem sufficientem & efficacem; *inequalem* tamen respectu *graduum & modi* inperscrutabilis, ex quo reprobos tam efficaci, ut electos, gratia vocari, postea omnino negat, utpote quibus, ceu minus a Deo amatis, non, ut aliis, quorum Deus curam ageret *intensionem*, fuisset indulta, trepidante tamen & respon-

- p. 49. fionem hic prope subterfugiente calamo. Rationem repro-
 50 seq. bationis in reprobatis poni autumat in eo, quod *minus aliis*
 acceperint, quemadmodum ratione electionis in eo consistens
 ait, quod Deus electos vocans, *minus dilectis antetulit*, sic
 59. 61. que Deum carere culpa, quia reprobatio non fit *absoluta*, sed
 74 seq. reprobi *minus* saltem a Deo *dilecti*. Pro gratia irresistibili se-
 vere porro depugnat, & Massij censuram vel hinc etiam juste pro-
 vocat, qua, Infantium decreti absoluti patrocinium nondum ab-
 jecisse, rectissime concludit, idque hoc majori cum ratione,
 quod in sequentibus multo crassius Calvinifera, qui dulce ce-
 cinerat ante, se explicat, incertum scilicet esse, Tit. III, 4 de
 76 seq. baptismo *externo* agi, baptismum infantum esse, *sine re i. e.*
 78. *regeneratione*, impossibile esse credere infantes, cognitione va-
 79. cuos, & mysteriorum Evangelii plane *ἀγνοῦσες*, renasci ex spi-
 80. ritu Joh. III, nil esse, nisi credere promissionibus; immo *so-*
mnium ac delirium suorum etiam quorundam haberi in merito in-
 81. fantum fidem. Joannem exultasse in utero ex sympathia, ma-
 tre tum gaudente, & *ἀγαλλῶσες* ad eam multo commodius,
 quam ad foetum referenda, nil agere Deum in infantibus, sive
 84. per aquam baptismi, sive per ullum actum spiritus internum,
 baptismum esse a Christo institutum in hunc finem, ut hac ce-
 remonia consecraret lavacrum internum; pusillum Matth.
 96 seqq. XIX, non ætate talem, nec circumcisionem fuisse salutarem,
 nisi de futuro, adultos saltem *induere Christum* (en vero mi-
 ram gratiæ actuum confusionem!) deponendo hominem vete-
 rem, induendo novum, infantes fieri participes promissionis,
non accipiendo, sed quando in Ecclesia Parentum jure foveren-
 tur, sine fide obtingere hæreditatem cæli, licet adultis minime,
 106. infantibus tamen, futile (de fide infantum) dogma e systemate
 esse expungendum, & quæ sunt plura rationis male dominantis
 dictæria. Concludit denique Massius, Socinismi, quæ legerit dis-
 109. sentiens Autor, vestigia passim indicans, & durius ab Infantio
 dicta solide refellit. *Spiritum Sanctum etiam operari posse*
 120. *in non regemitis, Balaamo vel ipso*, id vero Noster pro explora-
 to habet, qui infantem, etiam ætate talem, in discipulorum
 medio

medio Matth. XIX stetit, argumentis idoneis probat, latentem adhuc fociorum duritiem, etiam in Infantiana mollitie, & collusionem cum Anabaptistis, immo & Pontificiis, commonstrat, ac nihil adeo quod veritas exigebat, in capitulis disceptatis reticecit.

p. 124.
127.
134.
138.

*S. SPYRIDIONIS EPISCOPI TREMITHUN-
tini Vitam ejusque in Turcas a Corcyrensi obsidione pro-
fligatos fortitudinem examinat, imaginem aeri incisam
exhibet, simul ANDREAM MARMORANUM Scriptorem
Corcyrensem, aliquoties supplet URBANUS GODOFR.
SIBERUS, Th. Lic. Antiquit. Sacr. P. P. & ad D.
Th. Sacerdos.*

Lipsiæ, apud Hæredes Lanckif. 1718, 4.

Plag. 13.

QUum monumenta ista, quæ de vita S. Spyridionis Episcopi Tremithuntini hodie extant, multis fabulis fictitiisque miraculis, nescio quorum culpa, repleta sint, Max. Rev. Autor omnem impendit operam, ut fata hujus Sancti ab omnibus mendaciis purgata Antiquitatum Sacrarum amatoribus exhiberet. Quatuor vero hic liber constat capitibus, quorum primum hujus scripturæ rationem reddit, simulque accuratam quamvis brevi stylo conceptam Insulæ Corcyræ descriptionem nobis suppeditat. Occasionem hujus Sancti vitam delineandi Cel. Autori Venetorum ac Corcyrensiū superstitione præbuit, quippe qui, quum Insula Corcyra a Saracenis hæcenus cincta, Schulenburgii fortitudine obsidione liberaretur; hæc Turcarum profligationem S. Spyridionis opera patratam esse, sibi persuaderent. Quin uno ipse illustriss. Reipubl. Venetæ Senatus, ut credulam plebem in illa superstitione & simplicitate detineret, ingentis auri ponderis lampadem in hujus Sancti templo suspendi iussit. Et hæc est illa lampas, quæ nuper paulo ante tragica ista fata, quæ univèrsa fere Insula, pulvere pyro fulminis ictu accensa, experta est, proprio ausu in terram se demisisse dicebatur. In descriptione hujus Insulæ varia ejus recensentur nomina, quibus apud veteres insignita fuit, quorum tamen

tamen antiquissimum illud est, quo hodie adhuc superbit, cujus originem nonnulli a Corcyra Æsopi filia, alii vero & quidem majori jure ab hujus insulæ figura caudam caninam incurvatam referente, quæ apud Græcos *κέρκος*, unde & *κέρκυρα* appellatur, derivare volunt p. 6 & 7. Autores, qui historiam Corcyrensem delinearunt, adducuntur p. 7, inter quos Andreas Marmora, eques Corcyrensis, è Comneorum regia stirpe natus, facile principem locum obtinet. Mores Insulanorum effrenaque eorum libertas describuntur p. 8, ubi & Periandri Corinthii institutum memoratu dignum est, qui ad coercendam hanc ferociam trecentos Coreyrensiùm Principum filios castrari voluit. Qui apud eos florere viri eruditionis fama præstantes, memorantur p. 9, inter quos Hieronymus Machius & Arsenius Colutus, quorum uterque insigni bibliotheca, multisque codicibus MSS. instructus fuit. An Jason & Sosipater, an vero Paulus ipse prima religionis Christianæ semina ibi sparserit, inquiritur p. 10 & 11. Julius Jovianus Insulam nobili templo eoque hodie adhuc superstite sub *ναυαγίας* nomine exornasse fertur, cujus Græca inscriptio ex Marmoræ historia adducitur p. 12 & 13. Inter Episcopos Corcyrenses florere Soterichus, qui conciliis adversus Nestorium & Eutychem habitis subscripsit, Philippus, qui concilio Niceno VII interfuit imaginumque cultum promovit, & tandem sub Arsenii nomine Sanctorum ordini adscriptus. P. 13 Stephanus a Sponio inter Episcopos Sec. VI refertur, qui eadem Sosipatri & Jasonis amplificasse dicitur, cujus & Græca inscriptio legitur p. 14; sed p. 15 folide demonstratur, hunc Stephanum inter Episcopos Corcyrenses referri non posse. Sequitur Sec. VII Alcyson, cujus varix lites cum Episcopo Thessalonicensi & Episcopo Curix Epirotico, ut & epistolæ Gregorii Pontificis recensentur p. 16 & seq. adeoque Andreas Marmora memorabilis hujus historix plane oblitus suppletur. Sec. IX Johannes floruit heterodoxus, cujus hæreseos historia accurate delineatur, variaque monumenta antiqua afferuntur p. 20 & seq. Finiente Sec. XI vixit Nicolaus, quem excipit Georgius, cujus epitaphium Græcum, quo per SS. Trinitatem omnesque Apostolos obtestatus fuit posteros,

ne

ne ossa sua conturbarent, lectu dignum est p. 25 & 26. Cap. II
 vita Spyridionis ante susceptum Episcopatus muas gesta dei-
 neatur, cujus initia adeo caligine sunt tecta, ut nil certi reperiri
 possit. Poetæ Græcorum Ecclesiastici falso eum in utero san-
 ctificatum perhibent, p. 29. Adolescentiæ annos S. Spyridion in
 Insula Cypro peregrit, ibique parentum solatio orbatus vitam so-
 litariam elegit, postea Tremithunta abiens in locum *Ὀλυγίνθρου-
 πον* concessit, p. 30 & 31. Sigillatim ovium pastorem egisse ca-
 scosque compressisse, Bailletus & Marmora aliique produunt, sed
 probabilior Autoris est sententia, quod villicationis principem
 egerit, servulis ad viliora servitia destinatis, quod variis proba-
 tur rationibus p. 33. Inter medios labores in meditationibus sacris
 indulgit, verbiq; divini lectioni, sepositis aliis curis, sæpius
 unice erat affixus, p. 33 & 34, qua occasione nonnulla exempla
 Monachorum ex Palladio produuntur, qui non alia nisi Scri-
 pturæ S. scientia memoriam occupare voluerunt. Simplici-
 tas ejus laudatur variisque testimoniis probatur p. 35 & seq. ubi
 & vocis *ἀπλότη* origo genuinusque sensus eruitur. Me-
 dicinæ operam dedit hinc & Thaumaturgus appellatus, p. 39,
 quo vero arti suæ aliquid piæ commoditatis adjiceret, Hiero-
 solymas abiit oleum S. crucis ibi petiturus, hinc & reversus
 ampullam olei S. crucis collo appensam circumgestavit, p. 40.
 Conjugium iniiit faustum & felix, ex quo filiam Irenem suscepit:
 ex eo matrimonio & hoc emergebat commodum, ut adventan-
 tibus hospitibus aliisque egenis beneficia exhibere possit, hinc
 & in Meneis Græcorum *Φιλόπρωχ* & *καὶ τῶν πνήτων προ-
 στατης* appellat: r, p. 41 & seq. Cap. III Cl. Autor vitam S.
 Spyridionis in Episcopatu exponit, ubi statim inquirat, an juxta
 quorundam sententiam unus ex istis confessoribus fuerit, quos
 Galerius Maximianus effosso oculo & sinistro poplite succiso
 ad metalla damnavit, quæ opinio rejicitur p. 45 & 46. Insignis
 hujus viri probitas morumque dulcedo Tremithuntinos cives
 movit, ut eum ad Episcopalem eveherent dignitatem, quum
 & *ἐκείνη* ipsorum hæctenus a presbyteris tantummodo regeretur,
 qua occasione Autor statum religionis hujus Insulæ investigat
 p. 48 & seq. Episcopatum summa cum laude gessit veritatis-

que divinx tum quoad sensum tum quoad verba strenuus asser-
tor, quod notabili exemplo probatur : cum enim Triphyllius, in
Synodo Leucofiensi dictum Marc. II, 4 citans, loco vocabuli
καθάρσις, σκίμνος substitueret, Spyridion non tantum vehe-
menter hoc Triphyllio exprobravit, sed & sede sua desiliens se
digressurum minatus est, quod factum deinde sub examine
revocatur p. 53. In celebratione Eucharistix *συνεχῶς δεησῶ-
μενος* dicitur a Paphio, quæ verba non fanatico sed sano sensu
sunt explicanda, p. 54; scholas aperuit, in quibus & animæ &
corporis medicinam tradebat, p. 57; inter discipulos ipsius etiam
Tycho Thaumaturgus vulgo refertur, p. 59 & 60; concilio
Niceno Spyridion interfuit, verbaque ejus, quibus Philosopho
cum ipso disputanti silentium imposuit, adducuntur p. 61; Sar-
dicensem ut & Antiochenam Synodum adiit, p. 63 & seq. Me-
morabile Spyridionis factum recensetur p. 67, quo hospiti tem-
pori quadragesimali ad se accedenti carnem apposuit, ex quo
Chemnitius ipseque Launojus Pontificius Paparum jejunium
& abstinentiam a carne refutat. Vestitus ejus p. 69 describitur,
ubi varia memoratu digna de mitra, barba, ampulla & baculo
hujus Sancti præferuntur. Obitus Spyridionis est notabilis,
siquidem mors eum in media ætate messisque hilaritate oc-
cupavit, quum falcem manu tenens messorum strenuo exemplo
præiret, p. 77, ubi & fabula de capillis ipsius celesti rore per-
fusus exploditur. Cap. IV agit de Miraculis hujus Sancti, quo-
rum seriem Auctore Meneis Græcorum adducit, solidisque ra-
tionibus refutat. Præcipua eorum fuere : imbres e nubibus
producti, p. 79, Serpentis in auram, rursus auri in serpentem
commutatio, p. 80, Philosophi in Synodo Nicæna devictio, p. 81,
mortuæ virginis ad indicandum depositum e mortuis resuscita-
tio, ibid. Constantini M. solo capitis tactu ab insanabili morbo
liberatio, ibid. Falsitas horum miraculorum demonstratur, simul-
que proclivitas gentis Græcæ novos fingendi Thaumaturgos
e Meneis ipsorum probatur p. 88 & seq. ubi & requisita miracu-
lorum adducuntur. Cultus Idololatriæ, quo & mediatoris no-
men huic Sancto attribuunt, exhibetur p. 89, causæque hujus
crassæ superstitionis allegantur. Triphyllius vitam hujus
Spyri-

Spyridionis jambo delineavit, quæ non amplius extat, hunc se-
 eatu Paphius, cujus opusculi extant quædam fragmenta in
 Bibliotheca Senatoria Lipsiensi, p. 91 & seq. Deinde fata ejus
 recensent Meneæ die XII Decembris, autoribus, ut dicitur, Anato-
 lio & Germano. Alia quoque ejus vitæ descriptio extat apud
 Montfauconium in Bibliotheca Coisliniana, cujus Autor est
 Anonymus, p. 94, ubi & e recentioribus ii adducuntur, qui de vi-
 ta hujus Sancti nonnulla ediderunt, simulque controversia Jo-
 hannis Juelli & Thomæ Hardingii de Spyridionis matrimonio
 exhibetur. Qua ratione exuvie hujus Sancti ex insula Tre-
 methunte Constantinopolin, & tandem Corcyram sunt delatæ,
 legi potest p. 95 & seq. Miracula quoque in hac insula ab ipso
 perpetrata examinantur, stoliditasque ac falsitas nuperrimi mi-
 raculi in profligandis Turcis solidis argumentis demonstra-
 tur, quum ipse Pontifex Romanus hanc victoriam ad D. Virgi-
 nis auxilium decreto publico retulerit, gratesque ipsi adeo de-
 cernendas sanxerit, p. 98. Tandem Deo Triuni Christiani no-
 minis defensori, Illustrissimoque Heroi Schulenburgio, mili-
 tumque fortitudini, qui sub auspicijs divinis Barbaros aggressi
 eos in fugam profligarunt, hæc victoria meliori jure vindica-
 tur p. 100.

30. FRANCISCI BUDDI, THEOL. D. ET
P. P. O. Historia ecclesiastica Veteris Testamenti ab Orbe
condito usque ad Christum natum, veris observationibus
illustrata. Tomus posterior a Samuele usque ad
Christum natum.

Halæ Magdeb. impensis Orphanotrophi, 1719. 4.
 Alph. 7.

UT promissis suis satisfaceret summe Reverendus Autor,
 alteram quoque historię ecclesiasticę Veteris Testamen-
 ti partem publicę tradidit luci, eaque universo operi, quod
 vetus testamentum attinet, felicissimum imposuit finem. Qui
 alter tomus complectitur periodi secundę a Mose usque ad
 Christiana sectionem *tertiam* a Samuele usque ad templi Salo-

inonei extructionem; *quartam* ab hac usque ad captivitatem Babyloniam; *quintam*, quæ exponit captivitatem Babyloniam; *sextam* a soluta captivitate Babylonica usque ad principatum Maccabæorum, & *septimam* inde ad natum Christum. Eadem quidem ratione hæc ecclesiæ veteris momenta perfectus est celeberrimus Autor, qua priorem tradidit partem; majorem tamen diligentiam, majusve studium in hiisce rebus exponendis ponere, necesse erat. Namque rerum variarum longe major copia ei sese obtulit, siue respicias Christianæ religionis hostes, quibus obviam eundem; siue aliorum errores, qui confutandi fuere; siue temporum obscuriores rationes, redigendas in ordinem; siue profanorum scriptorum historias, quæ cum sacro Codice ejusque fide debebant omnino conciliari. In primis operam dedit amplissimam, omnia pro officio historici probæ notæ ex probatis deducere monumentis, aliorum discrepantes sententias non solum afferre, sed in illas quoque singulari inquirere industria, ac de iis acuta iudicii vi dicere, idque modeste, ut ipsius tulit opinio. Non solum vero Israeliticæ gentis, quæ sedem veræ ecclesiæ ante Christum natum præcipue obtinuit, historiam iusto ordine ante Christi natam ætatem exhibet, ac viros ipsius sapientia, sanctitate aliisque virtutibus conspicuos commemorat; sed & momenta doctrinæ sacræ, cultus externi, rituumque & ceremoniarum eo spectantium aliaque studiosissime edidit, nec ea, quæ ex historia literaria ecclesiasticæ afferunt lucem, transmittit silentio. Quamque eâ, quæ sacræ literæ de populo Israelitico ejusque fati tradunt, paganorum quoque autorum testimoniis sint confirmata, istos pariter vocavit in auxilium, ita ut hac operæ historie huic multum lucis, multumque ornamenti accesserit. Ut vero reliquarum quoque gentium, quæ per hunc tractum temporis, quo commentatio hæc circumferibitur, quandam consecutæ sunt celebritatem, subjunxerit historiam, id gravissimis adductis causis fecit. Judaicarum quippe rerum faciem nemo accuratius cognoverit, nisi Ægyptiorum, Babyloniorum, Persarum, Græcorum gentiumque Judæis vicinarum, ipsorum quoque Romanorum, fata cognita atque explorata habuerit,

fuert, qua ratione & scriptis Prophetarum Veteris Testamenti egregiam conciliavit lucem.

Hactenus de facie operis hujus præstantissimi generatim. Singulas vero sectiones accuratius evolvere, illarumque momenta, quæ tradunt, commemorare speciatim, non consilium esse videtur, præcipue quum quisque ex hujusmodi historiarum indole ac natura facile colligat, quæ explicentur ibi argumenta. Quibus de causis speciminum loco seligamus quædam, quæ partim celeberrimi Autoris in omni literaturæ genere conspicuum ingenium, partim eximiam utilitatem imprimis præ se habeat.

Quum de Nabale, cui Abigail uxor erat, differit, observat, istum quoque dici כְּלָבִי id est, ex familia Calebi; LXX vero vocem כְּלָבִי præ came accipientes, transulisse: ἀνδρῶν κωνίης, unde Flavius Josephus errore risu digno ex eo Cynicum fecerit Philosophum. Historia Davidis disputat Autor contra *Babum*, qui istum ejusmodi criminum accusat, ut ipsius sententia homo fuerit omni scelerum generi deditus, ita ut, licet lubens fateatur, non omnia, quæ gesserit David, esse laudanda, nonnulla quoque vitio haud carere, cuncta tamen æqua lance ponderanda esse censet. Verum quod David præter uxores, quas duxerat, priusquam Hierosolymam rerum suarum sedem transferret, alias adhuc uxores pellicesque duxerit, id inter humanæ imbellicitatis ipsius documenta refertur. Quumque 2 Sam. XII, 8 uxorum multitudinem non tantum inter beneficia a Deo in Davidem collata locum obtinere, affirmatur, sed & DEUS plures adhuc uxores ei promittere videtur, id polygamiz partes tueri haud posse, doctissime monet Cl. Autor, quum hæc familiariter ex temporis istius more ac recepta opinione intelligenda esse, constet. Disputatur inter viros eruditos, quid per הַיָּמִין *jur regis* 1 Sam. VIII, II intelligatur, aliis per meram consuetudinem, quamvis iniquam; aliis autem per jus legitimum & a Deo concessum id explicantibus. Cl. Autor observat, vocem הַיָּמִין non minus morem, consuetudinem, vitæ rationem & institutum, quam legem seu iudicium significare: quam significationem huic loco convenire, vel

p. 96.

102 sqq.

262.

265.

- p. 267. ex scopo, quem DEUS habuerit, cur jus hoc regium populo Israelitico proponeret, sit manifestum. Opinio illorum, qui existimant, per status regii introductionem theocratiam in gente Ebræa fuisse sublatam, Auctori nostro haud est probata, quum Saul primus Israelitarum Rex ex voluntate numinis sit constitutus, ab eoque repudiatus, quod & de electione Davidis & Salomonis sit dicendum. Et licet deinceps successio quædam per vim heredis obtineret, id tamen iterum ex Dei consensu factum, qui Davidi continuam posterorum ejus successione[m] promiserit. De poesi veterum Hebræorum nihil aliud dici posse affirmatur, quam eam in eo consistisse, quod stylus fuerit sublimis, vocesque ad musicam accommodatz. Sunt quidem, qui poesi[m] rhythmicam, vel rhythmicometricam in antiquis Ebræorum canticis quærun[t], quæ sententia & Clerico placuit, qui cantica Mo[ysi] Exod. XV & Deut. XXXII ita disposuit, ut versus *ὁμοιοτέλευτος* in illis observare liceat. Verum Cl. Autor id obistere monet, quod subinde in codice sacro multa mutantia, transponenda, corrigenda sint, ut Lectores ubique versus *ὁμοιοτέλευτος* inveniant. Deinde nondum probatum esse, immo vix vero simile, poesi[m] rhythmicam jam ea ætate fuisse in usu. Disceptationem istam, num re ipsa Samuelis anima apparuerit Sauli, an dzemonis mali formam Samuelis assumentis illusio, an meræ mulieris artem evocandi mortuos profitentis fuerint præstigiæ? Autor noster uberius explicat, multaque, quæ minus pro vero Samuele haberi queat, obistere monet: partim intuitu ipsius corporis, quod Ramæ sepultum & haud dubio maximam partem dissolutum & in cineres redactum erat: partim intuitu ipsius animæ, quæ post mortem in beatorum sedes translata, ex quibus quo pacto artibus necromanticis in terram retrahi potuerit, nemo secus sentientium dixerit. In septentiam *Antonii van Dale*, qui nihil hic sibi deprehendere videtur, quod non a præstigiis & fraudibus callidæ mulieris proficisci potuerit, accuratius inquirat. Nomina illa, quorum in inscriptione capituli XXX Proverbiorum mentio injicitur, fuisse propria, *Agur* quippe, *Jabe*, *Ithiel* & *Vebal*, habetur pro vero simili, quum illorum opinio, qui hæc voces appellativa esse nomina existimant,

mant, admodum coacta videatur. De *Tobia* historia iis rationibus redditur suspecta, ut non tam vera narratio, quam fabula, non malo consilio ad erudiendum pariter ac delectandum excogitata esse videatur, quod primum Tobias senior se cum familia & tota tribu sua in diebus Sahnassaris in captivitatem abductum significet, quum tamen ex H. Reg. XV, 28 constet, tribum Naphthali, ex qua ipse ortum duxerit, ante triginta retro annos a Tiglat Pilassar in captivitatem fuisse deportatam: deinde quod ille Tobias senior, quum mortem sibi instare intelligeret, in oratione ad filium fore significaverit, ut templum Hierosolymitanam, quod incensum & combustum sit, iterum aedificetur, cap. XIV, 7, licet possit demonstrari, templum Hierosolymitanam eo tempore, quo Tobias senior mortuus est, nondum fuisse flammis traditum; tertium quod ea, quae de angelo Raphael referantur, sint fabulosa, & ipsius Tobiae nomen, quod verum dominum significet, nomina item Raphaelis & Azaradai, quae in Judaeorum de angelis bonis & malis fabulis haud ignota, ad scenam hanc instruendam satis accommodata: denique nec illud praetermittendum, quod Josephus nullam Tobiae hujus fecerit mentionem. De *Juditha* copiose quoque agitur, quamque *Monsfaucinus* de veritate historiae ipsius sit commentatus, proponit Autor noster ejus argumenta, ac quae illis vis insit, demonstrat luculenter. De *Homero* ac *Hesiodo* varia lectu digna collegit, inprimis quae ipsorum Theologiam spectant; de contentionibus autem, quibus aliquot abhinc annis de praestantia Homeri fuit disputatum, judicator, istas minori cum fructu, quam forte ingenii gloria, quam quisque ex hoc certamine referre sit conatus, fuisse institutas. De *ara ignoti Dei*, cujus mentio fit Actis Apostolorum c. XVII v. 23, probatur, extitisse Athenis aram *Θεῶν ἀγνωστων* in unitatis numero, sacram, cujus ignoti Dei cultum apud Athenienses ab Epimenidis, quam tradit Diogenes Laertius, lustratione derivari posse, pro vero simili habetur. Alii per τὸν ἀγνωστον Θεὸν Isidem significari contendunt, cujus opinionis celeberrimus Olearius est; verum & id Autori nostro longe petitum, nec difficultatibus suis carere videtur. Quae-
illa:

p. 609.

611.

671.

729.

- p. 768. illa : *quam imperia in somnio isto Nebucadnezari, oblato fuerint indicata?* multis illustratur. Cl. Autor rejicit sententiam *Herrmanni von der Harde*, qui non integra regna, sed singulos Reges Nebucadnezari proxime successuros significatos contendit ; illorum vero rationes, qui per quartum seu ultimum regnum Romanum intelligunt, non profus contemnendas esse, profitetur. Quum res a Daniele gestæ studiose traduntur, inter alia de *historia Susanna*, quæ Danieli attributa est, multis probatur argumentis, istam nullius esse fidei. Quis *Darius* ille *Medus* sit, cujus apud Danielem injicitur mentio, de eo viri docti maxime inter se dissentiunt ; præferenda tamen sententia *Scaligeri* videtur. Autori nostro, qui ostendit, *Darium Medum* non alium esse, quam *Nabonnedam Berofo* memoratum, qui in canone *Ptolemaico Nabonadius* dicitur, *Megastheni* autem *Nabannidochus*. Quod hodiernæ literæ *Ebrææ* eadem sint cum antiquis, nec post captivitatem *Babylonicam* in locum characterum *Samaritanorum* substitutæ, his confirmatur rationibus, quod ex *historia sacra*, libris præcipue ipsius *Esræ* ac *Nehemiæ*, ejusmodi quid sit colligendum, vix autem fieri potuisset, ut res tanti momenti, si contigisset, prætermitteretur silentio : quod nec apud *Josephum*, nec apud *Philonem* ejusmodi quid deprehendatur : quod nulla probabilis admodum afferri possit ratio, cur *Efra* hanc literarum mutationem susceperit ; quod *Judæos*, præsertim a tempore captivitatis *Babylonicæ*, in rebus patriis retinendis constantissimos, immo pertinacissimos fuisse constet ; quod *Christus* diserte neget *ἰσραὴλ ἐν ἡμετέροις κεραιαῖς* porturam, *Matth. V, 18*, quæ verba ad tempora antecedentia extendenda esse, ex eo pateat, quod de perpetua verbi divini literis comprehensi, qua minimas etiam partes, duratione *Servator* loquatur. Quibus argumentis expositis, ad rationes illorum, qui literas *Samaritanas* pro *Ebræis* antiquis venditant, respondetur ; quumque inter alia ad numos sive siclos, inscriptionibus *Samaritani* characteris gaudentes, provocant, tradit Autor noster verbosius, quid de numis illis sit sentiendum. Ex *historia versionis Græcæ LXX* tria momenta attinguntur, quæ Autor, quum nullam plane veri speciem præ se habeant, confutat :
primum
- 775.
- 822.
- 997.
- 1001.
- 1033.

primum quod interpretes illi Spiritus sancti afflatu percussi, nunquam erraverint nec errare potuerint : secundum, quod in diversis cellulis singuli Regis mandato conclusi, ut veritatem interpretationis ex omnium consensu cognosceret, omnes in unam eandemque sententiam, inmo in eadem verba conspirarint, eademque scripserint : tertium quod tam immensum opus tam brevi temporis, LXXII scilicet dierum, spatio absolverint. Sed hæc speciminum loco ex tam vasta rerum eruditariarum ac utilium copia sufficiant.

Pauca tantum generatim adhuc observare liceat. Primum opus hoc pleuum est observationibus doctissimis, quibus *historia Philosophica* egregie potest illustrari, quum singulæ veterum Philosophorum ex Græcia sectæ earumque historia subinde lucem sibi petere possint, uti ea, quæ de *Aristotele* dicta sunt, testantur : deinde *Geographia sacra* multis locis tradita est illustrior ; & tertium illi, qui oraculis divinis intelligendis explicandisque sunt addicti, multa hæc deprehendent adjumenta, quibus suam operam suumque studium possunt adjuvare. Additus insuper est index Chronologicus, Geographicus, rerum memorabilium ac locorum Scripturæ sacræ, quæ aut explicantur, aut illustrantur.

p. 1070.

EXERCITATIONUM SUBSECIVARUM
Francofurtensium

Tomus II Sectio I.

Francofurti ad Viadrum, impensis Jeremiæ Schrey, 1718, 8.
Plag. 12.

IN hac sectione continentur Exercitationes sex. Prima est excerptum *Galicis* ex scriptis Medicorum Lusatorum *Budai*, *Longolii*, *Haberkornii* & *Wilischii*, quæ A. 1717 de morbo quodam insolito spasmodico convulsivo ediderunt, variis in locis Electoratus Saxonici & Marchionatus Lusatiæ superioris A. 1716, epidemice grassato. *Galicus* eundem affectum esse arbitratur, quem *Sennertus* sub nomine *spasmi maligni* & *epidemii cum febre graphice* describit, & de quo A. 1596 *Facultas Medica*

Y

Medica Academiz Marpurgensis consulta consilium medicum impertita, a *Gregorio Horstio* in Operibus Medico-practicis publicatum & a *Gregorio Leisnero* denuo recusum. Secunda Exercitatio Juridica est, in qua *Reinoldus* commentatur in verba *Ulpiani* §. ult. L. XV D. de usufructu: *proprietatis dominus ne quidem consentiente fructuario servitutem imponere potest.* In variorum libro amplexus erat interpretationem *Francisci Commansii*, qui censet, *Ulpianum* velle, quod proprietatis Dominus servitutem fundo imponere possit, quamvis fructuarius haud consentiat, modo imposita servitute conditio ejus non reddatur deterior. Enimvero a *Perizonio* per literas, quas hic integras exhibet, admonitus *Commansii* interpretationem plane repugnare usui ac rationi Latinae linguae & nexui L. XV & XVII de usufructu, sententiam mutavit, & *Ulpianum* sensisse agnoscit, quod proprietatis Dominus fundo, cujus alii usufructus competit, imponere servitutem non possit, quamvis fructuarius consentiat. Exercitatione tertia & sexta *Wesensfeldius* suos de dubitatione discursus continuat. Illa ignorantiam & dubitationem (quam vocat) *pianam* atque doctam a Scepticismo vindicare intendit, hac nexum utriusque cum omnibus virtutibus Christianis monstrare conatur. Exercitatione quarta Geometra insignis *Hermannus* exhibet meditationem suam in systema dynamicum *Leibnitii* de aestimatione virium absolutarum, quam Sect. 2 Tom. I promiserat, sicuti notavimus in Actis anni superioris p. 501. Monet autem sub initium, se non omnia sua facere, quae in specimine dynamico philosophatus est Vir summus, cum plura ad captum ipsius non satis expediverit, ut calculus suum iis adicere posset. Unum hoc sibi demonstrandum sumit, *vires absolutas corporum aestimandas esse ab altitudinibus, ad quas libere ascendendo pervenire possunt corpora ascendentia, vel etiam a spatiis, qua motu a quiete incepto perlabuntur.* Intelligit hic per vires absolutas *vires vivas*, quae cum motu corporis conjunctae sunt, *viribus mortuis* oppositae, per quas gravitatem designat. Inter vires vivas & mortuas non admittit rationem, propterea quod sint quantitates heterogeneae, ubi simul expendit, quae *Galileus* & *Torricellus* de vi insuuta

infinita percussione tradiderunt. Recenset deinde controversiam, quæ *Leibnitio* cum Abbate *de Catelan & Papino* circa virium æstimationem intercessit in *Novellis Reip. literariæ Belianis* & in his Actis. Cum vero adversarii non concesserint *Leibnitio*, vires esse ut altitudines, quas gravia ascenduntia percurrere possunt, *Leibnitius* tamen hoc assumptum non demonstraverit; ideo ipse defectum suppleturus demonstrationem aliquam concinat. Definit *mensuram vis vivæ*, quod sit complexus omnium gravitatis impressionum durante descensu ex altitudine verticali eaque in cujus termino inferiore mobile celeritatem cadendo acquirit parem illi, quam habet cum vi, de cujus mensura nunc agitur. Deinde sumit, gravitatem agere continuo eadem præter propter efficacia in quacunque ab horizonte distantia, hinc ita argumentatur: „ *Vis absoluta mobilis M*, cum actu movetur, celeritate *C* tanta est, quanta ea, quam, acquirit cadendo ex altitudine *L* motu a quiete incepto, una, cum celeritate *C*. Jam quicquid virium grave hoc descensu acquirit, id habebit a gravitatis *g* impressionibus. Sed quantitas, impressionum gravitatis est ut longitudo *L* ducta in *g* seu gL , vi, assumpti: quare per definitionem $V = gL$. Eodem argumento, probatur, quod sit $u = gl$, atque adeo $V : u = gL : gl$, seu dividendo per g , $V : u = L : l$, Q. e. d. „ Ad *Clarkianas* objectiones proxime se responsurum promittit. Exercitatio quædam historica est, in qua *Dithmarus* vestigiis illustris *Leibnitii* insistens confirmare studet, Germanos & Gallos *Scytharum* propaginem esse. Conatur primum Gallorum & Germanorum inter se, dein utriusque istius populi cum *Scythis* convenientiam ostendere. Ad illud stabilendum argumenta a sacris, indole, habitu corporis & lingua olim communi petit: nec ab his abluunt quæ ad posterius evincendum adducuntur.

DE CALCULO FLUENTIUM LIBRI DUO,
quibus subjunguntur libri duo de Optica analytica, Auctore JOHANNE CRAIG.

Londini, ex officina Pearsoniana, 1718, 4.

Plag. 12½.

Y 2

Joannes

Joannes Craigius, Geometra merito suo celebris, a multo tempore in studio tetragonifico cum laude versatus est. Sane jam A. 1685 edidit Methodum figurarum lineis rectis & curvis comprehensarum quadraturas determinandi, cujus facta est mentio in Actis A. 1686 p. 169. Methodus illa nitebatur theoremate quodam *Barrowii*, quod e calculo differentiali *Leibnitii* sua veluti sponte consequitur, quemadmodum annotatum est ab ipso celeberrimo inventore in Actis A. 1686 p. 297, & ab ipso *Craigio* agnitum p. 29, scilicet quod summa subnormalium ad axem applicatarum æquetur semiquadrato semiordinatæ ultimæ. Enimvero cum eandem nonnisi ad exempla facilia & ex parte jam aliunde nota applicasset; postea eandem methodum magis excoluit & A. 1693 in Tractatu Mathematico de figurarum curvilinearum quadraturis & locis geometricis Londini edito ad exempla alia difficiliora promovit. Utitur in ea calculo differentiali *Leibnitii*, atque statim ab initio ita scribit: „ Ne nimium mihi adscribere, vel aliis detrahere videar, libenter agnosco *Leibnitii* calculum differentialem tanta mihi in his inveniendis suppeditasse auxilia, ut sine illo hæc vix assequi potuissem ea, qua optabam, facilitate. Quantopere solidam & sublimiorem Geometriam hoc uno nobilissimo invento adauxerit celeberrimus ejus Autor, peritissimos hujus ævi Geometras latere non potest, & quam insignis fuerit utilitatis in dimensionibus figurarum inveniendis, sequens hic tractatus sufficienter indicabit. Idem in Tractatu suo calculum differentialem constanter *Leibnitii* calculum vocat. Ab eo tempore in excolenda methodo quadraturarum majus adhuc studium posuit, & A. 1701 in Actis Philosophicis Anglicanis exhibuit specimen methodi generalis determinandi figurarum quadraturas, quod inde in Actis A. 1704 p. 311 & seqq. translatum. Nunc ex intervallo ipsam methodum sub titulo calculi fluentium publicat, per quam Geometria sublimior non parum promovetur. Ceterum cum in Tractatu de Quadraturis A. 1693 usus esset signis *Leibnitianis*, nunc cum Anglis substituit literas punctatas, & calculum differentialem more Anglorum calculum fluxionum vocat. Ait in præfatione,

tionem, se A. 1685 Cantabrigiæ cum *Newtono* egisse, & eidem prima elementa calculi fluentium (per quæ intelligitur methodus Quadraturarum A. 1686 edita) perlegenda tradidisse, antequam ederentur: qui ipsi significaverit, se posse Quadraturas innumeras exhibere per seriem infinitam, quæ in datis conditionibus abrumpens figuræ propositæ Quadraturam Geometricam determinaret. Cum vero in isto Tractatu mentionem injiciat p. 72 & seqq. calculi differentialis *Leibnitiani*, eodemque utatur, per quem, si eum tunc satis intellexisset, sine tædio- sis ambagibus non solum omnia hujus, sed & alterius Tractatus, qui A. 1693 prodiit, pleraque expedire potuisset; mirum sane videbitur, cur *Newtonus*, siquidem *algorithmum aliquem infinitesimalem* tunc habuit (quod nunc volunt Angli nonnulli) aut *Leibnitiani* indolem ac vires sufficienter perspexit, de eo non admonuerit *Craigium*, passusque fuerit, ut suum inventum alteri tribueretur, & tantum seriei infinitæ mentionem injecerit. Sed mittamus ista, & ad Methodum *Craigianam* describendam accedamus, in qua nos utemur terminis & signis *Leibnitianis*, tanquam in his Actis usu receptis & olim ab ipso Autore (ut ante monuimus) usurpatis.

Methodus ista exponitur libri primi sectione prima & huc redit. 1. Ex æquatione curvam definiente v. gr. $z^m = ay^n + bz^r y^r$ quærit valorem differentiæ dz, & ex eo exterminat per ordinariam Algebram z^{m-r} . 2. Assumit æquationem quadraturam definientem, e. gr. pro curvis trinomialibus, h. e. iis, quarum æquationes tribus terminis constant, $Azy + Bz^r y^s = fzd y$, & inde investigat similiter valorem ipsius dz. 3. Duplicem valorem ipsius dz combinans, reductione (ut par est) facta reperit æquationem resultantem, quæ in nostro casu est

$$\begin{array}{r}
 maAy^r + rba z^r y^r + nfa Bz^{f-r} y^{s-r} + rfbz^{r-f} y^{r-1} \\
 -ma + mbA + mgaB + mgbB = 0 \\
 + naA - ebA - egbB \\
 -mb \\
 + eb
 \end{array}$$

4. Hinc instituit comparationem inter binos & binos exponentes terminorum hujus æquationis resultantis, & quia 5. diver-

his modis comparationes illæ institui possunt, ideo rejicit omnes, quæ vel ducunt ad absurdum, vel ad exponentium $f, g, h, i,$ &c. valores determinatos. E. gr. in nostro casu comparat exponentes termini secundi $z'y^r$ cum exponentibus tertii $z^{f-1}y^{g+n-1}$, nempe ponendo $e = f-1$ & $r = g+n-1$: unde $f = e+1$ & $g = r-n+1$. Brevitatis gratia ponit $c = r-n$, sicque reperit $g = c+1$ & $r = c+n$, adeoque $z^m = ay^n + bz^c y^{c+n}$ definit omnes curvas trinomialis & $Azy + Bz^{c+1}y^{c+n} = fzd y$, quando quadratura duobus tantum terminis constat. Quodsi faceremus $e = c+1$ & $r = g+n-1$; tum foret $f = 1$ & $g = 1$, scilicet indeterminati æquales determinatis: quod absurdum. 6 Quodsi pro $f-1$ substituaturs e , & r pro $g+n-1$, resultans contrahitur ad tres terminos (retento $c = r-n$)

$$\begin{array}{rcl}
 +maA y^n + rbA z^c y^{c+n} & + (1+e) rbB z^{c+1} y^{c+n} = 0 \\
 -ma & + mbA & + (1+c) mbB \\
 +naA & -ebA & -(1+c) ebB \\
 & -mb & \\
 & +eb & \\
 & + (1+e) naB & \\
 & + (1+c) maB &
 \end{array}$$

7 Coefficientes A, B &c. determinaturus ponit coefficientes resultantis in nostro casu sic contractæ nihilo æquales, & per novas hæc æquationes facta reductione, ut par est, quantitates A, B &c, determinat. Est nempe in nostro casu

$$maA - ma + na A = 0, \text{ adeoque } A = \frac{m}{m+n}$$

$$rbA + mbA - ebA - mb + eb + (1+e)naB + (1+c)maB = 0$$

adeoque $B = \frac{(m-e)(1-A) + (c+n)(-A)b}{m(c+1) + n(e+1)} \cdot \frac{b}{a}$

Quoniam plures hinc oriuntur æquationes, quam quæ sufficiunt ad determinandas coefficientes A, B, C &c. ideo ex reliquarum reductione invenit quadrabilitatis condiciones: quod Sect. 2 docet tum in curvis trinomialibus, quando area figuræ tribus constat terminis, tum in quadrinomialibus ejusdem casus. Sect. 3 theoremata ex methodo ista deducta sunt, nempe

1 theo-

I theorema generale pro curvis trinomialibus, quæ definiuntur per æquationem $z^m = ay^n + bz^e y^{e+n}$. Pro iis est $szdy = Azy + Bz^{c+1}y^{e+1} + Cz^{2c+1}y^{2e+1} + Dz^{3c+1}y^{3e+1} + Ez^{4c+1}y^{4e+1} &c.$
& in hac æquatione

$$A = \frac{m}{m+n}$$

$$B = \frac{(m-e)(1-A) + (c+n)(-A) \cdot b}{m(c+1) + n(e+1) \cdot a}$$

$$C = \frac{(m-e)(c+1) + (c+n)(e+1) \cdot -bB}{m(2c+1) + n(2e+1) \cdot a}$$

$$D = \frac{(m-e)(2c+1) + (c+n)(2e+1) \cdot -bC}{m(3c+1) + n(3e+1) \cdot a}$$

$$E = \frac{(m-e)(3c+1) + (c+n)(3e+1) \cdot -bD}{m(4c+1) + n(4e+1) \cdot a}$$

$$F = \frac{(m-e)(4c+1) + (c+n)(4e+1) \cdot -bE \text{ \&c. in infinitum.}}{m(5c+1) + n(5e+1) \cdot a}$$


Monet, has figuras quadraturam geometricam admittere, quoties $\frac{c-e+m+n}{-cm-en}$ est numerus integer ac positivus, & hanc quadraturam haberi sumendo tot ab initio terminos, quot sunt unitates in numero per $\frac{c-e+m+n}{-cm-en} + 1$ designato. Succedit

II theorema pro omnibus curvis quadrinomialibus, III pro quinomialibus, & IV pro sextinomialibus. Subjunguntur deinde exempla Curvarum, quæ definiuntur per æquationes incompletas, & de his in genere notatur, destruendos esse omnes terminos, quos terminorum deficientium coefficientes ingrediuntur, in valoribus quantitatum A, B, C, &c. computatis ex æquatione completa propositam æquationem incompletam includente; reliquos horum valorum terminos esse valores quantitatum A, B, C &c. pro æquatione incompleta. Sect. 4 theoremata generalia ad figuras particulares applicat. E. gr. Sit æquatjo curvæ trinomialis $z^3 + y^3 = hzy$, seu $z^3 = -y^3 + hzy$, erit $m=3$, $n=3$, $e=1$, $c=-2$, $a=-1$, & $b=h$. Et quia

quia $\frac{c-e+m+n}{-cm-en}$ est 1, figura geometricae quadrabilis: quoniam

véro $\frac{c-e+m+n}{-cm-en} + 1 = 2$, ideo ad quadraturam sufficiunt duo

primi theorematum generalis termini: in quibus si valores quantitatum m, n, e, c, a, b substituuntur; prodibit $szdy = \frac{1}{2}zy - \frac{1}{2}hz^2y^{-1}$. Sect. 5 progreditur ad Quadraturas curvarum geometricae irrationalium, quarum aliquas A. 1696 in Actis Philosophicis Anglicanis dedit, & elementa methodi cujusdam exemplis illustrata exhibet. Vocat autem *Curvam geometricae irrationalium*, quando æquationem curvæ ingreditur arcus aliquis curvæ: unde *rationalis* ipsi est, quam *Leibnitius* Algebraicam vocat. Methodum his verbis tradit:



„ 1 Ad Curvæ
 „ACH punctum
 „quodvis C esto
 „tangens CI axi
 „AB occurrens in
 „puncto I. 2 in
 „veniatur Tan-
 „gentis CI valor
 „analyticus per y
 „& datas expres-
 „sus, & per x de-
 „notetur pars illi-
 „us valoris, quæ
 „sub vinculo ra-
 „dicali quadrati-
 „co continetur,
 „postquam quan-
 „tum fieri potest,

„ quantitate y liberatur, ut in Tractatu de Quadraturis A. 1693
 „edito ostensum est. 3 Posito quod e sit exponens dimensionum,
 „ad quas indeterminatæ, z, y, v assurgunt in æquatione Curvam
 „ADE definiente, fiat involutio hujus quantitatis $(v + x + y +)^{e-1}$.
 „A negle-

A neglectis coefficientibus numericis ex involu-
 tionem priundis, afficiantur termini coefficientibus incognitis, A, B, C &c. &
 summa omnium ponatur = szdy. 4. Differentietur hæc æqua-
 tio & eliminentur dv, dx; & post alias usitatas reductiones,
 habebitur æquatio, quam voco *resultantem*, cujus termini,
 amore usitato comparati dabunt A, B, &c. adeoque szdy seu are-
 am quæsitam. Quoniam æquatio per reg. 3 constituta sæpif-
 sine plurimos comprehendit terminos inutiles, ideo in se-
 quentibus tales omittuntur, quos calculum expertus ad Qua-
 draturam non spectare deprehendi. Ut hæc rectius intelligan-
 tur, exemplum Autoris primum huic apponere juvat. Sit
 ACH semicirculus, cujus diameter AH = 2a, arcus AC = v,
 BD = z AD = y & pro Curva ADB z = v, quæzatur quadratu-
 ra areæ ABD. Quoniam IC = a√(2ay - y²) : (a - y), erit
 vi methodi x = √(2ay - y²). Cum in hoc exemplo vi ejus-
 dem e = 1; (v + x + y + 1)² est quantitas, cujus termini
 coefficientibus A, B, C &c. affecti constituent szdy. Neglectis
 ergo terminis inutilibus erit Ayv + Bv + Cyx + Dx = szdy;
 unde porro reperitur

$$\begin{array}{r}
 + Axv + Aay + Ba (-2Cy^2) = 0 \\
 - 1 + 3Ca + D_2 \\
 = B
 \end{array}$$

& ex terminorum comparatione A = 1, B = -a, C = 0, D = A.
 Quare ABD = yv - av + a√(2ay - y²) = szdy.

Applicat Cel. Autor eandem methodum inter alia ad cy-
 cloidem vulgarem & ad faniculariam, atque in scholio p. 30
 monet, si in expressione arcus generali ponantur omnes termini
 quantitate v affecti = 0, & reductione facta valor ipsius y fuerit
 affirmativus, figuræ propositæ competere quadraturam specia-
 lem illius portionis, quæ huic abscissæ y adjacet, & si in areæ
 expressione generali pro y substituatur valor ejus determina-
 tus, quadraturam specialem obtineri. E. gr. si in exemplo præ-
 cedente ponatur yv - av = 0, erit y = a. Transit ergo semi-
 ordinata KN per centrum circuli K, & area AKN = a², seu
 quadrato radii æqualis. Ex hoc fundamento omnia consequi
 nosat, quæ in his Actis de cycloidis spatiis innumeris geometricæ
 quadrabilibus tradiderunt ingeniosissimi fratres *Bernoulli*. Se

autem primum omnium in Actis Anglicanis A. 1697 detextisse arbitratur talium fundamentum. Ut præstantiam methodi in aprico ponat, duas subnectit spatiorum cycloidalium quadraturas geometricas & indefinitas, qualium hæctenus nulla apparuit. Insuper integra Sect. 6 monitum istud compluribus exemplis illustrat, & in iis ex sua methodo deducit theorema Cel. Domini de *Tschirnhausen* de Lunulæ quadratura indefinita in Actis A. 1687 editum, cui primam istiusmodi Quadraturæ inventæ laudem tribuit. Tandem Sect. 7 de summatione formularum $ay^m dy = by^{m+1} dx + qdx$, $ay^m dy = by^{m+1} pdx + qdx$, $ady = pydx + by^m qdx$ & $ay^m dy = by^m qdx + pdx$ (in quibus p & q denotant quantitates ex 1 & x utcumque compositas) nonnulla annotat, quas ad methodos quadraturarum a se expostitas reducit. Sed intelligentibus, quæ Cel. *Bernoulli* in Actis anni 1697 p. 115 & *Gabriel Manfredus* in libro de constructione æquationum differentialium primi gradus post ipsum p. 180 & seqq. tradidere, non apparet, quid novi hac in re præstiterit. Monet tandem, si per methodos a se explicatas summatio fieri nequeat, recurrendum esse ad series infinitas *Newtoni*. Hæc dicta sunt de parte operis eximii præcipua.

Libri secundus inscribitur de calculi fluentium usu: sed quæ hic occurrunt, nova non sunt, sed pleraque ex his etiam Actis dudum nota. Sectio enim prima series infinitas pro logarithmis, secunda alias pro arcu circulari ejusque sinibus, tangente & chorda, & tertia pro curva loxodromica ac independentibus problematibus nauticis exhibet. Eminent hic sectio quarta, in qua de transmutatione figurarum curvilinearum tractat Autor ingeniosus. Docet hic 1 omnes figuras binomiales geometricè quadrabiles in parabolicas transmutare, & inde earum Quadraturam determinare; & 2 figuræ cujusvis datæ Quadraturam invenire, ex descripta curva generis parabolici, quæ per assignata quotcumque puncta transit: quod est inventum summi Geometræ *Newtoni*, Geometræ sublimioris cultoribus satis notum. Colophonis loco hæc verba addit: „Hisce subungere decreveram calculum inveniendi theorematum meorum pro locis Geometricis, quæ cum tractatu nostro de Quadraturis edita sunt A. 1693: sed me labore illo exoneravit illu-

illuſtriſſimus *Hospitalius*, qui operis ſui poſthumi librum ſcripſit integrum 7 de theorematum horum calculo, & diſſuſa, methodi noſtræ explicatione. Multumque mihi gratulor, noſtra, qualiacunque tantopere in Gallia probari, ut ipſe *Hospitalius* (magnum ſcientiarum harum decus & promotore egregius) eadem tranſcribere, ejuſque operis poſthumi editor eadem luci denuo exponere dignati fuerint. Methodum *Hospitalianam* eandem eſſe cum *Craigiana*, monuimus cum *Hospitalii* opus poſthumum in hiſ Actis reſenſeramus. Sed cum *Hospitalius* non citet *Craigium*; quid aliud inde concludetur, quam Gallis a *Craigio* plagium *Hospitalii* falſe exprobrari? De optica analytica pauca nobis dicenda ſunt, cum gemina hiſce jam paſſim occurrant. Liber primus de Catoptrica agit, & in eo determinatur focus radiorum parallelorum, divergentium & convergentium, qui in ſuperficiem quomodocunque convexam vel concavam incidunt. Addit uſum in parte Catoptricæ inverſa, docens nimirum invenire curvam, quæ radios parallelolos excipiens efficiat, ut reflexi in dato puncto colligantur. Liber ſecundus Dioptricæ deſtinatur; & in eo determinatur focus radiorum parallelorum, divergentium & convergentium, in ſuperficiem utcuſque convexam vel concavam incidentium. Applicatio theorematum generalium ſit ad ſuperficies ſphæricas, tum etiam ad lentem quamcunque ſphæricam. Additur etiam problema generale de invenienda foci phyſici aberratione, quam prius in Dioptrica conſideravit *Hugenius*; & ultimo loco comparat ſolutio problematis de invenienda area, quæ ab omnibus refractis projicitur in planum, ad axem normale & in foco poſitum, atque hinc deducit rationem efficaciz radiorum in foco ad effociam incidentium in lentis ſuperficiem.

ACTA MEDICORUM BEROLINENSIVM IN INCREMENTUM Artis & ſcientiarum collecta & digeſta.

Volumen III.

Berolini, apud Godofredum Gedickium, 1718, 8.

Plag. 6.

IN Volumine hoc III Medici Berolinenſes N. I & II Hiftoriam morbi & ſectionem anatomicam B. Lichtſcheidii, Mathematica-

thematici & Theologi Celeberrimi, Collegæ quondam nostri, exhibeat; quem laborem suscipere eo magis necessarium iudicarunt, quo minus Medici, quamdiu aura vitali frui licuit ægro, morbum cognoscebant. Cum enim plerique credidissent, succum fuisse nutritium, qui ex thorace per paracanthesiâ aperto exsillaverat, quam etiam sententiam tueri conatus est Johannes Ernestus **Leidenfrost**, in Disputatione inaugurali Halzæ Magdeburgicæ anno 1704 sub præsidio D. Friederici Hoffmanni habita, sectio nihilominus, post fata Viri eruditissimi celebrata, ductum thoracicum integrum, ex empyemate vero post vomitum pulmonis ruptum etiam defunctum esse, manifestavit. Huncque morbum dignum æstimarunt Medici Berolinenses, quem variis analogis casibus N. III illustrarent. N. IV de Arte parandi vasa Porcellanica Extractum ex literis Rev. Patris d' Entrecolles, Missionarii Chinesis, & Diarii Trevoltiensis anni 1717 Jannario Artic. 5 pag. 19 insertis exhibent. N. V ancillæ mentionem faciunt, ense lato vulneratæ, qui in regione epigastrica tribus digitis latis sinistrorsum magis supra umbilicum dorsalesque thoracis vertebrae inter primam & secundam ad spurias costas pertinentem penetraverat, usu aquæ vulnerariæ, l' *Eau de arquebuse* dictæ, curatæ. N. VI casum recensent russici, cujus intestinum colon barbitonsot, tumorem hypogastricum, quem pro inflammatorio & suppurato habuerat, incidens, graviter læserat, ut fæces alvinæ copiose exinde effluerint, quod tamen vulnus feliciter curatum fuit. N. VII certam aquæ gryseæ efficaciam in sistendo fluxu synoviz circa juncturarum læsiones deprædicant, cujus descriptio hæc est: Rec. Mercurii vivi, aquæ fortis una unc. j. solve & reponere aliquandiu in loco frigido, ut congeletur quasi in crystallos. Seorsim paratur sequens decoctum: Rec. Herb. rut. hortens. solani hortens. arist. long. Rud. chelidon. maj. Flor. ros. una Manip. j. Incisa coque cum suff. quant. aquæ simplicis, Colaturæ Mens. ii calentibus adde priorem solutionem, atque tum abibit decoctum antea fuscum in colorem gryseum, deponens sensim sedimentum, sub usu commovendum. N. VIII febrifugum chirurgorum, quod ex arsenici partibus tribus & nitri parte una constat, certissimum, sed & nequissimum

TAB. II ad A 1719 M. April. pag. 181.



numa vocant. De cetero plagii crimine notant pag. 38 librum, qui anno 1697 Parisiis sub titulo : de l' Art de Verrerie, &c. par M. Haudicquer de Blancourt; i. e. Tractatus de Arte Vitriaria Autore Blancurtio, prodiit, nil vero novi referentem quod in opere Runckelii non habeatur, nulla tamen facta vel hujus, vel Neri, vel Merretti mentione.

VILLA BURGHESIANA VULGO PINCIANA, poetice descripta ab ANDREA BRIGENTIO, Patavino.

Romæ, apud Franciscum Gonzagam, 1716, 8.
Plag. 7 Fabb, æn. 24.

Villa Burghesiana, quæ extra portam Pincianam sita, vulgo Pinciana vocatur, præterquam quod loci amœnitate, & ædificiorum splendore inter alias Romanas villas eminet, quam plurima antiquitatis monimenta tenet, quibus curiosos peregrinantium oculos animosque in se convertit. Illam Cl. Andreas Brigentius hanc potissimum ob causam carminis sui materiam deligere voluit, ut illustris Jacobi Burghesii, qui illepidas scholarum nugas ingenti animo adspemabatur, studiis peropportune consulere, & ipsi velut incio fictorum Deorum nomina, res eorum gestas, atque alia gentium commenta, instillaret, quibus a natura abhorreere videbatur. Omnia autem Cl. Autor quatuor libris complectitur, in quibus villæ Burghesianæ magnificentiæ carmine heroico satis terro & nitido adumbratur. Inter alia vetustatis ruderæ, quæ afferuntur, nobis memoratu inprimis dignus videtur lapis, in quo Mithræ apud Persas sacra exhibentur. Ut de poetæ Cl. Autoris ferri possit judicium, en ejus descriptionem :

TAB. II.

At reliquis præstat Lapis hic, ubi cultus agrorum
Vel signis latet arcanis, vel Persica divo
Sacra Mithræ fiunt, en bos procumbit in antro,
Definit in spicas cui cauda erecta : sacerdos
Terga genu premit : & correptum naribus acto
Injugulum ferit ense Bovem : dum sanguinis imbrean

Excipit ore canis, quid hianti gutture corvus
 Potantem adspectat? tauri sub ventre quid anguis
 Reptat? quid cancer morfu genitalibus hæret?
 Interea pueri gestantes lampada sacris
 Interfunt: cidaris, regale insigne, ministros
 Obtegit, ac mysten; pulsa dum nocte quadrigæ
 Surgentem Titana vehunt, Latonia bigis
 Occidua infertur: Veneris quæ fidus amicæ est,
 Fax elata præsit Soli, depressaque Lunæ.

Atque hæc ratione plures statutz & picturæ, quæ ex remotiore antiquitate ad nos pervenerunt, describuntur, quas illis quoque, qui graphice delectantur, haud ingratas fore existimamus, quandoquidem maxima earum pars in æs affabre incisa exhibitur.

ADAMI TRIBBECHOVII DE DOCTORIBUS Scholasticis, & corrupta per eos divinarum humanarumque rerum scientia, liber singularis. Editio secunda, cui accessit G. A. HEUMANNI Præfatio, item Vita Autoris, & Index copiosus.

Jenæ, apud Jo. Fel. Bielkium, 1719, 8.

Alph. 1 plag. 7.

Medio xvo qui in Academiis Philosophiam docebant ac Theologiam, eos dictos fuisse Scholasticos, constat inter omnes. Eorum historiam nemo diligentius persecutus est Tribbechovio, ideoque jamdudum desiderata fuit nova hujus libri, a Jac. Thomasio & Morhofio eximie laudati, editio. Iterum igitur nunc prodit hic liber, & quidem ornatior locupletiorque. Præter Indicem enim accuratissime confectum exhibetur Vita Tribbechovii, simulque Cl. Heumanni dissertatio præliminatis, qua de origine, appellatione, natura atque *dioplas* Theologiæ & Philosophiæ Scholasticæ copiose disputatur. Ipsius libri, multis annis ante, quam Acta hæc publicari cœpta sunt, jam emissi, nec inter eruditos ignoti, recensione superfedemus. Vitam vero Autoris ac novam Præfationem paulisper perlustrabimus, Natus est Tribbechovius A. 1641 d. 10 Augu-

Augusti Lubecz, ubi pater ipsius Gymnasii Collega erat. Literis omnis generis Lubecz, Rostochii, Helmstadii ac Giffa excultis, ducibus Bangerto, Dorscheo, Varenio, Conringio, Schindero, Calixto, Haberkornio, Siricio, ob ingenii famam edito hoc de Doctoribus Scholasticis libro partem inter Professores Academiae Kiloniensis A. 1664 receptus est, ac civilem atque ecclesiasticam historiam tradidit, variasque perdoctas dissertationes edidit. A. 1672 ab Ernesto Pio, Duce Saxoniae, Gotham arcessitus est ad obeundum munus Consiliarii, ecclesiastici & aliquot annis post Superintendens generalis constitutus. A. 1687 praematura morte decessit, relinquens liberos septem, itemque libros elegantissimos, inter quos praeter eum, quem in manibus habemus, eminent ejus Exercitationes contra Baronii Annales, & liber de Naturalissimo.

Accedimus ad Praefationem, in cujus exordio observatur, nomen *Scholastici* Ciceronis aeo recentius esse, Quintilianum vero aetate tritissimum fuisse. Hoc enim tempore *Scholasticos* dictos fuisse eos, quos hodie *Professores* disciplinarum vocamus. Qui cum alios eruditione excellerent, postea accidisse, ut *Scholasticus* significaret quemvis eximie eruditum hominem, qualem hodie vocamus *Polyhistorum*. Ceterum cum medio aeo sola fere Theologia excoleretur, inde factum esse, ut nomen *Scholastici* designaret hominem Theologum eundemque Theologica illius aevi Philosophia excultum. Ostenditur porro, singula fere coenobia illa tempestate suum habuisse *Scholasticum*, id est, Theologiae ac Philosophiae Professore: atque hinc respondet ad quaestionem, quis primus fuerit Scholasticus, alio modo, quam vulgo responderi solet. Hinc investigat indolem ac naturam Scholasticae illius Philosophiae pariter ac Theologiae, ac Philosophiam Scholasticam definit, quod sit *Philosophia in servitutem Theologiae Papae redacta*. Primum Scholasticorum *ψευδῶς*, quod vocant, fuisse ait illam opinionem, qua statuerunt, Theologiam esse debere restrictricem Philosophiae, Philosophiam contra esse debere ancillam Theologiae. Etsi enim Scriptura omnis erroris immunis est, tamen Theologia, iudice Nostro, hoc privilegio non gaudet, sed legibus rectae Rationis subiecta est, imo pars quaedam est

Philo-

Philosophiz, eaque nobilissima. Cetera lectoribus reliquas res consideranda, Heumanni de Tribbechoviano libro iudicium adiungimus. Ait itaque Tribbechovium hoc in opere & summa industria congefisse quicquid in variis libris huc pertinens diuturna ex lectione annotarat, & rectissimi iudicii libra orania ponderasse, & commodissimo singulas hujus historiz partes exposuisse ordine, & eleganti denique suavissimoque dicendi genere totum hoc argumentum persecutum esse. Ingenue tamen simul fatetur, duo Capita a Tribbechovio fuisse pretermissa: unum, quo singulorum Scholasticorum vita, scripta & fata percensenda erant; alterum, quo exhiberi oportebat reliquias Philosophiz Scholasticz in Philosophia ac Theologia Lutheranorum deprehensas. Ceterum utrumque Caput se pollicetur expleturum in *Actis Philosophorum*.

Anweisung zur Erlernung der Historie etc.

i. e.

ABBATIS LANGLETI DU FRESNOY METHODO tractandi historias, una cum catalogo Historicorum, Germanice versa. Notas addidit ac passim auxit & emendavit D. JO. BURCHARDUS MENCKENIUS, Consil. & Historicus Regius Hist. P. P. & Societ. Reg. Britan. Soc.

Lipsiz, apud Jo. Frid. Gleditschii B. Fil. 1718, 8. Alph. 3.

ET si libri hujus mentionem nondum fecimus, de ejus tamen utilitate eximia publice constat, postquam Gallice Parisiis primo & mox Bruxellis prodiit, iterumque Lipsiz 1714, cum notis & additamentis Menckenii nostri, quæ ipsi Cl. Autori non displicuisse accepimus. Cum inde librum Veneti e Menckenii editione (in qua tamen ei falso prænomen dedere Jo. Baptistæ) Italice translatum, librisque in Italia editis auctum recudissent 1716, nostri quoque Germanico idiomate librum edere e re duxerunt. In hac ergo editione & Interpres partes suas egregie implevit, facili quippe ac florido stylo usus, ut jurares verba acula nostra scriptum ab Autore librum, & Menckenius catalogum historicorum in finitibus prope locis e propria Bibliotheca auxit, Collectionum constantia exposuit, novasque eruditorum censuras adjunxit, libris insuper, qui apud ipsum exstant, apposita stellula designatis.

181)(0)(181

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Maji Anno M DCC XIX.

NOVUM VOLUMEN SCRIPTORUM RE-
rum Germanicarum, imprimis ad Lusatiam & vicinas
regiones spectantium. E Bibliotheca Senatus Zittavi-
ensis edidit & Introductionem in Scriptores præmisit
CHRIST. GODOFREDUS HOFFMANNUS,
J. U. D. & in Acad. Lips. Juris Nat. &
Gent. Prof.

Tomi IV.

Lipsiæ & Budissæ, sumpt. Dav. Richteri, 1719, fol.

Alph. 18½ Tabb. æn. 6.

Optime de Historia patria meretur Consult. Hoff-
mannus, Collega noster honoratissimus, dum Scri-
ptores rerum Lusatiarum, plerosque hactenus late-
tes vel ineditos, e Bibliotheca Zittaviensi atque ali-
unde communicatos, publici juris facit, quibus etiam eruditam
præmisit Introductionem, a nobis paulum perlustrandam. Ex-
hibentur nimirum Tomo I Parte I *Vita Viperzi Comitæ Großen-
sæ & Lusatia Marchionis, Autore Monacho Pegaviensi, cum*
brevis Reineri Reineccii notationibus, quem librum dum
erudite considerat Cl. Editor, occasione agri Nisani duo pro-
ducit diplomata, alterum Ottonis M. quo fundat A. 948 Ec-
clesiam Misnensem, alterum Johannis Papæ, quo donationem
monasterii S. Johannis Misnæ per Ottones factam confirmat;
2) Jo. Garzonis Bonon. *de bellis Friderici Admorsæ, seu de re-
bus Saxonie, Thuringie, Libonotria, Misnia & Lusatia Libri II,*
cum notationibus itidem Reineccii, cujus Codicem MSptum

A a

accu-

accuratis Tenzelii notis illustratum, cum reperisset Editor apud J.B. Menckenium nostrum, facile ab eo impetravit, ut notas illas integras lectu apprime dignas Introductioni suæ infereret; 3) Casparis Peuceri *Idyllium Patria* i. e. Budissæ, quod, ut alia, in carcere ita conscripsit, ut chartam margines libri Concordiæ, atramentum crustæ panis crematæ, & cerevisia dilutæ, calamos anserum alæ, quas impetraverat ad tollendos squalores, suppeditaret; 4) Christophori Manlii, Gorlicensis, *Commentariorum rerum Lusaticarum Dæigma*, seu prodromus, & 5) ipsi ejusdem *Commentarii* Libris VII comprehensi, quæ opera, etsi nondum ab Autore profus ad umbilicum perducta, principem tamen in hac Collectione locum suo merito tuentur. Succedunt altera hujus Tomi parte 1) Mart. Mylii *Annales Gorlicenses*; 2) Joach. Meisteri *urbis Gorlicensis descriptio*; 3) Abr. Gastii *Annalium Gorlicensium brevis deductio*; 4) Barthol. Andreade *facrum Salvatoris nostri Cenotaphium, Gorlicis ad prototypon excitatum*; 5) Melch. Gerlachii *Oratio & Elegia de 500 adium alma Zitta 7 Jun. 1608 incendio*; 6) *Excerpta* e Jac. Ticini *Historia Rosenthalensi*; & 7) M. Chr. Gottlob Pitschmanni *Memoria Gersdorfforum familie*. Tomo II exstant 1) Aug. Adolphi ab Haugwitz *Prodromus Lusaticus*; 2) Abr. Frencelii *Lusatia utriusque Nomenclator*; 3) *Dissertationes tres de Idolis Slavorum, præfide Jo. Petro Ludovico Viteberga habita a Mich. Frencelio*; 4) Abr. Frencelii *Comm. de Diti Soraborum aliorumque Slavorum*; 6) Jo. Barth. Beckmannus *de Lusatia*; 7) Casp. Sagittarii *Historia Lusatica*; 8) C. S. Schurzfleischius *de Lusatia*; 9) Mich. Henr. Gribnerus *de jure Civitatis Germanica Lusatia competente*; item *de Marchione Gerone*; 10) Ad. Erdm. Mirus *de rebus Lusaticorum*; 11) Jo. Ge. Kunschki *de Lusatia*; 12) Sam. Grosseri *de bullis aureis Imp. inprimis is, quæ in Gorlicensi curia aservantur*; 13) Petri Jænichii *Conspectus literata Lusatia, scil. Inferioris*; 14) Christoph. Staudii *Parnassus Gorliciorum*; 15) Chr. Weiffii *Or. de ortu & progressu scholarum per Lusatiam superiorem, & 16) Chr. Funccii de canobii gymnasique Gorlicensis ortu & progressu*. Tomo III Jo. Petri Ludewig, Sam. Strykii, Christoph. Dohndorfii, Jo. Balth. Wernkeri, Chr. Wildvogelii,

vogelii, aliorumque dissertationes de juribus Lusatiz; ac demum Tomo IV continentur: *Chronicon Montis Sereni*, antehac a Madero vulgatum, cum variorum monasteriorum foundationibus; Pancratii Vulturini *Slesia Bresla*, Poema, seu totius Silesiz descriptio, cujus codicem MS. a Menckenio nostro pariter communicatum habuit Cl. Editor; excerpta ex Andr. Hoppenrodii *Annal. Gernrodenfisibus* de Gerone, C. H. Graunii *Dalemincia Slavorum*; denique appendix diplomatum & documentorum, quibus insuper accedunt in Introductione *Formula cessionis inter Wenceslaum Regem Bohemie & Fridericum Marchionem Misniae A. 1289*, & *contractus permutationis Archiep. Magdeb. Wichmanni, concernens bona nonnulla in Lusiza Marchia sita A. 1185*. His vel leviter enarratis facile nos speramus salivam movisse Lectoribus nostris, ut ipsi haurire e fontibus istis, quam a nobis specimina expectare malint; imprimis cum nova nunc nobis paulo fufius recensenda sit Lusatiz Superioris Historia.

**Neueröffneter Ehren - Tempel merckwürdiger
Antiquitäten des Marggrasthums Ober-Lausiz.**

i. e.

HONORIS TEMPLUM MEMORANDARUM
Antiquitatum Marchionatus Lusatia Superioris, referatum a JO. BENEDICTO CARPZOVIO, J. U. D. Potent. Regi Pol. & El. Sax. a Consil. Commissionum & Syndico Zittaviensi.

Lipsiz & Budissz, apud Davidem Richterum, 1719, fol.
Alph. 7 pl. 6 it. 52 Tabb. Geneal. & 7 Fig. 21.

DUm colliguntur alibi dispersi Historiz Lusatiz Scriptores, novam summo studio concinnatam proculdit vernaculo sermone Consultissimus Carpzovius, qui post editum ante biennium Zittaviz suæ Chronicon luculentum, a nobis in Actis A. 1716 p. 141 commendatum, nunc omnem Lusatiz superioris Historiam complectitur, errores aliorum emendat, & ubi-que testimonia ex optimis Autoribus, vel documentis publicis petita subnectit. Hæc inter prima jam vice typis expressa legi-

- p. 12. merentur: *Diploma Joannis, Regis Bohemorum*, quo Lusatia superior perpetuo nexu Bohemiz unitur; *Ferdinandi I privilegium* de insignibus civitati Laubanenſi concessis; *Fœdus Hexapolitanum contra depradatores*; *Fundatio Monasterii Laubanenſis S. Mariæ Magdalena dicati*; & *Cenobii Mariævallenſis*, in alia parte taceamus. Opus ipsum in duas partes est divisum, quarum prima Imperantium, civitatum, Monasteriorum & scriptorum præcipuorum delineationem sistit.
- 73-
115, 204.
298.
341.

P. I c. 1 p. 2.
Lusatia Superior ævo medio Marchia Orientalis plerumque dicta fuit, cum Terra Orientali seu Osterlandia minime confundenda. Lusatiz autem nomine Inferior Lusatia tunc insignita, nec Lusatiz Superioris denominatio ante Sec. XV innotuit. Primi istam incolere Suevi, Sorabi postea, denique victores eorum Germani. Defuncto Woldemaro, Brandenburgico Electore, Lusatia hæc Regi Bohemorum Joanni se submit, quam junctam Marchiz Gorlicensi Carolus IV Bohemiz perpetuo nexu sociavit. Unde factum, ut salvis hisce juribus Lusatia, feudali saltem titulo, Domui Saxoniz 1636 cessa fuerit. In enarrandis iis, qui Superiorem Lusatiam imperio rexerunt, plurimi falluntur, vel Lusatiam utramque confundendo, vel ex antiquis Saxonis, aut Polonicis quosdam incaute immiscendo, cum potius a Bohemis maxime illi sunt petendi. Primus inter istos nominatur Lidomirus, Przemislai filius circa A. 549, quem plures ex Bohemis sunt secuti: hos excepit Woldemarus I Brandenburgicus, quo mortuo Lusatia denuo Bohemos, imprimis regnante Carolo IV, Dominos agnoverant, donec illa sub auspiciis Ferdinandi II ad Joannem Georgium I Seren. Saxoniz Electorem devolveretur. In recensendis istis industria singulari Cl. Autor versatus est, nec mediocrem lucem historiz huic tenebris obvolutz affudit. Marchiones absentes hanc terram per Exarchos plerumque rexerunt, quorum originem licet a Sec. X nonnulli deducant, certiora tamen circa A. 1413 occurrunt. Insignia Lusatiz Superioris, aliunde satis nota, A. 1638 primum in moneta Saxonica sunt expressa; id tamen haud prætereundum, civitatem Budissinensem iisdem uti, forsitan quod arce ibidem exstructa veluti moenia fortissima Polonis,

22.
c. 2.
3-
4-

nia, Bohemis, & Venedis essent objecta. Fœdera deinde tum Marchionum, tum Hexapoleos, cum vicinis vel exteris percussa, notari merentur. Illud in receptione Homagii singulare est, quod ipsi territorii Dominis, nunquam Commissariis eorum, Lusati id præstiterint, acceptis vicissim literis de conservandis eorum juribus, privilegiis ac Resolutione Gravaminum, eodemque tempore Vasalli fidelitatem juramento confirmaverint. In Dixtis Provincialibus, Budissæ plerumque celebratis, Ordines in duas classes dividuntur. Prior continet Prælatos & Equites, altera Hexapolitanos. Sunt illæ vel *Stataria*, ter quondam anno quovis habitæ, vel *Extraordinaria*, ab Exarcho nomine summi Principis convocata, interdum *Particulares*, ubi pauci, quorum interest, conveniunt. Utebatur olim Lusatia superior jure Magdeburgico, eamque ob causam vi rogata Jurisdictionis ad Scabinos Halenses vel Magdeburgicos provocatam, quod Ferdinandus I A. 1548 abrogavit. Jam vero Appellationes ad dicasterium Electorale Saxonicum Dresdam diriguntur. Præterea commemorari debent jura Lusatis in primis usitata. Alterum eorum lingua Germanica vocatur, *der Vorriss*, cujus beneficio Vasallus, successoribus Feudalibus destitutus, coram Exarcho toto corpore loricated atque gladio accinctus, e terra conscendere tenetur caballum, ut potestatem feudum in allodium mutandi nanciscatur. Alterum dicitur *Jus Equestre*, Germ. *das Richter Recht*, sive *Ebrenzafel*, nusquam si Silesios excipias, præterquam in Lusatia receptum, & jam Sec. XIV introductum, vi cujus Eques Lusaticus, cui questio status mota, vel injuria illata, adversarium absque Pro-Curatoris auxilio coram Judicio Nobilium hunc in finem convocatorum accusat, a quibus controversia sine ulteriori instantia dirimitur. Exempla ex documentis publicis huc adducta, & Scriptores eandem in rem facientes ex Autore peti possunt. Inter flumina, quæ ex Lusatia ad vicinos prolabantur, potissimum innotuisse, Sprea, Elyster Niger, Plasniza, Polsniza. Metalla varii generis, aurum, argentum, cuprum, plumbum nimis parce Lusatis natura tribuit, ut proventus inde sperati sumtus haud æquent. Urbes præcipuæ Seculo XIV fœdere se invicem sociaverant,

c. 5.

6.

p. 120, 123.

7.

8.

9.

10.

p. 158, 162.

12.

13.

14.

- unde *Hexapoleos* nomen ipsis inditum. Ordine incerto antea usq̄, ab A. 1559 demum hunc servavere: *Budissa*, *Gorlitzium*, *Zittavia*, *Laubana*, *Camentia*, *Labavia*, quæ omnes postea communi quodam fato bello Hussitico & tricennali misere fuerunt attritæ. Ceterum de singulis pauca insuper addemus. *Budissa* Sec. X Principi Bohemicæ originem debet, quæ tunc gravida voverat, se filium enixam urbem condituram, unde in rei memoriam Slavicum hoc nomen urbi datum. Collegium Canoniorum Bruno II Præsul Misnensis A. 1213 ibidem fundavit. *Gorlitzium* Sec. XII a Sobieslao I exstructum, sed incendiis sæpius pene deletum, nomine Veneto vocatum videtur, quasi urbs exusta. Georgius Emrich civis ibidem sepulchrum Sanctum, Hierosolymitanum illud imitaturus, condidit. *Zittavia*, a Nostro jam antea, uti diximus, illustrata, Bohemica lingua frumenti feracem notat. Sec. XIII jure civitatis fuit donata, pannorum & linteorum opificio celebris. *Laubanam*, a Venedis ob ligni copiam sic vocatam, Seculum XI primum vidit, a Brandenburgicis deinde amplificatam. *Camentia* a solo lapidoso Venedis dicta. Sec. XIII conditores veneratur veteres Dominos de Camentia, e gente Greiffenstein, quorum Historia hic simul exhibetur. Electores Saxoniz prima vice Comitibus Provincialibus 1621 huc convocarunt. *Labavia*, Slavorum voce, quasi in profunda valle sita, & a Venedis initio Sec. VIII exstructa, antiquitate omnes Lusaticæ urbes longe vincit. Bina quoque Monialium Catholicæ Religioni addictarum monasteria ordinis Cisterciensis hic reperiuntur. Prius dicitur *Stella S. Mariæ*, haud procul Camentia, a Witigone, Burcardo & Bernardo, Dominis Camentiz, fundatum, & 1264 confirmatum. Alterum *Mariæ Vallense* in finibus Gorlicensium, Cunigunda Bohemiz Regina dedicavit, quod maritus ipsius Wenceslaus 1238 ratum esse jussit. Utrumque Abbatiz regunt, quæ votum & sessionem in Comitibus Provincialibus ac Jurisdictionem Secularem per Advocatum monasterii ex Nobilibus Lusaticis electum exercent. Denique Historicorum Lusaticæ vitæ & scripta accurate referuntur, & consutatis *Abrab. Hofemanni* quisquiliis, reliqui meritis laudibus extolluntur, quorum plerosque, ut antea vidimus, luce publica nunc donavit Conf. Hoffmannus. In

In Parte II gentes aliquot, generosæ stirpis antiquitate in Lusatia Superiore illustres, adjunctis Tabulis Genealogicis, oculis animisque subjiciuntur, & qui ex istis vel toga vel sago inclaruerunt, accuratius delineantur, erroribus aliorum sollicitè emendatis. Exhibentur vero 1) Burggravii a Dohna, 2) Comites, Barones & Nobiles de Nostitz, 3) Barones & Nobiles de Gersdorf, 4) Domini de Caniz, ex quibus aliqui Baronum dignitate ornati, 5) Domini de Ponickau, 6) Domini de Hund, 7) Nobiles de Mezrad, & 8) Nobiles de Debschitz. Horum in laudes excurrere non licet & si pauca delibare velimus, verendum nobis esset, ne minus, quam merita illorum postulant, dixisse videamur.

JUSTI FONTANINI, CUBICULARII PONTIFICII, DISSERTATIO DE CORONA FERREA LONGOBARDORUM.

Romæ, apud Franc. Gonzagam, 1717, 4. maj. Plag. 18.

item

Lipsiæ, apud Maurit. Georg. Weidmannum, 1719, 8.

Plag. 17.

GRavissime ferens Celeb. Autor, sanctitatem Coronæ ferreæ Modoetienfis in dubium vocari a Mediolanensibus invidia quadam, ut ipsi videtur, ductis, sigillatim a Cl. Muratorio in Commentario, nuper Suppl. Tom. VII Sectione IV memorato, hanc sententiam acriter, Muratorio licet nuspian nominato, defendendam suscipit. Etiam si vero, judice Baronio, constans fama vetusque traditio potius ad probationes hujusmodi quam scripta sufficiant, tamen nec scriptorum veterum approbatione carituram eam esse confidit, idque adeo exponere hoc scripto allaborat, cujus duas hic prodncimus editiones, Romanam sub ipsis Ill. Autoris oculis editam & Lipsiensem ab ipso Autore recognitam & auctam. Orditur autem ab enumeratione clavorum Christi, & fati eorum, quatuor numeratos fuisse probans. Horum unum freno Imperatoris Constantini insertum; alterum coronæ superne galeatæ ejusdem; tertium projectum esse in fretum ad sedandas tempestates

Adria-

Adriacas (vel, ut Autor credit, ob reverentiam in arca demissum in aquam) narrant. Quartum in statuam Apollinis, quam reformatam Constantinus suo nomine vocaverit, variisque reliquiis consecraverit, esse translata, ut traditur; Autori credibile non videtur: potius hunc & partes reliquorum clavorum (nec enim integrum clavum ab Helena coronæ suæ inditum ipsi est credibile) variis locis inter Christianos distributos, passimque adeo ostendi posse. Et priorum quidem unum freno insertum cum ipso scilicet freno Mediolani videri, alterius vero partem primitus Constantinianæ, postea ferreæ Italicorum Regum coronæ, de qua sermo, insertam Madoetiz, ejusque reliquam partem Romæ videri statuit.

Quantum ad argumenta D. Muratorii, putat Cl. Autor, etsi in nulla S. Gregorii epistolarum, quæ exstet, in quibus reliqua Theodehinz submissa beneficia, id est, reliquæ memorentur, mentio fiat clavorum; sperandum tamen esse temporis beneficio aliquando ejusmodi epistolam productum iri. Nec adeo sacrarum reliquiarum tenacem fuisse S. Gregorium, ut non varias Regibus, Principibus, Episcopis submiserit, testibus ejus epistolis ab Autore adductis. Igne liquari sacrum clavum non esse contra pietatem, cum alias Helena ex eorum uno frenum non potuisset efficere, & lima attritus sit etiam anno 1649 clavus Mediolanensis in gratiam Mariæ Austriacæ Hispaniarum Reginae. Ad objectionem, quod arctior sit, quam ut capiti alicujus imponi posset, respondet, distinguendum esse inter diadema & coronam, hancque summo apici diadematis imponi suevisse. Illiberale adeo putat ulteriorem probationem aut autorum corporum monumenta requirere in re, quæ constanti fama tradatur, præcipue cum, quicquid etiam de irreligiositate objici posset, fides purget facinus, nemoque ferrum colat, sed Christi passionem veneretur & adoret in ferro.

Ceterum non videri, cur Reges Italiæ in oppidum celebritate cum Mediolano non comparendum se conferre voluerint, nisi sanctitatis opinio thesauro, quem illud servaret, hæsisset. Satis tamen antiquam fuisse etiam Madoetiz dignitatem, etfi a Mediolanensibus pressæ & imminutz, ex assertionibus Auto-

RAM

rum quorundam demonstrat : denique sanctam dici coronam a scriptore satis antiquo Villanio, & ab omnibus qui de prisco sacro thesauro Modoetienfi mentionem fecerint, eandem illi esse connumeratam.

Tangit vero etiam controversiam, a *Casatio & Muratorio* motam, de jure eligendi Reges Archi-Episcopis Mediolanensibus a Gregorio Papa concessio, illudque his vindicat. Causam denique, cur Henricus VII sive Luxemburgicus corona alia, quam prisca illa ferrea, consecratus sit, prolixius & disertius exponit, variaque adeo fata illius recenset.

Ex quo constat, eam una cum reliquis vasis sacris a Turrianis oppignoratam, ad alios aliosque mercatores transiisse, quos tamen omnes bonis suis excidisse observatum fuerit. Postquam vero 46 annos abfuisset, a Matthæo Vicomite, admonito in quorum manibus esset, anno 1319 esse redemptam. Quadriennium cum ab ea recuperata effluxisset, Canonicos Modoetienfes metu bellorum ingruentium eandem cum sacro thesauro reliquo sepelire decrevisse, selectis quatuor ex suis, qui sacramento se obstrinxerint, ne quisquam eorum, præterquam morti proximus, rem alteri cuidam panderet, indeque in diversa loca discesserint. Accidisse vero, ut eorum aliquis jamjam moriturus rem Aicardo Archi-Episcopo Mediolanensi communicaret, tunc exuli. Hunc rem ad Cardinalem Legatumque Apostolicum detulisse. Unde per Aimericum, ætario Pontificio præfectum, sacer ille thesaurus ex Modoetienfibus foveis eductus, Avenionemq; ad Papam Joannem XXII delatus sit; qui quidem factum ipsum improbaverit, interim thesaurum Canonicis Avenionensibus coram nonnullis ex Modoetico & Castellano tabellione tradiderit asservandum. Quo interjecto tempore cum Ludovici Bavari coronatio peracta sit, notat liquere eum non vera ferrea corona cinctum fuisse. Ceterum furem, cui ad sacrarium Avenionense accessus patebat, eam abstulisse porro narratur. Sed cum ad pontem Rhodani fugiens venisset, visum sibi esse videre milites pontem custodientes, imo idem prodigium ad omnes urbis portas reliquas offendisse, eoque de ea intra urbem vendenda cogitasse, ab aurifice vero, cui eam detulerit, deprehensum, meritis pœnas dedisse : thesaurum in loco publico

sacro in arca suspensum, donec Modoetiam mitti posset, quod factum tandem anno 1345. Ex eo tempore Mediolanense vulgus invidia erga Modoetienses coronam illam palearem dixisse credit.

Silentium Jovii aliorumque in recensenda coronatione Caroli V parum momenti habere notat Cel. Autor, præcipue cum Jovius multis aliis modis lapsus deprehendatur. Ceterum si vera sint, quæ Ripamontius narrat, (vera autem esse contra Muratorium contendit,) quæ circa illam contigisse dicuntur: horrore scilicet perfusos omnes adstantes, cum Cæsaris capiti corona imponeretur; admodum evidens judicat, sanctitatem ejus fuisse tum agnitam. Post Ripamontium hanc veritatem adstruxisse Bugatum aliosque S. Caroli Borromæi æquales vel suppres: ante hos vero Joh. Baptistam Doganum, qui anno 1530 orationem in laudem Caroli V scripserit. Si urgeatur, non Marchionem Montisferrati, sed Episcopum aliquem eam Carolo præferre debuisse, si sancta tum reputata fuisset, respondet: hoc permittente Pontifice tum præsentem fieri potuisse. Nec dubitat ex opinione illa sanctitatis fluxisse, quod operculo, cui inclusa remissa erat, ut hodieque visitur, crux impressa est, cum alias Cæsaris, vel patroni Modoetienfium S. Joannis Baptistæ, vel aliud signum impressum fuisset.

Etis autem in Actis visitationis thesauri Modoetienfis a S. Carolo susceptæ sacri clavi nulla fiat mentio, constare tamen ex relatione Cubiati Notarii, qui annum agens 98 (vixit autem integros 110 annos) juramento interposito affirmaverit, S. Carolum in actu illo visitationis fuisset manibus thecam coronæ ferreæ sublevasse, accensisque funalibus sacrum clavum genibus flexis osculatum, invicemque suo & Episcopi Ragazonii capiti coronam imposuisse; quod factum assertionem plurimum testium, presbyterorum imprimis nonagenariorum, confirmetur, qui S. Carolum hanc coronam laudantem pro suggestu audiverint, vel a parentibus suis idem acceperint. Caroli ipsius autoritatem in hac re multum valere, cum tanta religione omnes sacras reliquias sectatus fuerit, & falsas abs se detectas intrepide exposuerit, ut dictæ inde enatum sit, per Cardinalem

Borro-

Borromæum nec vivos nec mortuos quiescere. Eandem sententiam fuisse Archi-Episcopis sequentibus Montio & Littæ. Decretum Vicarii generalis Antonii de Mattheis, qui sedē vacante religiose eam deferri vetuerat, ab Archi-Episcopo subsequente abrogatum, & coronam in cruce prægrandi, in qua nunc post tempora Caroli Borromæi asservatur, præferri permissum. Et quamvis deinde anno 1687 Antonius Franchedinus in visitatione Basilicæ Modoetiensis hunc cultum iterum prohiberit, & rationes, cur idem hactenus habitus esset, Archi-Episcopo Viscontio exponere Modoetienses iusserit; tamen illum Archi-Episcopum decretum nullum interposuisse, quod quidem tradi a Muratorio indigne fert, sed simpliciter ad Romanæ curiæ discussionem totam rem remisisse, Autor evincit.

Cujus adeo decreta expectanda, nec quenquam iniquius animatum esse decere, in priori operis editione monuerat Ill. Autor, quam ipse Calvinus fuerit; qui, quod 14 clavos diversis locis asservari observasset, omnem propterea eorum cultum explodere conatus sit. Summa id quidem, cum ipsi videtur, injuria. Nam etsi summi Pontifices non ignoraverint numerum clavorum etiam majorem, quam Calvinus prodidit, 25 nempe, quorum Catalogum ipse Autor recenset, locis ubi asservantur annotatis; plures tamen & fonticas rationes habuisse cultum eorum non prohibendi, inter quas est, quod sancte credi possit, clavum aliquem ex his mysticum Christi membrum aliquod, martyrem nempe, confixisse, vel plures compingendo ligno crucis adhibitos. In posteriori vero & hac editione hujus controversiæ decisio a Romana sede facta exponitur, decretumque ipsius pro Modoetiensibus datum in fine exhibetur.

RELATION D' UN VOYAGE DU LEVANT,

hoc est,

*RELATIO DE ITINERE IN ORIENTEM SUSCEPTO,
auspiciis Regis Gallie, a PITTON DE TOURNEFORT,
Consiliario Regio, Academia Scientiarum Collega, Doctore
& Profess. Medicina Parisiensi. Tomi tres.*

Bb 2

Lugdun.

Lugdunæ, apud Anisson & Pofuel, 1717, 8.

Alph. 4 pl. 14 Tabb. æn. 155.

Prefationis loco, quippe quam Autor ante, quam totum opus typis esset exscriptum, vita defunctus conficere non potuit, in limine hujus Itinerarii exhibetur Vita Autoris, quam a nobis jam A. 1710 p. 210 his in Actis breviter expositam nunc silentio præterimus. Ipsa historia itineris viginti duabus continetur epistolis, ad Comitum Pontchartrainium, Secretarium Status Regium, perscriptis: quibus præfixum est proœmium, e quo discimus, illius, quem diximus, Comitum instinctu Regem Gallie constituisse, mittere doctos aliquot viros in regiones cæteras, Historiam naturalem curiosis observationibus locupletaturos, Geographiam illustraturos, atque religiones, mores, commercia gentium bona fide descripturos. Electus hinc Turnefortius, qui peteret Orientis regiones, strenue hoc iter ingressus est mense Martio anni 1700, adscito sibi Medico, itemque pictore. Eodem in proœmio recensitionem exhibet eorum, quæ Massiliæ, ubi navem conscendit, notatu digniora vidit, atque in urbibus inter Lutetiam & Massiliam interjectis. Inter alia refert, Thomasinum, Consiliarium Parlamenti Provincialis, editurum esse epistolas Peirescii. Quo loco & memoriæ prodit, heredes Peirescii MSSa in ejus museo reperta consecrasse Vulcano, & per integram fere hiemem conclave hoc modo calefecisse. Ac recte judicat Turnefortius, excusatus eos fuisse peccaturos, si lignum cedri vel aloes pro MSS. illis combussissent.

p. 6.

74.

75.

In ipsis epistolis præcipua cura impenditur describendis plantis cujusque regionis: ipsarum vero regionum atque urbium non præsens solum status, verum etiam vetus historia et monumentis antiquorum scriptorum diligenter exponitur. Statim Epistola prima secundaque Creta insula describitur accurate, simul præcæ urbis *Gortyna* ruinae, veteris magnificentiae testes, repræsentantur, adjecta numorum mentione olim hac in urbe usorum, quorum præstantissimus habetur, qui Hadriani Imp. nomine inscriptus, in aversa facie hæc literas exhibens: KOINON KPHTON FOPTTE. exstat in Regis Gallie Numophylacio. Exhibet etiam Autor noster duas in-

scriptio-

scriptiones Græcas, Gortynæ adhuc exstantes, nec a Grutero commemoratas. Tribus milliaribus Gortyna distat labyrinthus celeberrimus, cujus accuratissimam descriptionem cum lectoribus communicat Autor, simul observans, non esse eum labyrinthum veteribus tantopere celebratum: hunc enim in urbe Gnossæ fuisse. *Ladanium* quoque in hac insula large proveniens quid sit, præclare docet Autor, qui & hodiernis Crætæ insulæ incolis hanc laudem tribuit, quod honestioribus sint moribus præditi, quam olim fuisse leguntur. Epistola III hodiernus Græcæ Ecclesiæ status describitur, qui quidem tam est miser, ut sacerdotes literarum omnium sint expertes, ac in omnibus regionibus Turcico imperio subjectis vix decem reperiantur Græci Christiani, vetustæ linguæ Græcæ periti. Narrat etiam Autor, quantam quamque pravam levitatem ostendant Græci in deiciendo Patriarcha Constantinopolitano, novoque sufficiendo: nec sine nota dimittit novi cujusque Patriarchæ avaritiam, quam Episcopi sacerdotesque reliqui imitantur. Hinc describit Calogeros, monachos ordinis S. Basilii: item templa Græcorum, ritus ecclesiasticos, nuptiales, dogmata denique & superstitiones. Epist. IV insulas, Argentariam, Melon, Siphnum & Seriphum perlustrat. Memoratu dignissimum in toto oriente, quod ad historiam naturalem attinet, ei videtur quoddam genus aluminis, (*alum de phume* vocat,) quod in Melo insula gignitur, nec tamen in ullo descriptum existat Itinerario. Male illud a quibusdam confundi ait cum amiantho vel lapide incombustibili, cum tamen sit sal quoddam, a vulgari alumine tantum in eo differens, quod in exigua fila potest discerpi. Docet etiam Noster, hoc aluminis genus a Plinio memoratum esse, a Dioscoride & a Diodoro Siculo. Quanta medicæ artis imperitia in hac insula regnet, propria experientia edocuit Autorem, quippe qui non sine indignatione vidit mulierem quandam e morbo delirantem horrendis impugnatam exorcismis a sacerdotibus, & tamdiu misere vexatam, donec efflavit animam. Idem veteres, qui ranas Seriphias vocem edere negarunt, refellit, suis se auribus eas audivisse coaxantes testans. Unde per jocum suspicatur, mutarum illarum, quæ olim hæc loci fuerant,

p. 87.

ranarum familiam jam dudum esse extinctam. Epist. V insulae Paros, Antiparos & Naxos perstringuntur. Et in Antiparo quidem Autor sibi reperisse videtur, quo firmiter probarum daret vegetationem lapidum. Lustravit scilicet cavernam curioso oculo dignissimam, quam plenius describit præter plantas singularum insularum proprias. Epist. VI minores aliquot Archipelagi insulas descriptas exhibet. Uberius describit Parmicam, rarissimam Stenofæ insulae plantam: item Origanum, æque raram plantam, quam physicis usurpavit oculis in Amorgo insula. Delon insulam Epist. VII describit, & in ea sanctissimorum veterum templorum rudera, simulque inscriptiones aliquot Græcas in ea obvias exhibet. Epist. VIII, IX & X ceteras Archipelagi insulas, Andron, Chium, Tenedon, Samum, Patmum, Lesbum, Gyarum, &c. persequitur. Epist. XI & XII præter Hellespontum & Gallipolin urbem accurate describit Constantinopoleos amplitudinem, templa, portum, palatium, quod *Serrail* appellant Turcæ, & suburbia, adjuncta plantarum singularium, circa hanc urbem nascentium, descriptione. Regimencivile & politicas Turcarum artes Epist. XIII enarrat, ac diligentissime cum militarem, tum civilem Turcarum statum exponit. Epist. XIV de religione Turcarum, moribus, consuetudinibus, victu & amictu disserit copiose. Ad religionem Muhammedanam quod attinet, Autor judicat, si Muhammedes non voluisset haberi legatus Dei, eam haud multum differre a Socinianismo. Ceterum quatuor in sectas distrahi Muhammedanos observat. Alia enim est secta Arabum, alia Persarum, alia Turcarum, alia denique Tartarorum. Hac occasione Noster etiam agit de *Mustio*, Turcarum Pontifice maximo, itemque de monachis Turcarum, quos *Dervis* vocant. Epist. XV Bosphorus Thraciæ describitur, & oppida ab utraque ejus parte sita: qualem descriptionem etiam Dionysius Byzantinus jam olim reliquit, & recentiori ævo Petrus Gillius, quorum utrumque Noster laudat magnopere. Epist. XVI latus meridionale maris nigri inde ab ostio suo ad urbem Sinopen usque, hinc Epist. XVII a Sinope usque Trapezuntem describitur, qua occasione Autor observans, male collocatam esse Sinopen

pen

pen in mappis geographicis, invehitur in earum autorum tum negligentiam, tum imperitiam. Epist. XVIII iter suum enarrat, quod per Armeniam confecit & Georgiam. Hinc quoque plantas suo conspectui oblatas accurate describit, & inter eas unam pulcherrimam, cui *Gundelia* nomen imposuit, quia comes ipsius, Gundelsheimerus, Medicus, primus eam observavit. Præterea refert, carnificis munus in Georgia adeo non esse infame, ut potius sit honestissimum, & qui inter majores suos multos possint numerare carnifices, id magna sibi ducant laudi, dicentes, nihil esse honestius, quam justitiam administrare, quippe sine qua secure vivere civibus non liceat. Ad Georgianos Christianos quod attinet, Autor testatur, eos versari in summa rerum divinarum ignorantia, omnemque eorum religionem absolvi jejuniis. Refert quoque, mortui hominis pectori ab Episcopo imponi Epistolam, qua Petrus Apostolus rogetur, ut defuncto aperiat fores Paradisi. Epist. XIX initio contendit, Paradisum olim fuisse in Georgia inter urbes Erzeron & Teflis. Hinc tristem sordamque faciem montis Ararat describit, simul narrans, quousque eum adscenderit & cum quantis molestiis. Epist. XX mores, religionem atque commercia describit Armeniorum. Armenios ait esse homines probos ac humanos, mercaturamque amplissime exercere non in Oriente solum, sed & in Europa. Religione Christiani sunt, Romanum vero Pontificem non agnoscunt pro capite ecclesie neque ei præstant obsequium. Vulgo pro Eutychanis habentur: ipsi tamen negant, se unam duntaxat naturam Christo tribuere. Ceterum inter eos & Græcos Christianos acerrimum intercedit odium. De Christo & ejus Apostolis plurimas ineptas fabulas fovent, defumas ex apocrypho quodam evangelio: Purgatorium etsi negant, ipsorum tamen sacerdotes strenue Missas pro mortuis celebrant, sacra auri fame, ut Autor noster existimat, compulsi. Præterea statunt, nec infernum jam esse nec paradisum: Christum enim destruxisse infernum, liberatis inde animabus & sanctorum & damnatorum. Ceterum credunt, animas universas initio mundi creatas fuisse: ante judicium supremum Christum mille annos versaturum esse hoc in orbe

orbe una cum electis: animas defunctorum existere in loco quodam cœlum inter ac terram interjecto, & ibi novissimum expectare iudicium. Septem habent sacramenta, æque ut Romani. Sacræ Cœnæ etiam infantes adhibent. Describit etiam Autor ipsorum Patriarcham & regimen ecclesiasticum. Eorum Doctores Theologiæ, quos *Vertabists* appellant, sunt homines admodum illiterati. Ipsorum est concionari: sed orationes, quas pro concione habent, sunt ineptissimæ. Epist. XXI duæ urbes, Tocatum & Angora, describuntur. Tocatum est urbs magna & perbene ædificata. Noster Autor castigat illos Geographos, qui Tocatum confuderunt cum Neocæsarea, cuius urbis olim Episcopus fuit Gregorius Thaumaturgus. Dicit, veterum illam Neocæsaream hodie pœne in ruinis jacere, & duorum dierum intervallo distare a Tocato, quam urbem centrum appellat cummerciorum in Asia minore: Angoræ sive Ancyriæ historiam antiquam persecutus, præsentem statum illustris illius monumenti Ancyrani describit. Ceterum Ancyram esse testatur unam e præcipuis Anatoliæ urbibus. Complures quoque exhibet inscriptiones, quas Ancyriæ vidit: addens, tantam Ancyriæ superesse inscriptionum multitudinem, ut antiquarius aliquis istis describendis integrum annum consumere possit. Nos unam Græcam, ac duas Romanas, inde communicabimus cum lectoribus nostris. Græca hæc est: *Μάρκελλος Στρατηγὸς ἡλικιωτῆτι γυναικὶ μνήμης χάριν.* Latinarum prior Juliano apostatæ dicata ita fuit: DOMINO TOTIUS ORBIS JULIANO AUGUSTO EX OCEANO BRITANNICO VIIS PER BARBARAS GENTES STRAGE RESISTENTIUM PATEFACTIS. Cetera delevit vetustas. Altera hæc est:

IMP. CÆSARIS
M. AURELIO
ANTONINO. IN
VICTO. AUGUSTO
PIO. FELICI
AEL. LYCINUS. V. I.
DEVOTISSIMUS
NUMINI EJUS.

Epist.

Epist. XXII eademque postrema iter suum exponit, quod Smyrnam, hinc Ephesum suscepit. Smyrnæ refert e septem ecclesiis illis, ad quas Apocalypsin scripsit Apostolus, solam hodie pristinam servare magnificentiam: ceteras sex aut misera esse oppidula, aut plane periisse: Sardes, Pergamum, Ephesum, urbes quondam illustrissimas, nunc exiguos esse vicos: Thyatiræ, Philadelphæ & Laodiceæ ne vestigium quidem superesse. Ephesum ait nunc habitari æ triginta circiter familiis Græcorum, quorum nemo literarum Græcarum tam peritus, ut Pauli ad Ephesios scriptam intelligere valeat epistolam. Illud silentio prætermittere nolumus, Autorem nostrum Smyrnæ vidisse Consulom mercatorum Venetorum, Lupazzolum nomine, senem centum & octodecim annorum: cujus non ita pridem mortuus fuerat filius natu maximus octogesimo quinto ætatis suæ anno: at minima natu filia sedecim duntaxat habebat annos.

JACOBI TYPOTII SYMBOLA DIVERSORUM Principum SS. Ecclesie, & S. Rom. Imperii, in Germanicam conversa linguam, æneis exprimente figuris
JACOBO WILHELMO HECKE-NAUERO.

Guelferbyti, 1719, 12.

Alph. I pl. 9.

Jacobi Typotii symbola primum Pragæ A. 1602 in folio, ut vulgo loquimur, edita fuere, figuris æri scitissime incisus a Sadelero, artifice clarissimo. Ea editio cum rarissima esset facta, Amheimii postea A. 1679 recusa est. At nec hæc editio vulgo amplius est obvia. Quocirca *Heckenaureus*, Aulæ Guelferbytanz Chalcographus, in animum induxit, præclarum illud opus denuo edere figuris doctissima sua manu expressis. Cum vero sentiret, inter harum deliciarum studiosos in Germania complures haud satis esse Latinæ linguæ peritos, id negotii dedit doctissimo *Gelbuckto*, Brunsvicensi, ut versionem operis conficeret Germanicam. Edidit autem nunc primam e Typo-

Cc

tianis

tianis Symbolis Symbola Principum, cetera brevi exhibiturus, si ista cupidos nacta fuerint emtores. Ceterum Interpres, qui & in Præfatione de vita, fati ac ceteris Typotii libris exponit, maximam dedit operam, ut Latina Typotii vestigia religiose sequeretur, nec tamen a patrii sermonis indole recederet. Præterea annotationes subinde subiunxit, ubi tenebræ quædam mythologica dispellendæ fuerunt. Etiam Typotiaur cuique interpretationi brevem præfixit symboli descriptionem, gratam utique futuram lectoribus. Denique limen totius operis exornavit memorabili symbolo Serenissimi AUGUSTI WILHELMII, Ducis Brunsvicensis ac Luneburgensis, avitis regionibus feliciter hodie imperantis, idque uberiori explicatione dilucidavit. Siftitur in hoc symbolo leo, dextra gladium aperto libro impositum tenens, sinistra globum terræ complectens, superscripto hoc verborum pari: PARTA TUERI. Significatur scilicet, Principem hunc non esse intentum finibus imperii sui ambitiose amplificandis, sed illud Ovidii accurata æstimatione pensare: *Non minor est virtus, quam querere, parta tueri.* Leo igitur signat firmitudinem animi, itemque vigilantiam, quæ utraque virtus in Principe inesse debet. Liber leges humanas divinasque repræsentat: gladius iustitiam ultricem, sine qua legibus suæ non constat auctoritas. Globus denique regionem significat Principis potestati & imperio subjectam.

Sed ut ad Typotitum veniamus, exhibentur hoc libello figuræ æneæ elegantissimæ CCXLVI, quibus exprimuntur Cardinalium symbola XCVII, Magistrorum ordinis Joanei IV, Patriarcharum VII, Principum Germaniæ Electorum XIV, Archiducum XXV, ceterorum Imperii Germanici Principum XCVI. Quod ad ipsa symbola attinet, aliis arbitrandum relinquinus, utrum ipsi Principes pro eorum auctoribus sint habendi, an docti in ipsorum oculis viri; item, quæ acumine & elegantia satisfaciant eruditæ, quæ minus; denique an Typotius veram semper symbolorum sententiam sit assecutus. Ceterum e tanta multitudinæ nonnulla, quæ digniora memoratu videntur, symbola lectoribus nostris exhibebimus. Symbolo XLV Cardinalis Buoncompagnius repræsentavit Danielem Prophetam inter

ter leones, circumscriptis hæc verbis : **SI DEUS NOBIS-
CUM QUIS CONTRA NOS.** Symbolo LI Cardi-
nalis Urfinus exhibet mulierem cœlesti splendore collustratam,
manu tenentem calicem, in cuius ore apparet transubstantiata
hostia. Verba adscripta ; **SOLA FIDES**, haud dubie vo-
lunt, nullam hic esse rationi humanæ locum, sed simplici fide
amplexandam esse transubstantiationem. Symbolo LXXII
Cardinalis Ferrarius ignivomum pingi iussit montem, super-
scriptis verbis : **EGO SEMPER**, subaudi, *ardere*. Recte ju-
dicat Typotius, stultum esse hocce symbolum, si Cardinalis ar-
dit amore mulierum ; at, si cœlesti fuit inflammatus amore, esse
præclarum laudeque dignum. Pag. 332 Symbolum Annæ,
Augusti Electoris Saxoniz uxoris, fuit pavo pulcherrimus, ad-
dito hoc lemmate : **INTERNA PRÆSTANT.** Pag. 352
Symbolum Ferdinandi, Archiducis Austriæ, iatueri licet, in quo
vir apparet cubilam tenens ita inscriptam : **AN. MDLVI.** Pro
lemmate exhibentur hæc literæ : **V. T. H. E. S. E.** Typotius
Oedipœ ait opus esse ad eas explicandas : ipse hunc iis affingit
sensum : *Ut Tunc, Hoc Ego Semper Ero.* Pag. 529 Symbolum
Julii, Ducis Brunsvicensis, exhibet equum currentem, adscriptis
istis verbis : **ALIIS INSERVIENDO CONSUMOR**, item-
que his literis, quas inexplicatas omisit Typotius : **WHDA
LUBDSSN,**

ARTE ORATORIA &c.

i. e.

**JOSEPHI MARIÆ PLATINÆ, E MINO-
ribus conventualibus, Ars Rhetorica.**

Bononiz, apud Successores Benacci, 1716, 4.

Alph. 3 pl. 14.

INter cetera, quæ de hoc argumento exstant, scripta vix inve-
nias quod accuratius diligentiusque conscriptum sit hoc
ipso, quod Rev. Autor, S. Franciscus Assisio, e cuius schola pro-
diit, consecratum, superiori anno (quod nobis constat, titulo li-
cet annu 1716 præferente) in publicum emisit. Præcepta

or: Aristotele, Cicerone, Quintiliano, Majoragio, Trapezuntio,
 Vossio, Caufino, Robertello, Castelvetro, Riccobono, Agricola,
 Cavalcante, exempla vero ex Cicerone & Paulo Segnerio maxi-
 mam partem hausta sunt atque expressa. Divisus est liber in
 duodecim Disputationes: quarum prima est de propositioni-
 bus oratoriis, de enthymematibus secunda, tertia de sententiis,
 quarta de exemplis, quinta de locis communibus, sexta de fallaciis,
 septima de confutatione, octava de dispositione, nona de
 amplificatione, decima de proemio, & postremz de narratione
 & peroratione. Cujus distributionis rationem ipse Cl. Au-
 tor ad hunc modum reddit. Omnis, inquit, oratio propositio-
 ne potissimum absolvitur: igitur in primis scire decet Oratorem,
 quid sit propositio oratoria, deinde quemadmodum ea sit probanda.
 Probatur autem vel exemplo vel enthymemate, quorum illud inductioni Logicorum respondet, hoc, quo etiam sententia oratoria comprehenditur, syllogismo; utrumque ex locis communibus formatur, qui omnium probationum fontes sunt. Quibus rebus cognitis, sequitur ut etiam fallacias Orator perspiciat, itemque artificia confutandi: postremo, ut discat, qua ratione cum probationes tum refutationes rite disponendae sint atque amplificandae. Praeterea cum Oratoris sit auditorum animos ad attentionem excitare, duae emergunt orationis partes exordium & epilogus, quibus in genere Judiciali accedit narratio, de quibus adeo ultimo loco agendum Autor duxit. Sed ex ipsa quoque operis tractatione quaedam producimus specimina. In prima Disputatione de natura, definitione, divisione, & perfectionibus propositionum oratoriarum tractans Autor ostendit, eum esse optimum Oratorem, qui, cum cetera quae proponit universa, tum in primis propositionem assumpti, hoc est, eam quae assumitur ad approbandam propositionem primariam, argumentis, imaginibus, comparisonibus, atque exemplis quae maxime popularibus, sub sensu cadentibus, & in opinione vulgi fundatis, exprimere ac persuadere possit. Porro docet, Auditores dociles reddi, cum subjecta propositionum clare ac distincte determinantur, attentos, cum praedicata e natura subjectorum nascuntur, & omnino illa ipsa sunt, quae

p. 26.

48.

52 seqq.

que auditores expectaverint, denique benevolos, cum propo-
 sitiones ita sunt comparatz, ut auditores, qui semper æqui & iusti
 videri volunt, nihil habeant, quod opponant. In altera Dispu- p. 102.
 tatione, ubi de Enthymematibus oratoriis sermo est, ea præ-
 teris delectare perhibentur, in quibus auditores illico ipsi con-
 clusiones prævideant atque inferant, antequam ab Oratore in-
 ficantur, itemque illi, quorum conclusiones minus expectatz
 sint, mox tamen ab auditoribus approbandæ: porro que de ora- 109.
 stratur, quo artificio illa enthymemata sint construenda, & qui-
 bus locis usurpanda. Jam quod ad sententias oratorias perti-
 net, circa quas tertia Disputatio versatur, diligenter inquiren-
 dum esse docet Noster, qualis verosimiliter futura sit opinio par-
 ticularis auditorum de re qualibet proposita; atque ad opinio- 173.
 nem illam prævisam accommodandas ab Oratore sententias esse,
 ut idem cum auditoribus sentire & probare videatur. Omitti-
 mus Disputationes de exemplo, de locis communibus, de fal-
 laciis, de equitatione, atque ad octavam progredimur, quæ est
 de Dispositione oratoria: ubi Cl. Autor quam diligentissime
 exponit, quemadmodum crescere oratio atque morum quasi
 quendam habere progressivum debeat: quod quidem artifi- 408.
 cium pendere totum ostendit a consideratione diversarum cir-
 cumstantiarum ad propositionem assumpti pertinentium, atque
 ita connectendarum, ut ab una ad aliam progredi Orator possit,
 argumentando a minori ad majus. In Disputatione decima
 de Exerdio, id potissimum agit, ut doceat, quo pacto inveni- 506.
 dum removendumque præjudicium sit, quod habere oratio possit,
 & quo pacto præveniri conciliarique; auditores debeant; qua occasi-
 one simul illud monet, non solum in principio Orationis, sed &
 in aliis quibusque partibus, in quibus præoccupandus auditor 538.
 est, subinde breviam quædam adhibenda ab oratore ac præmit-
 tenda proceriam esse. Non est, ut plura ex libro laudato profer-
 ramus; unum commemorandum restat, Cl. Autorem in ex- 28.
 tremis prolegomenis polliceri, se propediem opus suum con-
 tinuaturum alterumque editurum. Tomum, in quo de affecti-
 bus itemque de elocutione acturus potissimum demonstra-
 bit, affectum ab enthymemate, figuras sententiarum ab affe-
 ctibus,

tribus, figuras autem verborum a figuris sententiarum pendere, atque adeo totum artificium Rhetoricum in eo positum esse, ut natura & proprietas Enthymematum accuratius penitusque perspiciatur.

DE ECLIPSI SINICA LIBER SINGULARIS, Sinarum de Eclipsi Solis, quæ Christo in crucem abesse facta esse creditur, iudicium examinans; Autore THEOPH. SIGEFRIDO BAYERO. Accedunt præceptionum de lingua Sinica libri duo eodem Autore.

Regiomonte, apud Mart. Hallervordii hæredes, 1718, 4.

Plag. 7.

IN Annalibus Sinicis circa illud tempus, quo Servator noster Christus crucem passus est, mentio fit Eclipseos alicujus notabilis, quæ magnum terrorem incussisse Sinis perhibetur: unde quidam, quos inter Dominicus Gabianus, certo persuasum sibi habent, esse illas eandem cum Solis obscuratione, quæ ipso die passionis Dominicæ parricidalem Judæorum cohortem exterruit. Philippus vero Cupleus in Chronologia sua Sinica mentione hujus rei injecta, & sanioris adhibito iudicio, ipsam hoc assertum Astronomis potius discutiendam relinquere voluit. Hanc inquisitionem in se suscepit Vir Cl. Th. Sigf. Bayerus, Bibliothecæ patris Regiomontanæ nuper præfectus, linguarum exoticarum peritia commendatissimus.

Primoque adeo loco disquirit, an hæc dubitatio Cuplei (quem non quidem autorem, sed editorem saltem ejus Chronologiæ habet, verum autorem Prosperum Intorcettam fuisse innuens) confirmet criminationem illam, qua Jesuitarum Societas ab ænulis oneratur, quod omnia scilicet, quæ ad Christi mortem humilemque in his terris conversationem pertinent, studiose Sinis occultet; illamque imputationem non satis firmo fundamento nixam credit, cum in Bibliotheca Berolinensi librum vidisse se testetur Sinicum & in Sina editam, cujus Autorem ex variis indicibus colligit Jul. Alennum S. J. qui vitam & gesta

gesta Servatoris nostri in terris explicet figuris, inter quas etiam appareant imagines mortis atque passionis ejus. Et si non distitetur mirari se, cur in alio libro contra Janquangfimi calumnias scripto & Imperatori Sinarum exhibito, qui extat in Novissimis Sinicis Leibnitii, altum sit de morte Christi silentium, & sola vitæ integritas urgeatur. Deinde ostendit, absque hæsitatione pronunciandum esse, tenebras illas mortem Christi comitantes cum eclipsi Sinica nihil commune habere. Ceterum in hac inquisitione parum se adjutum esse scriptis Mulleri, quæ ipse rogata Coshanskii suscepto eodem examine conceperit, mandante vero & imperante atque etiam subsidia magnifice præbente magno illo Electore Brandeburgico Friderico Wilhelmo (cujus in literas & res Sinicas tantum studium fuisse prædicatur, ut etiam in castris ad Stetinum difficillima obfisione vallatum de iisdem cum Mullero per Menzelium ageret) in publicum sermone Germanico & Latino ediderit. Quorum postremum titulum habet: *Speciminum Sinicorum Decima de decimis*. In quo scilicet more suo, qui fuerit, magnificas spes publico facere, nihil præstare, aliud nil egerit, quam ut locum ex Annalibus sed sine characteribus Sinicis, quos in amicorum saltem exemplaribus adscripserit, ederet, versionemque parum justam eidem jangeret. Autor vero ex ipsis annalibus a se inspectis locum exhibet versione magis perspicua instructum, cujus hic sensus: „Regnante *Quangvui*, septimo anno, veie, tertio mense. Ultimo die a meridie cui nomen erat *Queibai* Sol passus est Eclipsin. Edictum propositum est: Omnium statuum, imperii superioribus magistratibus & regulis officium (incumbit: Ille qui summus libellarius est non permittat illos vocari titulo SCHING. Ex quibus sane verbis neminem credit occasionem sumere potuisse confingendæ illius sententiæ, quam refutat, nisi forte eos, qui talibus præjudiciis occupati sint, ut apud eos fidem invenerit supposititia Dionysii Areopagitæ fabula, de eclipsi illa per intercurrentem sub Sole Lunam facta, quam Astronomicis aliisque rationibus refellit Cl. Autor; aut ut credant revera extinctum esse Solis lumen & deinde iterum accensum; quales sunt Syri Jacobitz, ut vocantur, quorum preces hanc opinio-

nem

nom præ se ferentes ex libro cui titulus est: *Offitium hebdomadis magna Jacobitarum*, a Monachis monasterii St. Crucis in Cypro prope Nicosiam scripto exhibet: quorum tamen sententiam inde falsitatis arguit, quod hujus plane suspendii & totam machinæ mundanæ dissolutionem, ob extinctam lucis & motus fontem, secum ferentis Phænomeni nec profani scriptores Phlegon, Thallus &c. nec patres Ecclesiæ, quorum fides non sit suspecta, mentionem faciant.

Ipse positus, cum historię sacræ & aliis rationibus magis conveniat dicere, quod Origenes pridem asseruit, hanc eclipsin saltem per regionem integram Hierosolymæ vicinam spectatam fuisse, eamque vel ex vaporibus aerisque obnubilatione reliquas prodigiosas terræ ejus succussiones præcedente, vel alia tempestate ortam, verborum Sinicorum non alium scopum esse judicat, quam narrationem eclipsationis alicujus Solis ordinariæ. Momentum etiam addit huic sententiæ, quod ulterius observat, illam Sinicam eclipsin tempore Novilunii accidisse, cum ferales atque exequiales illæ tenebræ in historia passionis memoratæ plenilunio, scilicet circa Pascha, contigerint. Nam mensium Sinensium es ratio est, ut a novilunio incipiant omnes, unde adeo primo vel ultimo die eorum omnes, quæ ordinario modo fiunt, Eclipses Solis contingere oportet. *Quæ hæc*, quæ vox torserit admodum Mullerum, notat esse voces ex cyclo Sinarum sexagenario, quam tam annis, quam mensibus imo ipsis horis accommodent, ita ut hujus diei in cyclo sexagenario menstruo pars *quæ hæc* dicta pomeridiano tempori, quo eclipsis contigisse memoratur, convenerit, quemadmodum antemeridiano ejusdem diei tempori *gîn sio* ex eodem cyclo responderit.

Ceterum non parum se inclinare judicat in eam sententiam, quæ credat hanc eclipsin Sinicam anno integro antea mortualem Jesu Christi præcessisse, eandemque esse cum illa à Phlegonte & Thallo annotata, quæ scilicet ipsa superiori aliquo anno contigerit, et si quidam eandem quoque cum tenebris circa mortem Christi confundere voluerint, contra expressum testimonium Origenis, silente etiam Eusebio qui Phlegontis verba recensuit nobisq; conservavit.

Obje-

Objici vero posset Cl. Autori; nisi extraordinarium hoc phænomenon in Sinis fuisset, non videri, cur tantam prostrationem animorum illud effecerit, ut Imperator ipse titulum aliquem majestatis deponeret, quod quidem innuunt verba, quibus Mullerus in sua versione loci illius in annalibus Sinicis utitur, quæ sunt hæc: „ Tum hujusmodi edictum Imperator universis populis promulgabat: est hoc opus superioris Domini, „ Quare vocula & usitatus titulus noster *Xim* porro ne usurpetur a, „ supplicibus, nec admittatur a scribis aut cancellariis. „ Ad hoc respondet, illam interpretationem esse falsam eique veram superius exhibitam esse substituendam: sensumque & scopum edicti illius regii fuisse, ne quis ex inferioribus magistratibus titulum *Sching* usurparet, qui sit inter Sinas fere eo significatu, quo nos *Augustum* dicimus, etsi alias eum eruditus viris aliisque rebus dederint. Et ne ullo dubio locus sit, hanc interpretationem confirmat autoritate lexicæ *Tsching tsu tung*, in quo expressis & disertioribus verbis idem de promulgatione hujus edicti ab Imperatore *Quang Vusi* facta narratur. Unde sane vero est similis, non ob eclipsin sed alias fortasse causas hoc edictum propositum esse: vel si eclipsios occasione idem promulgatum sit, id non extraordinarium vel præternaturale aliquod phænomenon arguere, cum Sinæ sæpius ordinariis eclipsibus maxime commoveantur, idque etiam nunc, cum Astronomiæ paulo majorem notitiam habeant quam pridem.

In Grammatica huic commentario subiecta vixque plagulam unicam occupante, tota ratio linguæ Mandarinicæ, quæ est dialectus nobilior, exponitur. Primus liber vel sectio de ipsa lingua agit. Voces habent Sinæ 318 monosyllabas ad omnem usum loquendi, sed sonis differunt inter se, ut si paulo deiciatur tollaturve vox, significatus statim mutetur. Quævis vox potest esse vel nomen vel verbum vel alia pars orationis; si ea præcedit aliam quam regit, verbum est, si eandem præcesserit alia, nomen fit. Adjectiva similiter a substantivis non differunt; eadem vox cum præcedit, adjectivum est, cum sequitur, substantivum. Generum nullus usus est, comparatio fit per particulas. Nec casus aut numeri ratio habetur aliunde di-

gnoscendorum. Pronomina primitiva tria saltem sunt, derivata fiunt appositione voculæ TIE. Activum a passivo sola positione differt. Illud præcedit nomen suum, hoc postponitur. Modi & tempora ope paucarum particularum distinguuntur.

Liber secundus de descriptione agit; scribere eos a suprema parte ad infimam paginæ incipiendo a dextra versusque sinistram progrediendo pervulgatum est. Titulos vero librorum a dextra ad sinistram more Hebræorum scribunt. Mugali, sub quorum imperio hodie Sinæ constituti sunt, simili cum iis genere scribendi utuntur. In literis frustra mysteria querit Kircherus. Olim fuerant alix, quæ in Lexicis ad omnium ætatum memoriam servantur. Diverso vero earum genere utuntur hodie, uno in signis & nominibus grandiusculo, altero in libris & ordinariis, tertio in tachygraphia & festinantes, ut potest positus præcipuis saltem literarum ductibus.

Lexica Sinica sunt: *Hai pien* vel *Zu hat*: liberum mare vel *literarum mare*, *Tal cu hai*, quod edere voluit Menzelius, *Tschin su tung*, quod plures habere dicitur significationes & plus eruditionis. Romæ aliquod editum est literis Latinis. Francisci Diasi Lexicon exstat in Bibliotheca Berolinensi. Ordo in Lexicis observatur talis, ut radicibus, quæ maxime simplicibus lineis constant, subjiciantur magis compositæ, litera posita addatur pronuntiatio & denique explicatio. Ceterum laudat Cl. Autor Polycarpi Lyseri specimen & meditationes de clave sive Lexico ejusmodi Sinico, in Apparatu literario Wittebergenfi exhibitæ.

JOANNIS POLENI, IN GYMNASIO PATAVINO Phil. Ord. Prof. & Scient. Societatum Regalium, quæ Londini & Berolini sunt, Sodalis, de Motu aquæ mixto Libri duo, quibus multa nova pertinentia ad æstivaria, ad portus atque ad flumina continentur.

Patavii, typis Josephi Comini, 1717, 4.

Plag. 18 Tabb. zn. 3.

QUI de motu aquarum fluentium hactenus scripserunt, non nisi motus simplicis rationem habuerunt. Ultra limites gitur

Fig. I.




Fig. II.

igitur ab aliis constitutos *Hydrometrium* promovet Cel. Polemius, dum novum caput de motu aquæ mixtæ adjicit. Sed ut intelligatur, quid sibi velit motus aquæ mixtus; tenendum est, *Aquam* Nostro vocari *mortuam*, si quiescit; *vivam* si ob pressionem superincumbentis movetur, nec quicquam motui ipsius resistit, & motum Aquæ vivæ dici *motum* simplicem; si vero aqua viva fluat super mortua eamque premens efficiat, ut & ipsa moveatur, motum ex motu aquæ vivæ ac mortuæ compositum eum esse, cui nomen *Motus mixti* vindicet. Porro perpendiculum ex superficie aquæ mortuæ in fundum demissum *Altitudinem mortuam* appellat: unde simul intelligitur, quid nomine *Altitudinis vivæ ac mixtæ* designari debeat. Ut motus hujus rationem perciperet, sequens instituit experimentum in fossa prælonga, cujus altitudo undecim pedum regionum Parisiensium, altitudo trium. In vasis rotundi P, cujus diameter fundi pollicum 30, (ipsa propemodum Cel. Autoris verba recitamus) pariete recta sectio erat IGEL, latitudine IL linearum $3\frac{1}{2}$. Hoc vas in aquam fossæ demissum defixis palis firmabat in ea altitudine, ut sectionis IGEL, cujus latera IG, LE ad perpendiculum ponebantur, pars ZGER esset infra supremam aquæ superficiem transeuntem per ZR: quo facto, lineam ZG determinabat *altitudinem aquæ mortuam*, in hoc experimento lin. 55. Vas aliud S diametro pollicum 42, cujus fundo prope ambitum 16 rotunda foramina K (quorum diameter linearum ferme 8) æqualia erant, fufis obturata, ponebat ea ratione, ut pars fundi perforata immineret ori vasis P, reliqua vero tota fundi pars extra vas P peculiari fulcro inniteretur. In hujus vasis latere patebat foramen aliud M, a fundo vasis 21 pollicibus distans. Præterea vas T prægrande, in cujus fundo prope ambitum plura erant proxima inter sese epistomia Y, locari curabat super vas Seodem modo, quo vas S super vas P, nempe ut epistomia Z in vas S fundere aquam possent, reliqua vero fundi portio a solido fulcro sustineretur. His ita paratis & vase T aqua repleto, nec non aqua in vase S altitudinem usque in M obtinente, ut tantum non efflueret per ipsum foramen M; primo experimento recludebat tria ex foraminibus K & tot epistomia Y laxabat, quot sus-

TAB. II.
Fig. I.

ficerent, ut aqua in vase S eandem semper altitudinem usq; ad M obtineret. Ex primis igitur foraminibus K aqua influens in vas P incipiebat effluere etiam per sectionem IGEL ex ipso vase P: sed, quia cuncta influens non effluebat, in vase P editior fiebat ipsa superficie aquæ fossæ ABCD transeunte per punctum Z: cum vero effluxus per sectionem IGEL æquabat influxum per tria foramina K, tunc in vase P superficiem jugiter attingentem punctum X nanciscebatur aqua, altitudine XZ = $\frac{3}{4}$ lin. sive $\frac{3}{4}$ unius pollicis existente. In secundo experimento aqua per 6 foramina in vas P influente, altitudo viva VZ erat 25 linearum; in tertio, novem foraminibus in K apertis, OZ = 42 lin. in quarto, cum 12 aperirentur, NZ = 58 lin. in quinto denique, aqua per 15 foramina defluente, FZ = $2\frac{3}{4}$ lin. Ubi altitudo mortua ZG facta est 108 lin. in casu trium foraminum K apertorum fuit XZ = $\frac{1}{2}$ lin. in casu sex VZ = $\frac{4}{3}$; in casu novem OZ = $\frac{8}{3}$; in casu duodecim NZ = $2\frac{2}{3}$; in casu quindecim FZ = 43 lin. Facta latitudine IL Sectionis IG EL = 38 & altitudine mortua ZG = $\frac{6}{5}$ lin. in casu primo fuit XZ = 10, in secundo VZ = $\frac{8}{5}$, in tertio OZ = 33, in quarto NZ = 42, in quinto TZ = $2\frac{3}{5}$. Retenta eadem latitudine IL, sed facta ZG = 48 lin. fuit in casu octo foraminum apertorum XZ = 12, in casu autem 16 VZ = $1\frac{1}{2}$. Denique cum esset IL = 75 & ZG = 35 lin. in casu quinque foraminum apertorum fuit XZ = $\frac{1}{2}$, in casu quindecim autem $\frac{9}{2}$ lin. Ut quantitates aquæ fluentis motu mixto conferre posset cum quantitibus fluentis simplici motu; vasa T, S, P a fossa remota in loco arido constitui iussit. Facta vero IL = 85 lin. in casu quatuor foraminum in K apertorum altitudo viva fuit 15, in casu octo foraminum 23, in casu duodecim $2\frac{2}{3}$, in casu denique sedecim 37 lin. sed facta IL = 52 lin. in casu primo altitudo viva fuit $\frac{8}{5}$ in secundo 34, in tertio $1\frac{7}{7}$, in quinto denique $2\frac{9}{9}$. Similiter facta IL = 38 lin. in casu trium foraminum altitudo viva fuit $\frac{8}{5}$; in casu sex, $7\frac{3}{5}$, in casu novem, $1\frac{7}{9}$; in casu duodecim 54; in casu denique quindecim foraminum 63 lin. Factis hisce experimentis, de eo cogitavit ingeniosus Autor, quomodo motum aquæ mixtum per curvam aliquam exhiberet, quemadmodum

motus

motus simplex per parabolam a Scriptoribus hydrometris representari fœvit, ut nempe quantitates aquæ fluentis motu simplici cum quantitibus fluentis mixto conferri possent. Etsi autem hæc non eadem facilitate succedant in motu mixto, quæ in simplici utimur, cum ibi tantum altitudo viva mutari possit, hic vero cum sigillatim viva & mortua, tum utraque simul variari queat; licet etiam non directa patuerit viva ad tale quid efficiendum: nihil tamen intentatum reliquit, donec reperiret, quod experimentis satisfaceret mutatisque mutandis motum simplicem ratione usitata exhiberet. Ita autem ipsi hac de re statuendum esse videtur. In recta OP designet QP altitudinem mortuam, PO vivam. Velocitates aquæ fluentis per PQ omnes æquales ponit velocitati ejus, quæ per P fluit, applicata PY representat. Velocitatem vero fluentis per P ex doctrina *Toricellii* a *Varignonio*, *Bernoullio* & *Hermanno* demonstrationibus firmata sumit ad velocitatem fluentem per K in ratione subduplicata OP & OK , ita tamen ut vi experimentorum velocitates sint minores, quam si motu simplici per eadem puncta P & K effluerentur. Motum itaque compositum representat per figuram ex Parabola OPY & rectangulo $PYTQ$ constantem: sed ob eam differentiam, quam velocitatibus motus simplicis atque mixti inesse modo diximus, omnis difficultas huc redit, ut ex parametro motus simplicis determinetur parameter mixti OV , ut Parabola, quæ motum simplicem expresserat, degeneret in aliam mixto representando aptam. Plurimis calculis tentatis (in quibus usus est partibus quater millesimis unius lineæ pedis regii Parisini) in hac tandem regula acquievit: 1 Numerus exprimens altitudinem mortuam multiplicetur per numerum constantem 100,000 & ex facto extracta radix sexta dividatur per constantem alium 150, ut obtineatur fractio, quam vocat, Parametri: 2 Fiat ut numerus compositus ex dupla altitudine mortua, facto ex eadem in fractionem parametri & quarta parte altitudinis viva ad compositum ex dupla altitudine mortua & quarta viva parte ita parameter motus simplicis ad parametrum mixti. Ostendit deinde per Parabolam hujus parametri phenomenon motus mixti representari: quo facto parametrum

TAB. III.
Fig. 2.

signis & characteribus analyticis exprimit atque quantitatem aquæ ad calculos revocat. Theorema hoc est : *Quantitas aquæ per perpendiculararem mixti motus effluentis est id, quod procreatur ex tempore multiplicato per radicem altitudinis viva ducta in parametrum mixti motus multiplicatam per duas tertias partes viva altitudinis plus mortua altitudine.* Magno ubique candore totum meditationum suarum progressum exponit, candorique modestiam magnis ingeniis consuetam jungit. Quæ tandem ex his analyticis calculis deducat, apud ipsum videri possunt.

Progredimur itaque ad librum secundum, in quo exemplo æstuariorum Venetorum doctrinam motus mixti aquarum illustrat : ab iis enim ipsi nata est tota præcedens tractatio. Interpergit autem varia vel ad hominum opera, vel ad mare, vel ad fluvios, vel ad canales, vel ad alia hujuscemodi attinentia : unde tractationem præsentem in tres partes dividit, quarum una ad homines, altera ad mare, tertia ad flumina pertinet. In singulis mentem suam exponit de detrimētis iisdemque arcendis ac refarciendis, tum etiam de emolumentis. Inter damna ab hominibus data recenset, 1 quod, cæsis in locis montanis nemoribus curaverint ut terra subigeretur : hinc enim aquam pluviam reddere flumina magis turbida & sic æstuaria inquinari, particulis aqueis vel in iisdem, vel in fundo maris confidentibus & inde in illa tempestatibus sævientibus deportatis : 2 quod piscinas in æstuariis arundinibus juncisque in piscandi usum comportatis etiam cespitibus ac terræ glebis cingant, unde non sine damno motus aquarum in æstuariis imminuatur juncisque & arundinibus exaratis fundus elevetur : 3 quod motum aquæ pinnis rotarum molarium aut alio quovis modo retardent, ut ad turbidam evehendam minus sit idonea. Remedium inveniri putat in aquarum turbidarum averfione ab æstuariis & si curetur, ut flumina illam vehementia mare influant iis in locis, ex quibus haud facile turbidum aquæ per litorum crepidines possit in æstuaria adduci. Piscinas vero omnino tollendas esse judicat, aut eas muniri jubet ex materia firmiori, lignis puta & lapidibus. Detrimētis subjungit emolumenta ab hominibus

bus vel profecta, vel proficiscenda. Ubi laudat prudentiam & vigilantiam amplissimorum Aquarum Curatorum, solertiam eorum, qui aquarum naturam & motus illustrarunt, operas denique hominum mercenariorum in excavaado fundo machinarum ope.

Ubi ad damna progreditur ac emolumenta, quæ æstuariis a mari veniunt, sub initium ostendit, physicas observaciones æstuariorum naturæ cognoscendæ non mediocriter conducere. Observat deinde, ex fluviatili arena limoque falso quoddam veluti cæmentum efformari, quod fundorum excavationi plurimum obsit, & limum æstuariorum aqua salsa cum dulci commixta suffusum arundineta facilius procreare. His tamen detrimentis majora æstimat, quæ a motibus maris originem trahunt & ad turbidas aquas in æstuaria delatas potissimum redeunt. Explicat hic etiam, quomodo venti aquarum motum in refluxu maris retardent, ut majori temporis intervallo aquæ turbidæ in æstuariis detineantur, sordes suas ad eorum fundum deponentes, & tandem in hunc censum refert diminutionem litorum. His & similibus damnis medelam afferri putat, si herbæ ab aqua salsa procreatæ opera hominum tollantur, adhibitis machinulis commodis, & si multiplici ordine clathrorum ad rectum angulum cum litoribus constitutorum litora muniantur ad arcendas arenas, quæ a motu maris litora radente in æstuaria deferri possunt. Simul narrat, quæ *Montanarius* in hunc finem commendavit, sed dissensus sui rationem reddit. Monet etiam, *Gulielminum* non satis attendisse, quid sit discriminis inter fluminis exitum per latitudinem auctam ostii & exitum per auctam altitudinem, ob ignoratam scilicet differentiam inter motum aquarum simplicem & mixtum, atque hunc defectum suppleturus exponit, quæ sibi ea de re ex motus mixti consideratione in mentem venerit. Porro expendit remedia, quæ præscribuntur, ad aquas maris exuberantes ab æstuariis arcendas, & hinc pergit ad damna, quibus a mari litora afficiuntur: ubi in primis diligenter excusit, quænam munimenta adversus vim maris construi debeant, cum vulgaria, quibus nunc locus est, ipsi non satisfaciant. Utilitates, quæ a mari æsturiis afferri possunt, in

eo po-

eo potissimum positas esse ait, ut motus aquarum maris limum æstuariorum verrat: quod ut fiat, *Fournierius* commendat cataractas, quarum ope aqua tam diu in æstuario vel portu detineatur, donec aqua maris refluxerit, sic enim majori velocitate ex æstuario refluet; sed quænam in executione operis difficultates se objiciant, pluribus evincit *Noster*, qui aliorum quoque ea de re consilia examinat.

Damna a fluminibus data in duas distinguit classes. Alia enim arcessit a fluminibus in mare sese exonerantibus, alia vero a fluminibus in æstuaria influentibus. De prioribus cum jam dixerit, ubi damna a mari profecta recensuit; nunc saltem de posterioribus non nulla superaddit. Observat itaque, fluviorum aquam dulcem cum salsa commixtam arundineta producere & arenam fluviatilem cum falso limo conjunctum fundum æstuariorum duriorem reddere: præterea aquas fluminum conspurcatas inquinamenta secum in æstuaria deferre, quæ facilius fundum petant, motu aquarum ob varias, quas recenset, rationes retardato: tandem aquæ motu in æstuariis imminuto, noxias exhalationes facilius elevari notat. Suadet vero remedium commendaturus, ut flumina in universum omnia ab æstuariis avertantur. Multus itaque in eo est, ut ostendat, quomodo id commode fieri possit, atque contra *Castellium* aliosque disputat, qui sibi persuaserunt, a vi fluminum in æstuaria influentium maximum haberi aquarum momentum.

**JOH. BERNOULLI RESPONSIO AD NON-
neminis provocationem, Ejusque solutio questionis ipsi ab
eodem propositæ de inveniendâ Linea curva quam
describit projectile in medio resistente.**

Proponere problemata in publicum non caret utilitate, hæc enim ratione excitantur & acuuntur ingenia; ac sæpe aliquid eruitur in scientiæ incrementum, quod alioquin forte absconditum mansisset. Hoc igitur nomine laudabilis est illa quævis tempore recepta consuetudo, qua cum primis Geometriæ mutua problematum propositione vires suas subinde exercuerunt: amittit

verò

verò pretium suum statim ac degenerat in abusum a parte Proponentis, quod fit, quando non indefinite proponit, ut cui que fas sit propositi vadum tentare, sed ei tantum, cui male vult, & quem cuperet solutionis non capacem fore, eum tantum in finem, quo postea ex illius quasi infirmitate triumphet.

Exemplum huiusmodi indecentis provocationis dedit nobis Homo quidam natione Scotus, qui ut apud suos impuris inclaudit moribus, ita apud Exteros jam passim notus odio plusquam Vatiniano quo flagrat, in ipsos præsertim Germanos, usque adeo implacabili, ut cum aliis sui similibus sibi persuadeat, quod in rusticitate modum excedere non possint cum Germanis controversantes, cujus quidem ille causam non aliam habet, quam quod putet hos præ aliis resistere immodicæ ambitioni, qua occæcatus quicquid hætenus inventum est popularibus suis arrogare contendit. Mirum profecto, quod inclutus Newtonus, cujus ingentia merita suspiciunt omnes veri rerum pulchrarum Æstimatores, talem non repudiet vindicem, a quo sane laudari turpe mihi ducerem, vituperari honestum: Nostros si admitteret plausus Vir egregius, si nostra ipsi placerent præconia, uti sunt sincera atque a partium studio aliena, ita magis ferent solida ac fide magis digna saltem apud eos, qui non nisi excellentiorum iudicio de rebus ipsis judicare valent.

Quod itaque attinet ad Aggressorem nostrum, qui nominari non meretur, tulit ille ægerime quosdam a me notatos errores in Phil. natur. Principiis Newtoni, quos in Actis Lips. anni 1713 correxi, falsis vera substitui, ac defectus aliquos supplevi, tanto cetera candore & modestia usus, ut Newtonus ipse, qui in fine præfationis hoc a Lectore suo petit, non tantum non offensus meis annotationibus, sed ut postea intellexi ab Amico communi, qui Newtono familiariter utitur, iisdem haud parum devinctus esse videretur; nec miror, quis enim veritatis amans in errore licet inscius perseverare mallet, quam ejus admoneri? cum præsertim eo jam ventum esset, ut altera Principiorum Editio paulo post in lucem prodiret; quod proin elegans opus iisdem nævis dedecorum comparuisset, nisi amica nostra interpellatio tempestive intervenisset,

Es

Hos

Hoc vero, ut modo dixi, momordit Antagonistam Scotum, quasi, quod ridiculum, toti suæ Insulari Nationi ignominiosum esset, Britannum a non-Britanno corrigi, lapsusque a summo Geometra commissos detegi a Geometra quodam inferioris subfellii. Dissimulato aliquandiu dolore cum lites interim suscitasset magno quondam Leibnitio, voluit, ut nunc apparet in suas me trahere partes multis in me congestis encomiis & honorum titulis in aliquo contra Leibnitium scripto edito in Diario Hagieni: Sed cum vanis laudibus facile inescari me non patiar, nolui, quod litigator optabat, me immiscere controversæ intempestive inceptæ, multo minus partes amplecti contra Leibnitium, partim quia rixarum sum pertæsus, partim quia argumenta quibus pugnare solet Aggressor sunt talia, ut illis, si vel Anglus essem, convinci non possim. Irritatus hac mea renitentia, laxavit tandem fræna furori, atque relicta blandorum verberum methodo, iniiit conviciorum viam, quibus me, quod audio, masculè obruit & obruere pergit, sicuti solent qui desperatam habent causam; qui antea ipsi eram in calculo infinitesimali versatissimus, nunc mutata rerum facie, uti in eodem Diario testatur, hunc calculum ne quidem intelligo; credo equidem, cum postremam suam sententiam ferret, præ furore non meminisse ejus quod antea sedato animo scripserat. Taceo alia, ut rumor fert, dictu horrenda, ex quibus nuper conflavit libellum (editum an ineditum nescio) quem tum manuscriptum circumferebat prælo destinatum. Fuerunt, ut mihi scribitur, inter ipsos adversæ partis sequaces, qui perlegendo cohortuerunt; sed ita sum animatus, ut, quemadmodum ejus elogia me parum affecerunt, ita nec ejus contumelias morari constitui, utrumque æquali animo excepturus. Quod enim superiori anno in Actis hæc moneri curavi, me nemini responduram, qui aculeis & conviciis militare vellet, id jam repeto atque sanctissime observabo, securus utique, me quoque silente maledicorum conatus in fumum abire, ab illis enim neam qualemcunque existimationem dependere non puto.

Materia autem circa quam meæ animadversiones errorum Newtonianorum versabantur desumpta erat ex Sectionibus quatuor

tuor prioribus Libri secundi Philosophiæ Natur. Principiorum : Antagonista, ut extenuet meum laborem, causatur in aliqua epistola, cujus apographum ipso ita dirigente ad me missum fuit, quod hæc unica pars Philosophiæ Newtonianæ, quam ait me summo studio excoluisse & examinasse, nullius sit momenti; quamvis Newtonus ipse longe aliter sentire videtur in fine Sectionis quartæ, utpote qui has disquisitiones vocat perplexas, ac proin haud dubie præ reliquis dignas, ut singulari attentione pertractentur.

Credebam ego, quod in honorem Newtoni fateri non pudet, in toto ejus opere nihil non momentosum contineri: Scotus vero noster, qui ceteroquin etiam errores ejus mordicus defendere satagit, nunc partem invenit notabilem Operis Newtoniani, quam tanquam nauci exagitat ac vilipendit; ita solet furor in transversum agere quosdam homines, qui sibi libenter unum eruerent oculum, dummodo liceret ambobus orbare eos quibus sunt infessi. Interim hic iterum turpiter prodit insanum, quo laborat, sibi et ipsi contradicendi caeæthes. Postquam enim prædictam partem Philos. nat. Principiorum ceu rem frivolum & inutilem explosisset, subdit statim in eadem Epistola, *sc. si velim exercere meam industriad in aliqua re utili, desiderare, ut solvam problema tentatum pridem a Leibnitzio, sed qui erraverit & solvere non potuerit: Problema autem ad cujus solutionem me provocat ita habet, Invenire curvam, quam projectile describit in aere pro simplicissima suppositione gravitatis atque medii densitatis uniformis, resistentiæ vero in duplicata ratione velocitatis.* Ubi statim Lectorem attendere cupio. ad inconstantiam Provocatoris problema hocce tanquam utile & solutu dignum æstimantis, quod tamen ad ipsam illam spectat materiam, in cujus enucleatione studium singulare collocavi, & quæ ipsius judicio nullius est momenti, nullique infervit naturæ phænomeno explicando. Est enim illud problema nihil aliud quam inversum Prop. X Phil. Nat. Princip. p. 232 Edit. poster. ubi Newtonum hallucinatum demonstraveram; Insanientis certe est, crasse adeo sibi contradicere, ut 5 vel 6 lineis unum idemque modo nullius, modo magni æstimet momenti.

Quare autem hoc potius problemate quam alio me tentare voluerit, conjectu haud difficile mihi fuit. Credebat enim, cum nullam illius solutionem invenerit ipse Newtonus (nam si invenisset, nullum est dubium, quin Principis suis inferuisset, majoris quippe utilitatis futurum, quam illa est, quæ extat pag. 215 pro hypothesi naturæ non convenienti, supponendo scilicet resistantiam simplici velocitati proportionalem) credebat, inquam, hoc quod eluserit sagacitatem magni Newtoni, immo omnium tum temporis, cum hæc scriberet, Geometrarum Anglorum, idem multo magis vires meas superaturum. Interim quamvis meæ tennitatis conscius mihi tantum non tribuam, ut cum confammatissimo Geometra Newtono paria facere velim, contigit tamen mihi invenisse id quod Lynceus ejus oculos fugerat. Etenim visa Provocatoris epistola, quam ab Amico aliquo Viro Nobili & insigni Mathematico communicatam acceperam ineunte Februario anni superioris, non diu post plenaria potitus sum solutione, & quidem ultra quam deposcebat Provocator, quandoquidem illa se extendit ad hypotheseis resistantiæ non tantum in duplicata, sed in quavis multiplicata ratione velocitatis.

Verum antequam solutionem meam publicarem, justam & æquum judicabam, ut Provocatori suum ipsummet problema vicissim proponerem; quare subsequenti mense Maio ad eundem Amicum rescripsi, rogavi que ut eadem, qua fuerat compellatus, via uteretur ad significandum Adversario petendum meuni, quod eo tendebat, ut ante tum proximum mensem Septembrem declararet, num ipse problema suum solverit aut solvere possit, addita simul justissima hac comminatione, nisi statuto tempore responsurus sit, me silentium ejus accepturum pro tacita confessione suæ imbecillitatis, atque hinc sordidam causam habiturum conquerendi publice de ipsius turpi & inhumano mecum agendi modo, siquidem me tentaverit quodam mihi proposito problemate, cui solvendo se ipsum longe impari sensisset.

Terninus iste ad Intercessionem Amici, prorogatus fuit meo consensu usque ad Calendas Novembriis, ita ut fere semestre

fre deliberandi spatium habuerit Provocator: Sed turpi fuga terga dedit, & loco solutionis poprii sui problematis, quam utique possidere prius debebat, quam illam a me exigeret, hunc futilem tergiversationis suae praetextum obtrusit, scilicet *me agere imitatore Leibnitii, qui cum ad argumenta responderi non posset, in problematum propositione diverticula quaesiveris; jam non controversi, uter nostrum melior sit Geometra meliusque scias problemata resolvere: sed cardinem quaestionis esse, quis sit inventor calculi fluxionum directi & inversi &c.* Sed quid ad me aliorum litigatio? quid inde utilitatis redundat in publicum? esto penes quemque Lectorem adjudicare inventa cuiunque voluerit, modo inde doctior evadat; si quis mihi mea eripere, ac sibi vel aliis attribuire gestiet, per me licet, erunt semper inter aequiores de rebus gestis instructos, qui quod verum deprehenderunt suum cuique publice asserere non verebuntur. Extant hanc in rem scripta nostra, quae ut totidem momenta facile dissipabunt inania jurgia, his demum temporibus tanto cum ardore agitari coepta a vitiligatoribus, quorum magno suo merito Coryphaeus est Provocator meus. Quis autem non miretur miserabile subterfugium, quo se a mutua obligatione ad id, quod mihi imponebat, subducere conatus? Provocat ille me ad certamen; ego compareo; provoco vicissim; comparere renuit; quod a me praestandum poposcerat, praestiti; idem ab ipso praestari petii, quid aequius? hoc vero ille jam vocat diverticula quaerere; uter diverticula quaesiverit nunc iudicet Lector: sane si invenisset in armamentario suo idoneum quid ad explicandum Gordium suum quem mihi proposuit nodum, quanta quaeso hilaritate prorupisset in scenam? sed latuit, sed siluit pudibundus, si quid pudoris adhuc habet.

Sicuti nemo dubitabit, illum interim, cum se imminente termino in angustiis videret, ab omnibus mathematicis, quos habet amicos, flagitasse manus auxiliatrices, ita firmiter mihi persuadeo, si quis in Anglia optatam solutionem praestituto tempore invenisset, quod eam protinus cum publico communicare non fuisset intermissurus, siquidem, ut videmus, sollicitudo adeo caveat impotens Thraso & qui cum eo faciunt, ne qua

inveni gloria ad Exteros transeat atque ii aliquando exinde occasione triumphandi arripiant.

Quæstio itaque ex Anglia oriunda nullam inibi solutionem accepit ad primum usque Novembris, qui ultimus fuit dies termini concessi, intra quem Provocator, aut quicumque vires ejus (cum ipse non posset) supplere volebat, debuisset comparere. At sexto demum Novembris styli veteris, seu decimo septimo ejus mensis styli nobis usitati, significavit Cl. Taylorus, Vir ingeniosissimus atque a Provocatoris moribus, ut speramus, longe alienissimus, se invenisse aliquam solutionem, quam sub hoc characterum involucro ($r^2 - 1 + 4ur + 4ur^2$) testam transmissit, promittens se quoque explicationem ejus communicaturum, statim ac sibi innotuerit quod meam prius solutionem communicavero. Proinde sine mora per literas ad Illustriss. Monmortium amandavi Constructionem, quæ problemati infinites generalius, quam proponebatur, concepto satisfacit. Labet autem eandem publice exponere, ut cum Tayloriana, sicubi hæc in lucem prodeat, comparari possit. En ergo ipsa verba, quibus eam chartæ consignatam in Galliam transmissi:

Problema.

Construere Curvam (concessit quadraturis), quam corpus uniformiter grave tendens perpendiculariter ad horizontem describit in medio uniformiter denso; supposita resistentiæ in quacunque multiplicata ratione velocitatis cujus exponentis sit n .

Constructio.

Assumpta indeterminata z construatur area $\int \frac{a^2 + zz^{n-\frac{1}{2}}}{a^2 + zz}$ $x dz$, quæ vocetur Z , sint autem coordinatæ curvæ quæsitæ x & y . Fiat $x = \int z dz \times Z^{-\frac{1}{n}}$, & $y = \int a dz \times Z^{-\frac{1}{n}}$. Dico curvam quæ inde oritur esse quæsitam. Q. E. F.

Coroll. I. In casu particulari (quem Provocator mihi proposuit) ubi supponitur resistentiæ in duplicata ratione velocitatis, erit $n = 1$; In hoc itaque casu habebimus

$$Z =$$

$Z = \int dz \sqrt{aa + zz}$. quod dependet a quadratura hyperbolæ,

coordinatas autem $x = \frac{\int z dz}{Z}$ & $y = \frac{\int a dz}{Z}$. Hæc construc-

tioni pro hoc casu tantum particulari confirmilem fere, quar-
vis non tam simplicem constructionem dedit Cl. Hermannus in
Phoron. p. 354.

Coroll. 2. In omni casu quo $2n$ est numerus impar unitate
major, curva quaesita erit transcendens communis seu primum gra-
dus, nam quia tunc $aa + zz$ habetur in terminis simplicibus
& numero finitis ex meris potestatibus ipsius Z , dabitur alge-
braice ipsum Z ; ipsæ vero x & y dabuntur per quadraturas cur-
varum algebraicarum.

Coroll. 3. Sed quando $2n$ est numerus impar negativus
dabitur Z per quadraturam circuli.


Coroll. 4. In omni casu ubi n est numerus integer negati-
vus dabitur algebraice ipsum Z . Et quidem in specie si $n = -1$,

erit $Z = \frac{z}{\sqrt{aa + zz}}$; atque tunc etiam y dabitur algebraice, sed x

dependet a quadratura hyperbolæ.

Coroll. 5. Quod si vero $2n = 1$, hoc est si resistencia sit in simpli-
ci ratione velocitatis, qui casus omnium est simplicissimus; Erit

curva quaesita expressa per hanc æquationem $x = \frac{by}{a} + \log. a$



—log. y , vel sumta a pro unitate, $x = by - \log. y$; quæ indicat curvam quæsitam posse esse logarithmicam vulgarem, existente nimirum $b = 0$, alijs vero in casibus facillime ex ipsa logarithmica construendam, & quidem hunc in modum: Ad axem verticalem DE descripta sit logarithmica ABC, ex cuius singulis punctis B ducantur BE, quæ faciant angulos BED dato æquales: Atque ad punctum E agantur ad axem perpendiculares EF ipsis BE æquales. Puncta F formabunt curvam quæsitam GFF. Hæc constructio faciliior est & simplicior quam Hugeniana exposita sine demonstratione in libro de *causa gravitatis* pag. 171, & multo adhuc simplicior quam Newtoniana, vid. *Princip. Phil. Lib. 2 Prop. 4.* quæ cum sit valde perplexa & operosa, ex illa haud facile patet curvam quæsitam esse posse logarithmicam, aut ex ea posse constitui.

Atque ita satisfactum arbitror quæstioni, ultra quam petit Provocator; solutionis meæ analysin non addo, ut habeat quo inquirendo porro se maceret, sufficit ut regulam indicem in qua fundatur: publicavi illam in Actis Lipsi. 1713 pag. 118 lin. 5 & pag. 119 lin. 2. Interim communicabo hic calculum Agnati mei Mathematicum Professoris Patavini, nam & illæ solvit ope formularum mearum binarum huic rei apprime inservientium, quas dedi in Commentariis Acad. Reg. Gall. Scient. an. 1711 pag. 47 lin. antepen. & pag. 49 lin. 8. Imo postquam intellexisset me generali solutione potitum esse, protinus quoque suam reddidit generalem. Calculus ejus ita se habet:

Equatio pro curva quam describit projectile in aere resistente in duplicata ratione velocitatum est $dy = \frac{+ dp}{dp^2 r + pp^2}$ posito $dx = pdy$. Si enim sit $ds =$ elemento curvæ, $u =$ velocitati, $r =$ radio osculi, $R =$ resistantiæ, $g =$ gravitati; est generaliter $\frac{grdy}{ds} = uu$, & $gdx \pm Rds = udu$, sed $r = \frac{dx^2 + dy^2}{dp^2}$ (quod demonstratum est in Actis Lipsi.

logarithmica vulgari, in ceteris vero casibus ope ejusdem logarithmicæ construi potest.

Hac hætenus, retentis Auctoris verbis, inuisi licet, inserimus: nec nostra, quidem fecimus, quæ durius concepta videbuntur. Quamvis vero ab altercationis studio nos longissime abesse, æt æquarum experientia compertum existenciamus, neutiquam sciamon penes nos fletit, quo minus modèramine velut inculpatæ tutela uteretur in hoc conflictu Cel. Bernoullius. Vir de Artibus non minus nostris quam de Orbe erudito immortaliter meritis, quem hætenus, æque ut alios Geometras Germanos, acriter læcessum, non difficemus. Misit idem ad nos solutionem Problematis analytici nuper a Clar. Taylora Mathematicis non-Anglis propositi; quæ in proximo Mensi inseremus.

□□□□□□

h. c.

LIBER VITARUM.

Cothenis, impressit R. Israel fil. Abraham, a. 477 C. 1717. 8.

Alph. I. Plag. II.

Hebrai per *עֲוֹנוֹתָם* quandam *עֲוֹנוֹתָם* *דְּמִיתוּתָם* domum vitæ Hvocant sepulchrum, & sic quoque hic *Liber vitarum* ea continet, quæ ad curam ægrotorum & mortuorum pertinent. Auctor ejus est R. Simeon Francosfurter, Amstelodamensis, ut ex præfatione Rabbini Dessaviensis constat, qui part. 2 fol. 18, 1 de se narrat, quod a. 432 C. 1672, quo tempore Galli Amstelodamo imminerent, ibidem fuerit *מְבַרְכֵי* seu Collector Eleemosynarum: ex eadem patet, hanc esse secundam libri editionem. Quam vero inter Christianos nondum satis notam, a Cel. etiam Wolfio in Bibliotheca Hebræa præteritus sit, pauca quædam de eodem monere liceat. Partes habet duas, quarum prior Hebræa lingua conscripta est, & nil continet, nisi preces ægrotorum, morientium, adstantium, funusque curantium: tertia præcipue varia dicta Talamidis & Rabbidorum de cura ægrotorum, præstantia eleemosynarum & afflictionum a Deo

Deo ignominiam, meditationes de morte & vita aeterna, & quae hujus generis sunt alia. Pauca sunt ab Autore profecta, sed undecunque confarcinata, neque iis ignota, qui libros Judaeorum evolvere solent, unde nihil amplius de iis dicemus.

Pars altera in usum mulierum conscripta est dialecto Judaeorum Teutonica, & ritus praescribit, quomodo aegrotantes ac mortui tractandi sint. Utque genus Judaica in determinandis ritibus suis ad superstitionem usque accurata est, sic idem hoc loco usu venire deprehendimus. Tam multa enim de lotione cadaveris, de ritibus lugendi, de modo curandi summa praecipuntur, ut nauseam ea legentibus excitent. Duo exempla speciminis loco adferemus. Judaeis nefas habetur, justos atque impios eadem serie sepelire: singulis enim singulae classes in coemeterio attribuantur. Rationem ejus rei reddunt fol. 20, 2, quod vir ille, qui ex subito hostium ingruentium terrore in sepulcrum Elifae conjectus est, ideo ab Elifae resuscitatus sit, quia Propheta, vir justus, pati noluit, ut ipse & impius eodem sepulcro uterentur. Aliud exemplum viri justii narratur, qui saepius post sepulturam amicis apparuerit, dicens, se in sepulcro mirifice angere, quando angeli doloris, (סלאכי חבלות) impium vicinum verberent, magnoque saepe terrore percuti. Hinc murum inter bina ista sepulcra exstruxerunt, ne justus ultra sonitum verberum exaudiret. De apparitione animarum post mortem fol. 44, 1 haec traduntur. Dicunt eas aliquando apparere cum vestibus ordinariis, quas vivi induerant, aliquando cum linteis sepulcralibus, nonnumquam sub flamma ignis. Quaedam per somnum apparere creduntur, cui rei testimonium praebere putant maculas quasdam lividas & flavas ex tactu & colloquio ipsarum in corpore humano restantes. &c. Ridiculum est, quod fol. 48, 1 narrant, Mosis ideo in deserto moriendum fuisse, quod Israelitas Numer. XX rebelles vocaverit. Jesaiae vero os quoque terra disiectum esse, quod dixerit, se cum populo contaminato habitare.

Sub finem accessit *TRACTATUS* DE, sive *libellus formularum medicinalium*, quarum exempla bina verbis ipsorum vernaculis adponimus. Num. 14. *Vor die geel Sachs. Neben die Würm, die man findt unter die Achsel, unter die Füß von die Schaf aber Ziegen, in Wein gerieben und eingegeben. Auch is gut; Nehm Ganss-Dreck aber Pferds-Dreck, und zerschib es in Wein, und altes sonder sein Wissen eingegeben. Noch vint Menschen Dreck gedorrt und gestossen, und in Wein eingegeben.* Num. 21. *Vor den IREN (Stein). Nehm Anis getrocknet und gestossen und in Honig gepregelt, Abends und Morgens davon geessen. Auch viel Rettich und Kreim sol er essen: und kein Ras noch gefatzens Sachen sol er nit essen, auch sol er Effig trincken. Auch is gut Ziegen-Klau verbrennt, und in Wein das Pulver ingeben. Oder Knobloch-Saamen 24 Stunden in Wasser aber Wein gewechselt und getruncken.* In genere de his formulis observatus, eas levi pretio parabiles, & ex eorum medicamentorum genere esse, quae vulgo *remedia domestica* vocamus.

HISTORIAE MEDICINAE UNIVERSALIS
Periodus III & IV; Auctore ANDREA OTTOMARO
GOELICKE, Medico & Professore
Regio.

Francofurti ad Viadran, apud Joh. Godofred. Conradi, 1718. 8.
 Flag. 20.

Discussio duabus prioribus periodis universo Medicinae statu, quales Hebraeorum, Assyriorum, Babyloniorum, Indorum, praecipue Aegyptiorum, aliarumque antiquiorum gentium tempore fuit, nunc in Graecorum Rem Medicam ab Aesculapio temporibus ad Magnum usque Hippocratem inquiri Clarissimus Goelicks. Quaequavis autem, quae de his temporibus recensentur, multa obdurae, fabularumque nebulis obvoluta esse, sponte fateatur, non tamen in dubium vocat, sub fabulis haec narrationibus multa latere vera. In scenam igitur pra-

primum producit *Melampum*, qui Pastor, Augur & Medicus fuit felicissimus, ut in proverbium quondam abierit, rem usque adeo difficilem esse, ut ipsa Melampode indigere videatur. Lacte caprarum melampodio vescentium feminas Argivas ab infania, qua in vaccas se transmutatas fingebant, liberavit, unde *Kατάπτης* vocatus fuit. Idque forsan primum actus purgatorii solenniter a Medicis instituti exemplum est. Sequitur *Chiron Centaurus*, qui & hominibus & brutis medelam attulit, magnamque rei herbariæ habuit notitiam, unde & eidem centauriura minus suum debet nomen. Non internos autem saltem morbos, sed & potissimum externos curare docuit, hinc ulcera pene incurabilia Chironia dicta sunt. In arte militari, cujus pariter peritissimus, non minus ac in Medicina præter *Æsculapium* fortissimos atque celeberrimos ævi sui Heroes, *Herculem* scilicet; *Aristeum*, *Thestum*, *Telamonem*, *Teucrum*, *Jasonem*, *Peleum*, ejusque filium *Achillem* liberaliter instruxit. *Hercules* quidem *Ἀλκιβιάδος* & *Σωτήρ* vocatus fuit, vel quod morbos a mortalibus depulerit, vel quod a diversis monstris terram liberaverit. *Aristeus*, Arcadiæ Rex, primus parandi olea, coagulandi lac, colligendi mel, aliasque ad societatis humanæ conservationem apprimè utiles artes hominibus demonstravit. A *Teucro* herbam teucrion, ab *Achille* achilleam suam traxisse denominationem, probabile est. Ad Heroum horum tempora pertinet quoque *Palamedes*, qui diram pestem, Hellepontum, ipsamque Trojam mare devastantem, a castris Græcorum, quæ ante Trojana mœnia metati fuerant, ita avertit, ut nemo eadem invaderetur. Hic *Orpheus* nobis commemorandus venit, Magus, Astronomus, Musicus, & Medicus, qui primus curiosius aliqua de herbis prodidit, & in exemplum continentiæ, tanquam efficacissimi conservandæ valetudinis remediû, ab estu carniû provide semper abstinuit. Ejus discipulus fuit *Musæus*, qui pariter varia curandorum morborum media hominibus ostendisse dicitur. Eodem tempore vixit *Eribotes* & *Cadmus*, Medicorum vel Chirurgorum numero accensendi.

p. 210.

215.

222.

226.

229.

p. 231.

Sed ad *Æsculapium* transitum nunc facimus, omnium Medicinæ Inventorum famosissimum & maxime celebratum. Cum enim ante ista tempora solo usu & experimentis res Medica confata fuerit, atque adeo sola experientia ratione vacua Medicinam nondum rationalem effecerit, eandem perfectam & omnibus numeris absolutam *Æsculapius* solus invenit, ejusque Successores *Asclepiades* eandem postea velut hereditario jure acceptam posteris tradiderunt, inter quos facile omnibus præcelluit *Hippocrates*, quippe qui primus consummatum apud Græcos Medicinam in lucem protulit. Præceptores habuit *Æsculapius* primum *Apollineum*, Patrem, a quo deinde *Chironi* Centauro & alendus & erudiendus traditus est. Sub quorum manu ductione tantos in Arte Apollinea fecit progressus, ut non affectus tantum externos, vulnera & ulcera, sed & internos, febres, doloresque varii generis per potiones anodynas, incisiones, aliaque remedia exterius applicata curaverit, usque adeo ut mortuos etiam in vitam revocasse creditus fuerit, unde postea *ἀνοδόν* nactus. Prius etiam Cliniceam exercuisse & Medicinam Gymnasticam successivis temporibus tantopere celebratam commendasse dicitur. Rationali Medicinæ Veterinariam adjunxit, & patronus fuit amuletorum, aliorumque superstitiosorum remedium. Ex ejus lumbis prodire duo filii, *Machaon* & *Podalyrius*, qui in bello Trojano Chirurgiam magis quam Medicinam exercuerunt, & plures filias patris professionis peritas, inque Dearum numerum receptas; *Hygieiam* scilicet, *Panaccam*, *Jasonem* vel *Acesonem*, *Acylen* & *Romam*. Dum de mulieribus Medicis loquitur Autor, aliarum infimul facit mentionem, ut *Minerva*, seu *Palladis*, *Cybeles*, *Medea*, quæ balnea calida, & quidem fortassis prima commendavit, *Circes*, a qua herba *Circæa* dicta, *Angitia*, alias *Angerona* vocata, *Helena*, a *Nepenthe* claræ, cui & *helenium* suum debet nomen, *Enones*, *Agnodices* & *Aspasia*, quarum singulæ Artem salutarem professæ dicuntur. Sed ut ad *Æsculapium* redeamus, ejus familia fere sola Professionem Medicam sibi propriam vindicaverat tum temporis, quæ oretenus a Patre transie-

262.

282.

300.

transferat in filium & nepotes, donec hinc inde Asclepiades publicas crexerint scholas, quas inter celebriores fuerunt Rhodia, Coa, & Cnidia. Rhodia sicut omnium prima inclarescere coepit, ita etiam prima iterum extincta est. Coa reliquas omnes fama atque celebritate superavit. Et Cnidii quidem Medici accuratam morborum symptomatumque consignarunt historiam, de causis eventuque eorum parum solliciti, & medicamenta adhibuerunt simplicia quidem sed exploratarum virium, uti sunt succus elaterii, lac, serum lactis, aliaque ejus generis plura. Eorumque vestigia presserunt Coi, uti clare testantur Coaca Præfagia Hippocratis, in quibus plurimorum morborum effectuum & eventuum certitudo occurrit, rationes vero illorum ubique desiderantur. Sed non puri Empirici fuerunt Asclepiadei, sed principis Anatomicis probe imbuti. Præter has scholas fuit etiam Cyrenaica & Crotoniana, ex qua ultima prodiiit *Democedes*, celeberrimus Medicus. Circa hæc promodum tempora Medicina à Philosophis usurpari coepit, quorum plerique in solis speculationibus subsisterunt, artique plus damni quam emolumenti attulerunt. Inter hos fuerunt *Thales Milesius*, *Phercydes*, *Epimenides Crotonensis*, *Pythagoras Samius* cum suis affectis, *Zamolxi*, sive *Samolxi Thracis*, *Empedocle*, *Pausania*, *Anchiti filio*, *Alcmeone Crotoniense*, *Epicharmus*, *Timeo Locro*, & *Eudoxo*. Præter Pythagoræos & aliarum sectarum Philosophi Arti Apollineæ operam navarunt, ut *Heraclitus*, *Democritus*, *Diagoras Melius*, & *Cyprius*. In eadem tempora incidit *Acron Agrigentinus*, sectæ Empiricæ Auctor atque Fundator, qui repudiatis Philosophorum speculationibus aliam plane viam ingressus est, & soli experientiæ primatum esse deferendum acriter contendit. Excipiunt hunc *Apollonides*, Medicus Cocus, *Æginus*, qui primus de pulsibus scripsit, *Phlission Lacrensis*, *Antiphon*, *Anaxarxis*, & quos *Galenus* & *Plato* citant, *Phacon* sive *Phaon*, *Ariston*, *Philotas*, *Acesias*, *Archidamus*, *Bryxynastus*, & *Leucippus* Philosophus. Hippocratis denique Præceptor fuit *Herodicus*, qui medicinam Gymnasticam in artis formam redegit, cui corporis exercitio

pag. 309

376.

404.

408.

421.

tioni etiam admodum addictus fuit *Icas Tarentinus*. Quorum singulorum placita recensere, nimis prolixum foret. De cetero monendus est L. B. hinc Periodis Præfationem esse præmissam, dictatoriis Censorum quorundam Halensium cri-
tibus, quibus Autoris Scripta acriter perfrinxerunt, oppositam, quas lites nostras non facimus.

LES SOUVERAINS DU MONDE:

i. e.

ORBIS IMPERANS, IN QUO GENEALOGIA, statusque politicus, & Heraldica Principum hodiè imperantium traditur, additis passim Catalogis Scriptorum celebriorum.

Tomi IV.

Parisiis, apud Wilh. Cavellier, 1718, 12 maj.

Alph. 3 pl. 18 Tabb. zn. 20.

Non ita Germanica scripta fastidiunt Galli, quin nostrorum Opera, que genti suæ profutura existimant, in vernaculam subinde transferant. Neque tamen ea omnium est ingenuitas, ut e Germanicis fontibus hausisse se sua fateantur. Quod postea quidem interpres libri, *die Durchlauchtige Welt* dicti, non dissimulavit, qui nihil sibi præter ordinem paulo concinniorem & rerum quæ inde ab A. 1710, quo postremum liber Germanice prodit, evenere, continuationem deberi haud diffitetur. Ceterum de genealogiis factem & re heraldica Principum hodiè regnantium agere Nostro constitutum fuit; quare tres tantum Germanici operis tomos, eosque ob immutatum aliquanto ordinem in quatuor tomos distributos, transtulit; quartum vero qui historiam Chronologicam successam exhibet, prætermissit.

Prostat Supplem. Tomi VII Sessio IV.

ACTA ERUDITORUM,

*publicata Lipsia
Calendis Junii Anno M DCC XIX.*

VOYAGES PAR LA MOSCOVIE, EN PERSE,
& aux Indes orientales.

hoc est,

ITER CORNELII BRUNI PER MOSCOVI-
am in Persiam & ad Indos orientales.

Tomii II.

Amstelodami, apud Wetstenios Fratres, 1718, fol.
cum figuris æneis amplius 320.

Alph. 5 plag. 5.

CUm Itinerarium figuris carens æneis desiderio legentium vix unquam satisfaciat, haud dubie magnificentum, quod hic exhibemus, opus plurimos nanciscetur & amatores & admiratores, quippe cum hic ætifice manu descripta videre liceat palatia disjunctissimarum regionum, animalia rariora, arbores, vestitus, & id genus alia. Nec vero de fide picturarum dubitabit, qui e Præfatione cognoverit, autorem pictoriz artis peritissimum sua ipsius manu omnia accuratissime depinxisse, eaque usum esse felicitate, ut ipsi primo per Czarum licuerit, quæcunque voluit, depingere Moscoviz loca. Præterea nihil quicquam hic relatam legimus, nisi quod suis ipse oculis Autor usurpavit atque exactissime consideravit. Hinc non dubitat suum itinerarium præferre omnibus superioribus eorundem itinerum scriptoribus, quo permulta enarrantur, nemini peregrinantium ante ipsum cognita. Ceterum Autor noster, Hagæ Comitum natus, jam antea iter quoddam novendecim annorum confecerat, cu-

G g

jus

jus & descriptio exstat, p. 155 commemorata: sed A. 1701 iterum ad externos abiit, maturiori ætate omnia mentione digna annotaturus diligentissime.

Quas regiones Autor perlustravit descripsitque, jam ex titulo operis notura est. Non jam licet nobis vestigia ejus copiosissima recensione legere, sed lectoribus nostris suffecerit, cognovisse potiora, quorum uberior hoc e libro peti potest notitia. Igitur *Cap. 2* Samoiedæ (quod nomen Russica lingua Anthropophagos significat,) eorumque barbari mores describuntur. Eorum ad religionem quod attinet, persuasum habent, Deum esse omnipotentem creatorem rerum omnium, communem hominum parentem fuisse Adamum, animas nostrare esse immortales, bonosque post mortem delatum iri non in cælum quidem, attamen in sedes beatissimas. Ceterum habent sua idola, coluntque pariter Solem & Lunam, ceterosque planetas, imo certas quoque bestias & aves. *Cap. 7* Festum Moscorum Paschale describitur. Scilicet nocte festum illud præcedenti tota sonant campanæ, idque continuatur ipso festo, ac die id subsequenti. Eo temporis tractu donant sibi invicem ova paschalia varie picta, quorum aliquibus inscripta sunt hæc verba: *Christos Vos Chrest*, hoc est, *Christus resurrexit*. Qui hac tempestate obviam alteri venit, ita inquit: *Christos Vos Chrest*, respondente altero: *Wostino Vos Chrest*, id est, *Profecto resurrexit*. Tunc alter alteri ovum porrigit, seque mutuo osculantur. *Cap. 9* urbs Moscovia describitur, maximeque templa ejus & monasteria. Czarum scribit adeo absolutam habere in omnia potestatem, ut & sacra mutare possit: id quod alii Reges metu Cleri non audeant. *Cap. 10* docet, quomodo hodiernus Czarus vestitus civium ac mores immutarit. Jussit enim barbas abradi, constituitque, qui obvios sibi in plateis barbatos nullo personarum discrimine aggredereantur, statimque barba ipsos exuerent: quod quidem magno dolori fuit Moscis, barbæ decore ægerrime carentibus. Hic Autor noster etiam exponit magnificum Czari in urbem Moscoviam ingressum expugnata arce Notteburgo. *Cap. 17—29* exhibitur *Isbranti Idesii*, Legati Czarici A. 1692 in Chinam, iter per Tartariam,

tariam. Hic Cap. 18 discimus, Tartarorum in Siberia hanc esse religionem, ut semel quotannis sacrificent equos & alia animalia. Victimam has enecatas ab arboribus suspendunt, humique coram iis procumbunt : tum carnem victimarum comedunt, domumque reverfi toto anno nullum præterea cultum DEO præstant. Statuunt, esse Deum opificem & moderatorem cæli siderumque : sed Diaboli nullam habent notitiam, Cap. 19 Tobolsca, urbs Siberiæ primaria, describitur, addita narratione, quomodo ea una cum omni Siberia in potestatem Joannis Basilidis quondam pervenerit. Sed redimus ad ipsius Bruni Itinerarium, qui Cap. 33 testatur, non procul Samachio urbe se vidisse locum quendam, quem accolæ *Jediskombet*, id est, *septem turres*, appellant : quo loco antiquissima supersunt monumenta sepulcralia, quibus ipse Tamerlanes pepercisse fertur. Cuidam horum sepulcrorum cum Autor noster inscriptas viseret literas, quid eas sibi velint, rogans accollas, accepit ab iis, non esse eas literas, sed mera sculptoris ornamenta. Cap. 35 magnificum describit mausoleum Sefi, Persarum Regis, ceterorumque Persiæ Regum. Urbem Isfahan, & quæ in ea sunt memoratu digniora, Cap. 40 describit. Subsequenti Capite agit de Rege Persico, quem pessime docet educari, tantum voluptatibus immergi, nihil sapientiæ civilis addiscere, & inde fieri, ut regnum sit expositum rapinis regionum ministrorum, de quibus notitiam simul exhibet, itemque de sacrorum administris. Hodiernum regem Cap. 42 lectoribus representat, tanquam hominem voluptatibus usque adeo deditum, ut salutis publicæ plane nullam habeat rationem : unde male administrari justitiam, & flagitia sceleraque manere impunita. Lectu dignissimum est caput 52, quo ruinas præcæ regis Persepolitanz accurate describit, simul notans ceterorum scriptorum tum negligentiam, tum vanitatem. Ceterum ipsius urbis Persepoleos nulla superesse vestigia, commemorat. Cap. 53 expendit veterum historicorum descriptiones Persepoleos, & Cap. 54 aliquot exhibet observationes de conditore regis Persepolitanz. Cap. 68 & 69 regnum Bantamiæ Indicum describit, & Cap. 72 Bataviam urbem, exhibens Cap. 73 seriem Hollandicorum gubernatorum generalium, quos vo-

cant. Hinc per Persiam reversus, Cap. 79 *Gebros*, veterum Persarum reliquias, describit, quorum cum sacerdote quodam collocutus hanc didicit ipsorum esse doctrinam: unum esse Deum, ens supremam, humano intellectui incomprehensibile, immensum, omniprensens, omnipotens, æternum, omniscium, providentia sua dirigens res creatas; quosdam angelos, postquam a DEO defecissent, coniectos fuisse in infernum, in centro mundi situm; mundum a Deo creatum fuisse sex periodis, quæ annuum conficiant spatium, an menstruum diurnumve; sibi ignotum esse; initio Deum creasse hominem e quatuor factis elementis, eique nomen indidisse *Babba-Adam*; hinc animam ejus creasse, quæ sit ventus; (Suspicamur, sacerdotem auctori nostro dixisse, animam esse *spiritum*. Nam & apud Hebræos eadem vox & *ventum* & *spiritum* signat.) e costa ejus produxisse corpus atque animam primæ mulieris; interjecto tempore quendam Adamo obtulisse genus quoddam frumenti, ex quo cum comedisset, Deum eum eiecisse e sedibus primis; ante hunc esum Adamum in capite habuisse oculos, eosque postea sub fronte collocatos esse; longo tempore post existisse prophetam *Zærsias* nomine, qui nobis est Abrahamus; eum exhortatum esse mortales ad vitam honestam, & corpore in fufum metallum impune immerfo demonstrasse, se divinitus missum esse; eundem dedisse hominibus librum legis, & præcepisse cultum, non autem adorationem, Solis, ignis, aquæ, terræ; Gebros itaque non adorare quatuor elementa, sed duntaxat ea venerari ob insignem ipsorum utilitatem. Idem esu sanguinis abstinent. Natos recens infantes tertio die sacerdos adit, in infantis pariter ac puerperæ os aquam infundens consecratam. Eodem tempore nomen infanti iraponitur. Circumcisione hi Gebri haud utuntur. Animam extincto corpore deferri credunt in alium orbem, ibique permanere ad extremum usque judicium: tunc pro merito quatuque suo aut in infernum aut in cælum missum iri. Mahomedem execrantur tanquam pseudopphetam. Mundum statuunt conditum esse annis abhinc 4767. Lingua ipsorum prorsus differt a lingua hodierna Persica. Cap. 80 exhibetur series Regum Persiæ, qui regnarunt inde ab Alexandro

dro M. usque ad nostram ætatem, qua rerum potitur *Shab Soliman* II sive *Soliman Hussain*. Conclusum ita Itinerarium sequuntur Bruni nostri observationes ad figuras æneas, quibus expressa regie Persepolitanz rudera exhibuerunt cum Chardinus, tum, cujus Itinerarium A. 1712 prodiit, Engelbertus Kempferus. Initio ait, quam parum fidei sit habendum sculptoribus, vel ex descriptione *Terra sancta*, A. 1712 Amstelodami a Jo. Balth. Mettichero edita, disci posse, quippe qui veritatis tam æquam habuerit rationem, ut usus sit aliquot figuris oppidorum Hungariz, Tokajum ponens pro Tiberiade, Petrowardium pro Nazaretho. Hinc, quam multi gravesque admissi fuerint errores in duobus, quos memoravimus, Itinerariis Persicis, pictorum sculptorumque negligentia, edisserit. Denique p. 452 sqq. exhibetur Anonymi, sub literis H. P. latentis, Epistola ad Brunum, in qua Chardini rationes refelluntur, quibus is probare annis fuerat, non esse ista rudera regie Persepolitanz ab Alexandro M. everfa, sed templi cujusdam veteris Persici. Demonstrat igitur Anonymus, omnino hæc esse rudera regie, simulque laudat Bruni nostri diligentiam, tres menses ibi commorati eam in finem, ut accuratissime proprio oculo inspiceret ac depingeret omnia.

ISTORIA DELLA VITA, MARTIRIO E MIRACOLI di S. Gregorio &c.

h. e.

HISTORIA VITÆ, MARTYRII ET MIRACULORUM S. Gregorii Archi-Episcopi & Primatis Armeniarum
Autore ANTONIO MARIA BONUCCI,
e Soc. Jesu.

Romæ, e typographia Barnaboana, 1717. 4.

Alph. 1 plag. 3.

CL. Autor in delineatione vitæ, martyrii ac miraculorum vulgo pie creditorum S. Gregorii Archi-Episcopi & Primatis Armeniarum usus est duobus Martyrologiis MSS. Venetiis assertis, varique præcipue de juventute & obitu S. Gregorii in

Gg 3

medium

medium profert, quæ in vita hujus Sancti a Metaphrasæ descripta & apud Suriium 30 Septembr. extante frustra quærentur. Interim non diffitemur, multa ab Autore esse immixta, quæ fidei admodum nituntur fundamentis, præcipue quæ de miraculis & apparitionibus huic Sancto factis in medium profert, quæ tamen ita comparata sunt, ut Lector mediocri saltem judicio pollens facile vera a falsis separare queat. In frontispicio hujus libelli exhibet Autor imaginem S. Gregorii æri incisam, inque præmio exponit rationes, quæ ipsum ad contexendam hanc Historiam impulere. Totus libellus XV constat capitibus, quorum primum brevem Armeniæ descriptionem fataque S. Bartholomæi, quæ in publicando Evangelio ibi expertus est, nobis exhibet. Hunc Apostolum multa ibi peregrisse miracula tradit p. 10, quorum virtute non tantum Polimium Regem sed & ipsius conjugem duodecimque civitates veritatis divinæ radiis illustrasse fertur. Jussu tandem Astiagis Regis Polimi fratris vivus excoriatus misera morte periit, p. 11. Cap. II agit de patria, parentibus & educatione S. Gregorii, ubi mentionentur tristia fata, quæ ipsi infanti contigere, siquidem, patre suo Parthorum Rege a Satrapis Armeniæ occiso, fasciis adhuc involutus patrios lares deserere coactus est, p. 14. Cæsarex deinde in Cappadocia a Sophia Matriona quadam Christiana educatus ipsius sacri baptismatis lavacrum nomenque Gregorii suscepit, quæ omnem impendit operam, ut animo illius veræ pietatis & doctrinæ præcepta instillaret. Hujus Historiæ veritatem probare annititur Autor autoritate illorum Martyrol. MSS. quæ asservantur Venetiis, ut & Clementis Galani, p. 18. Cap. III agit de matrimonio hujus Sancti, quod Sophiæ suavis cum Maria principis ejusdam nomine Davidis filia iniiit, ex qua suscepit duos filios Aristarchum & Verthanum, p. 21. Ne vero ipsi in pietatis tramite aliquod objiceretur obstaculum, ipsa approbante vitamque monasticam eligente conjugem, vinculum conjugale dissolvit dicitur, p. 23 & 24. Servitio deinde militari Theridatis Armeniæ Regis sese adstrinxit, ut hac ratione occasionem nancisceretur, veritatem divinam propagandi & hunc Regem ab idolatrico cultu abducendi, quod factum Autori nostro

At tam excellens apparuit, ut non erubuerit, ipsum cum nostro Salvatore Christo comparare, qui forma servili assumpta, hominum salutem quaesivit, p. 26. Cap. IV duræ ipsius calamitates exponuntur, quas ob divinam veritatem a Theridate perpeffus est, quippe qui, quum blanditiis S. Gregorium a divinæ veritatis cultu abstrahere haud potuisset, ira accensus eum in carcerem duci iussit, p. 29 & seqq. in quo durissimos & immanes cruciatus sustinuit, p. 32 & seq. Cum vero & in his suppliciis summæ patientiæ & constantiæ exhibuisset specimen, Rex altero pede ipsum suspendi, sinumque substratum accendi iussit, ita, ut Martyr simul a decem lictoribus virgis cæderetur & fetidum fumum naribus exciperet, p. 14 & seq. Cap. V cetera cruciatuum genera exponit, quando Tyrannus tibias illius acutissimis lignis comprimi faniisque constringi iussit, ita, ut ex ipsis etiam summis pedum digitis guttæ sanguinis destillarent, p. 37 & 38. Naso porro ipsius fibulam applicuerunt, nitrumque & salem aceto mixtum infuderunt, p. 39. Latera ejus ferreis unguis dilacerarunt, p. 45. Cap. VI pergit Autor in recensendis istis tormentis magnis & prope fidem excedentibus, nisi crudelitas humana omnem modum superare. Hoc tamen inter ea præcipuum, in foetidum & serpentibus repletum lacum conjectus XIV annos in eo illæsus vixisse pœnæque atrocitatem patientia & constantia vicisse dicitur, viduæ tantum benignitate sublevatus, quæ necessariam stipem suppeditabat, p. 50 & seqq. C. VII recenset Autor martyrium Virginis cujusdam nomine Ripsimes, quæ cum insidias Diocletiani Imperatoris feliciter effugisset, in manus Theridatis eam ad turpes amplexus invitantis incidit, qui eam renitentem una cum sociis ipsius acuto lapide dilaniari, ac intestina in terram effundi iussit, quod crudele facinus prolixè describitur p. 55 & seqq. Cap. VIII exponit Autor mirandam istam, si credere fas est, metamorphosin Theridatis, qui justo Dei judicio in porcum commutatus dicitur, ejus mutationis historiam prolixè describit p. 68, ejusque veritatem exemplo Nebucadonosaris aliorumque probare imprimis annititur. In fine hujus capituli liberatio S. Gregorii ex isto lacu instinctu divino a Theridatis furore facta adducitur, ubi varia immiscentur, quæ fabulam redolent. In fine hujus capituli

tis memoratur, qua ratione Rex Theridates precibus nostri Gregorii rationis ulum receperit, formâ porcina interim retenta, p. 73. Cap. IX copiose Autor enarrat visionem S. Gregorio factam, qua Angelus in forma Columnæ a Deo missus ipsi mandasse dicitur, ut templum exstrueret, reliquiasque beatæ Virginis Ripsames sociarumque ipsius in illud reponeret. Varia hic ad cultum idololatricum stabiliendum adducuntur, quæ infirmo stant talo. Exstructio hujus templi legi potest p. 84, ut & institutio Regis ipsiusque familiæ in fide Christiana, quam subsecutum est alterum S. Gregorii miraculum, quo Regem Theridatem ex parte pristina restituit conditioni, ita, ut semiporcina nunc incederet forma, quæ risum fere lectori movere possunt, p. 87. Cap. X integra Regis restitutio recensetur variaque miracula ab hoc Sancto patrata adducuntur, ut sanatio omnis generis morborum, multarumque gentium ipsiusque Theridatis conversio, p. 100 & sqq. 400 myriades hominum S. Gregorius brevi tempore baptizasse dicitur a Metaphraste, cui tamen Autor non subscribit p. 103. C. XI exhibentur res in Præfulatu a Gregorio gestæ, ut & iter ipsius, quod cum converso Rege Theridate, cujus singularis pietas ac constantia ad cælum usque laudibus tollitur, ad Pontificem Romanum Sylvestrum adornavit, colloquiique etiam cum Imp. Constantino tunc habiti sit mentio p. 115, adducto fragmento ex Epistola amoris & concordia inter M. Constantinum, S. Pontif. Sylvestrum & inter Armeniarum regem Theridatem & S. Gregorium, cui hic titulus Illuminatoris datur. Cap. XII reditus ejus in Armeniam & abdicatio muneris Episcopalis describitur. Senio enim confectus animum a terrenis curis abstracturus, cum paucis discipulis secessit in solitudinem & quadagesimo demum die semel panem gustavit, p. 119, precibus tandem Theridatis redux filio suo Aristarcho episcopalem contulit dignitatem, sacrasque ipsi imposuit manus, p. 120. Concilium Nicænum, quamvis a Constantino invitatus, non adit, omnes fugiens honores, sed filium eo misit, p. 124. Placida morte, in seculis discipulis ipsius, 80 ætatis anno occubuisse dicitur. Cap. XIII refert, corpus nostri Gregorii aliquamdiu sepultura caruisse, quoad tandem ab Armeniarum pastoribus, quos Autor cum pa-

storibus

storibus Bethlemiticis comparat, inventum sepulture tradere-
 tar; p. 130 & seq. Tempore vero Zenonis Erasmiz cuidam in
 somno apparuisse eumque monuisse dicitur, ut corpus ipsius
 abducens in propinqua civitate Tourdan sepeliret, Zeno vero
 in duas partes illud dividens unam Constantinopolin transferri
 iussit, altera ibi relicta, p. 131. Pars illa Constantinopoli asservata
 in multa iterum dissecta est frustra, ita ut Neapolitani caput
 eum catenis & fragmentis virgarum, quibus cussus est, Neriton-
 ses brachium, aliique cetera corporis membra se possidere glori-
 entur. Neapolitani tamen in hujus Gregorii honorem tem-
 plum extruxere, in quo Neapolitanæ virgines olim sub habitu
 & regulis Sancti Basilii nunc vero S. Benedicti vivunt, p. 134; quæ
 occasione cetera templa in honorem hujus Sancti erecta recen-
 sentur p. 136. Cap. XIV Autor multa adducit Martyrologia Au-
 torumque testimonia, quibus hæcenus recensita corroborare
 allaborat. Cap. denique XV varias subjicit notas, quibus ea
 quæ forte lectori dubium movere possent, dilucidius explanare
 studet. Corouidis tantum loco exhibet P. Villotti literas, qui-
 bus hodiernus Armeniz status, cultusque, qui huic Sancto ab hu-
 jus regionis incolis hodie adhuc exhibetur, cognosci potest.
 Nos de hoc libello ejusque Autore eam ferimus sententiam,
 quam Autor ipse ex Bellarmino de Metaphrasæ adducit Not.
 VIII p. 181: Illud observandum est, inquit, a Metaphrasæ scri-
 ptas fuisse historias de vitis Sanctorum multis additis ex pro-
 prio ingenio; & eadem pagina: illud quoque observandum est,
 aliquas historias Sanctorum videri additas a posterioribus &
 non omnes esse Autoris ejusdem.

**JOH. JAC. SCHVDT, GYMNASII MOENŒ-
 Francofurtani Rectoris, Commensarius Philologico-Theo-
 logicus in Psalmum CX.**

Francof. sumtibus And. Frid. Betticher, 1718, 8.

Alph. I pl. I.

Constat liber iste octo dissertationibus in Gymnasio Franco-
 furtano inde ab A. 1705 habitis, jam vero conjunctim editis.
 Psalmus totus ab Autore Cl. ita disponitur ut *Regnum Messie* pro-

Hh

ponat,

P. 7.

- ponat, ubi describatur 1) Divina Regiæ Messiæ exaltatio v. 1; 2) majestatica Regis gubernatio v. 2. 3) magnifica subditorum descriptio v. 3, 4) insignis triumphantis Regis victoria v. 5, 6, 5) gloriosa Regis ex passione emerfio v. 7. Autorem Psalmi Davidem octo argumentis probat, Judæosque refellit, qui verba מלך *de Davide* explicantes, vel Melchisedecum Regem, vel Elieserem servum Abrahami Psalmum hunc de Abrahamo cecinisse nugantur. *Subjectum* ejus Judæi Angelum custodem Davidis, Hiskiam, Zorobabilem, Mosen, Saulum, Abrahamum, Salomonem, vel ipsum denique Davidem statuunt. Sunt ex Christianis, qui Davidem & Messiam simul describi putant, sed *Autor* solum Messiam Psalmi hujus subjectum statuit, idque septem rationibus adductis evincit. *Sedere ad dextram Dei* ipsi notat cum Deo regnare, & majestatis divinx participem fieri, quæ explicatio contra Socinianos prolixè statuitur. Voculam מלך, usque, non excludere tempus futurum cum Theologis & Philologis nostris confirmat. Diss. 2 in eo præcipue versatur, ut probet regnum Messicæ Hierosolymis incepisse, & virtute divina mirabiliter amplificatum esse. Versum tertium, qui difficillimus est, & multum negotii interpretibus facessivit, Noster ita disponit, ut in eo subditi Regis Messicæ describantur 1 ab obsequio, ut promptissimi, 2 a decore, ut ornatissimi, 3 a multitudine, ut copiosissimi. Versio ejus hæc est: *Populus tuus alacritates (alacris erit) in die roboris tui: in splendoribus sanctisatis, præterea aurora tibi ros juventutis tuæ.* Per *diem roboris* Christi omne illud tempus intelligit, quod ab adscensione in cælum usque ad finem mundi intercedit. Refutantur simul Patres quidam, & Doctores Ecclesiæ nostræ, qui ultima hujus commatis verba de æterna filii Dei generatione acceperunt. V. 6 verba מלך נשנה נשנה noster interpretatur *implevit cadaveribus.* Ultimo versu per *bibitionem ex torrente* statum exinanitionis & passionem, per *exaltationem vero capitis* statum exaltationis cum Theologis plerisque intelligit. *Quæ* differt 6 & 7 de sacerdotio Christi & Melchisedeco prolixè inveniuntur, ea nos non tangimus. Noster ipsum ut hominem piæ, Canaanorum dynastiam, ex Chamii posteris oriundum, describit.

bit. Ceterum Autor Cl. multum in eruendis genuinis verborum significationibus infudat, quæ nos quidem hic prolixius recensere superfedemus. Sub finem addita est oratio *de Officio boni Rectoris*, d. 21 April 1717, quæ munus Rectoris in Gymnasio patrio auspicaretur, ab ipso habita.

EVERARDI OTTONIS, ANTECESS. DUISBURG-Papinianus, sive de Vita, studiis, scriptis, moribus & morte Aspilii Papiniani, JCorum Corypbei, Diatriba.

Lugduni Batavorum, apud Sam. Luchtmans, 1718, 8.
Plag. 31.

CUM in Emundi Merillii observationem, Servium Sulpiti-
cum, Salvium Julianum & Æmilium Papinianum ceteris
Jctis palmam maxime præripuisse, incidisset V. Cl. Everardus
Otto, jam ante stationem Duisburgensis Academix a nobis lau-
datus, attentius eos considerans, atque aliud etiam agens, ex
numis, inscriptionibus ceterisque veterum monumentis anno-
tavit nonnulla, quibus eorum Historia illustrari possit. Sulpi-
tium etiam laudes publico nuper sermone ait se inchoasse, & Cice-
ronis cavillationes refutasse. Historiam porro Edicti perpetui
dudum sibi affectam, Juliani vitam capite singulari complecti.
Et nunc Papinianum, ætate posteriorem, in lucem prodire pri-
mum: ita tamen ejus hic lineamenta duci, ut forte cura majore o-
lim queat exornari. Syrum hunc, vel saltem respectu paren-
tum aut majorum, ex Syria oriundum fuisse, e verbis Spartiani
colligit: *Papinianum Imperatori, Severo affinem etiam per se-
sundam uxorem fuisse, per Juliam scilicet, sapientem illam Ori-
entis mulierem, quam Severus, amissa Martia, e Syria petiit. Sic
Fronto Rhetor, eodem quo noster tempore Romæ degens, ejus-
que popularis, erat Emisenus, apud Suidam. Emisa autem, ci-
vitas Phœnicæ. Ammianus: Phœnicæ regio acclivis Libano
monti, urbibus decorata magnis & pulchris, in quibus Tyrus,
Sidon, Berytus, Emisa & Damascus.* Certe Ulpianus, studio-
rum æmulus & Papiniani assessor, in L. 1 D. de Censibus, in Sy-
ria, Phœnicæ, Tyriorum colonia est, unde mihi origo. In eadem

c. I.

Hh a

pro-

2. *provincia & Berytensis colonia, est & Laodicea colonia in Syria Caele. Sed & Emifona civitati Phœnicæ, jus colonie datum.* Quod ad gentem attinet, Julia ob studium Philosophiæ, animo quam gente nobilior fuit, & e genere plebejo in altum evehct. Et Spartianus ait, Papinianum per se, & per scientiam suam magnum evasisse. Græcos & Latinos eum nonnunquam *Papianum* appellare, specie metaplasmæ, aut etiam quod *Papianus* scripsissent, geminatis literis. Neque ideo confundendum eum cum recentiore Responsorum autore, Papiano. Natus est Noster regnante Marco Antonino Pio, A. U. C. circiter 898, quumque annus ejus fatalis incideret in 964, obiit certe sexagenario major. Quumque integrum librum, *Ἀνωγομαίων* suum, Græce scripserit, cujus fragmentum sub tit. D. *de via publica*, multo certius fit, eum Syrum fuisse. Syri enim Grajorum faciundiam, ex quo Macedones regno illorum præfuerunt, adsciverant. Phœnicus etiam sermo cum Hebræo valde sit affinis, & quædam Judaica dicendi genera in Pandectis reperiantur, videri ipsum Papinianum, & Ulpianum, & Modestinum Semijudæos fuisse. Nam & Judæos majorem Syriæ partem, in qua & Phœnicæ, Græciam vocasse. Sed nunc etiam Latine eruditissimum fuisse Papinianum illo ævo, quo omnis pene Latii gloria collapsa. Sub Marco enim Antonino Gellium & Apulejum, sub Severo & Caracalla Tertullianum, Hyginum, Solinum, duos jam & horridos & sæpe sordidos in stylo esse, certe incognitos & obscuros. Solos JCTos tractatione præsearum legum & librorum, in puriore literatura perstitisse: æqualibus autem suis palmam hic præripere Papinianum. Ac vindicatur hac occasione L. 6 §. 1 D. *ad L. Furtum de adulteriis* adversus Laurentium Vallam, Budæum, Duckeram. Per totum etiam caput 6 plurima alia Papiniano ceu Antiquariario usurpata antiqua defenduntur. Ut porro demonstrat Noster, illum etiam Historicum fuisse, provocat ad fragmentum Libri singularis *de Adulteriis*, quod extat in collatione LL. Mosaicæ & Rom. tit. 4, deinde ad Legem Remmiam, in L. 13 D. *de testibus*, & ad L. 9 §. 1 D. *de supell. legat.* ubi integros Homeri versus ex Odyss. libro XXIII adjecta versione V. Cl. Stephani Bergæri, recitat. Pro-
- fus

fus ad historiam pertinere ait etiam L. 8 D. *ad L. Jul. Maj. & L. 23 D. de Liberis & posthum.* ubi respiciatur ad veterem ritum, quo mulieres in adoptionibus parturitionem in lecto geniali simulaverint. Minus expressa ejus moris vestigia occurrere apud alios, sed manifeste eum indicari a Plinio in Panegyrico Trajani & a Propertio. Imo amplius, apud Judæos etiam simile quid jam ante occurrere in historia Patriarchali, sed & de aliis populis idem diserte testari Diodorum Siculum. Quid in studiis Geographicis præstiterit Papinianus, egregium extat specimen in L. 37 D. *de rebus auctorit. jud. possid.* Loquitur illa de Antiochenis Cæle-Syriæ civitate. Videri autem Papinianum extate obtinuisse, ut omnis Syria in duas tantum partes, Syriam Cæle & Syriam Phœnicæ, quas *Syrias* appellet Ulpianus in L. 3 D. *de Censib.* divideretur. Jam & Philosophum fuisse eum asserit: imo Philosophiam hereditarium aliquid fuisse in familia Papiniani, utpote cujus ipsæ etiam mulieres philosopharentur. Qualis Julia Domina, Severi uxor, Philosopha. Tum vero nostrum cum commilitone suo Severo Matheseos peritissimum laudat Spartianus, Arithmeticæ puta & Geometriæ, idque propter ipsam quoque juris artem, cujus multæ quæstiones de terminis, mensuris, finibus, in judiciis familiæ exercendæ & communi dividendo facili sic negotio solvuntur. Dedit eum duo eximia specimina, alterum de fructibus fundi dotalis dividendis, in L. 7 D. *solut. matrim. dos quemadm. repet.* alterum de parte fundi evicta, in L. 64 D. *de Evict.* De prioribus at, divoratio facto fructus dividi *non ex die locationis, sed habita ratione præcedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit.* Repetit §. 9: *nam & hic fructus toto tempore, quo curantur, non quo percipiuntur, rationem accipere debemus.* De parte fundi autem evicta, partes quartam & quintam reapse diversas non esse, sed ejusdem quantitatis, nimirum CC jugerum: distingui autem modo considerandi; atque ea ratione exponi hunc textum novissime a C. Wæchtlero, cui Noster assentitur. Pro excusatione autem Molinzi, Balduini, & Cujacii, qui in alia omnia inveniunt, monuisse Ciceronem, Mathematicos magna in obscuritate rerum & in arte subtili versari. Ut dialecticus fuisse Papinianum

num evincat, ostendit, argumentum a sensu contrario utique esse fortissimum, L. 1 pr. D. de officio ejus, cui mand. est juris d. cumque D. Noodtio id visum sit lubricum, & plerumque extra scriptoris mentem, respondet Noster, Papinianum hic nota contrario, sed ab exceptione argumentum sumere; *hujus rei fortissimum argumentum, quod Lege Julia de vi nominatim cavetur, ut is, cui obtigerit exercitio, possit eam, si proficiatur, mandare. Non aliter itaque mandare poterit, quam si abesse cuperit.* Stoicam fuisse Papinianum, inde arcessit specialiter, quod adolescentia ejus ceciderit in imperium Marci Antonini. Ita enim factum, ut plurimi Stoicam quoque philosophiam tota animi contentione sectarentur, ad gratiam scilicet illius promerendam, teste Sexto Empirico. Stoicos ergo imitatur Papinianus, dum aperte vel tacite ad vocis originem alludit. L. 6 §. 1 D. ad L. Julianam de adulteriis. Lex stuprum & adulterium promiscue & *νοτα γεννητότερον* appellat; sed proprie adulterium in iupta committitur, propter partum ex altero conceptum *composito nomine*: stuprum, in virginem viduamve. Nescio, inquit D. Otto, quo pertineat, quod addit, *composito nomine* cum nullum vocis partus in adulterii vocabulo vestigium reperitur. Græcis *ἄθροον* fœditatem & corruptionem esse. Similiter *stuprum* antiquis dedecus significare & turpitudinem. Neleus in carmine, *sedes stupreque castigor cotidie*. Stoicorum porro opinionem fuisse, animam in utero non concipi, sed effulso jam partui ac nondum vivo infanti insinuari extrinsecus ab anima mundi, ut ventum. Fœtum hominis editum partu, ab ære refrigerari ac durari, & mutato spiritu fieri animal, apud Plutarchum. Hinc & Papinianum in L. 9 D. ad L. Fulcidiam, partus nondum editus, homo non recte fuisse creditur. Verius eosdem dixisse Stoicos, Deos nos sui & nostri causa, orbem vero universum hominum gratia construxisse, apud Cicero-nem. Ideoque hominem in hominis fructu esse non posse, inferunt J. Cui, Papinianus in L. 4 D. de usuris alii que: nisi emtor a venditore novandi animo ita stipulatus sit. Stoici porro dicebant, cognationem cuius cum toto genere humano intercedere, propter communem divini spiritus partem (quæ ab ani-
ma

sua mundi multum differt.) Fluxit ergo hinc, quod ait Noster, *beneficio affici hominem, hominis interest.* L. 7 D. de serv. export. Stoicum etiam esse, quod statim sequitur: *pene non irrogata indignatio solum duritiam continet.* Iidem statuebant, si quis in scelere non deprehensus, nec reus criminis postulat, manus tamen sibi intulerit vel ex tadio vitæ aut pudore æris alieni, ejus bona Fisco non vindicari. Non enim facti sceleritatem esse obnoxiam, sed conscientiaæ metum in reo, velut confesso, teneri. L. 3 pr. D. de bonis eorum qui ante sentent. Ubi laudatur expositio Amplissimi Viri, Bynckershæc. Summam esse rationem, quæ pro religione facit, ait Papinianus. L. 43 D. de relig. & sumpt. fun. Et lucem fenerari istud ex ipsa etiam philosophia Stoica quodammodo. Tandem ut Jurisconsultum fuisse Papinianum probet, eundem sibi per singula pertravit. Solenne ipsi, ex ipsius naturæ fontibus jus deducere. Ubi L. 7 §. 1 D. *si tabula testam. null. extab.* confirmatur verbis Philonis Judæi de Vita Moïsis libro tertio. Adversus Schilterum defenditur L. 29 §. D. *de donation. & ex jure divino similiter.* L. 38 §. 2 D. *ad Li. Jul. de adulteris.* Porro jura antiqua sciens prudensque ut recentia tractavit, imo quasi nulla fuisset constitutio, qua tollerentur. Ita enim Jctum jam ante descripsisse Ennium & extat is locus Libro VII Annalium Ennii. Idem tamen divina pene mentis acie multa etiam invenit nova & ex ipsius naturæ sinu Jurisprudentiam auxit, teste Novella 4 c. 1, In interpretatione ultimarum voluntatum divino illo responso in L. 102 D. *de condit. & de monstracion.* se ipsum superavit. Ac ne quis ad sensum L. 2 D. *qui potiores in pign.* adhærescat cum Regnero & Schiltero, respondet cum Hubero in Eunomia, & provocat præterea ad mores Germaniæ, ipsumque nostrum Carpzovium. Nunc cautiones etiam Papiniani cum cautelis Capollæ comparat, seu plane contrarias. Miram denique in scriptis Papiniani esse vim rationum & consequentiarum; quum multa alias in Digestis supersint quæ nulla ratione fulciuntur. Homo tamen etiam hic Papinianus, non Deus. Præceptorem communem cum Severo habuit is Q. Cervidium Scævola, qui in idem Græce admodum peritus, & raro invenias apud nostros

C. IO.

II.

nostros legem Græcam, quæ non sit Scævola aut Modestianus. In sermone Latino penè similis præceptoris discipulus. Ubi obiter illustratur L. 38 §. 2 D. *de auro arg. legat.* Signum Dei notare imaginem fufilem indigenæ cujusdam & familiaris Dei: Deum autem multoties Jctos numero singulari nûrpare, quia unum solummodo crediderint: L. 1 §. 5 D. *ad L. Falcid. L. 4 §. 1 D. ad L. Jul. pecularis.* Etiam hac parte Papinianus Præceptorem superavit, dum in facti quæstionibus prudentiam & viri judicii sine pari ostendit, forte etiam vicit eum candore & integritate mentis. Aliquando dissenfit porro a Scævola atque obtinuit. De discipulis Papiniani difficilis est locus Lampriidii c. LXIII. Atque æquales illius a discipulis recte distinguit Noster: aut si non ætate erant, voluntate tamen & cultu gerebant se pro discipulis, judicio Gravinæ. A Secta ut abstineret Papinianus, ingenii ejus magnitudo effecit. Sapius tamen ei Sabini opiniones placuerunt, quod ea schola æquitatis magis studiosa, Proculejana autem subtilitatis juris. Quæstiones & Responsa Papiniani a se invicem distare, monet D. Otto satis discrete, in libros duos autem Definitionum theses generales ac regulas, assidua fori observantia a Prudentibus excogitatas, velut per saturam fuisse conjectas. Additque præterea p. 246, hæc regulas non in Definitionum tantum libris occurrere, sed Quæstiones etiam & Responsa similibus esse referta. In libris de Adulteriis sustulit Papinianus levissimam legem Papiam, moechiæ illicem. Et ex L. 12 D. *de fundo dotal.* tandem constat, legem Juliam de fundo dotali non esse fragmentum Legis Julix & Papiæ de maritandis ordinibus, sed caput Legis Julix de adulteriis. Nunc etiam constabit in posterum, Hieronymum in epistola ad Oceanum respicere ad ea, quæ Papinianus libro primis adulteriis, in L. 6 D. *ad L. Juliam* scripserat. Eodem pertinere verba Lactantii & Chrylostomi. Romanos tamen hæc a Græcis, hos a Judæis accepisse. Vicissim consentit Noster, ipso etiam civili jure pari auxilio legum gavissam uxorem adversus maritam. Ex *ἀστυνομία* unicum superesse fragmentum in L. un. D. *de via publica.* Nomen petraum esse ab Astynomis Atheniensium, non rein ipsam: quo pertinet liber D. Ottonis singularis

c. 12.

ris de *Edilibus* coloniarum & municipiorum. Quantaunque autem fuerit autoritas Papiniani, plures tamen Jctorum notas scripserunt in ejusdem libros, etsi nomina sua, vivente adhuc Papiniano, non semper distinguant & expriment. Nec tamen *vo notat* perpetuo refutat, sed etiam interpretatur. Nimum interim studium Papiniano post funestum obitum contradicendi in Ulpiano, Paulo & Marciano nemo dissimulabit: vitio hominibus coævo & perpetim duraturo. Mortuo ergo leoni, quem ante metuerant, impotenter insultarunt, quoties vel levissima occasio daretur, & captarunt Caracallæ gratiam, qui illum necari jusserat, sub quo etiam notas istas & alia pleraque emisserunt. Hæc quum viderent Theodosius Junior & Valentinianus III, notas Pauli atque Ulpiani in Papiniani corpus factas, ceu calumniosas infirmare præceperunt. Nam nec anteriores Imp. istud cacoethes potuerant pati: *sicut dudum statutum est*. Neque etiam Justinianus notas has Ulpiani & Pauli, calumniis plenas, valori suo restituisse dicendus est. Jussit, omnes istos conflictus Jctorum denuo diligenter examinare post fata illorum, sine ira studioque, & adeo non statim respuere, quæ in notis occurrebant, sed ante omnia excutere, numquid ex iis vel ad declarationem laborum Papiniani (*ad repletionem* dixit) vel interpretationem esset necessarium. Hoc retinendum erat, denuo rejectis reliquis altercationibus calummosis. Nihil ergo hic ademptum vel veritati vel justitiæ, nec exæquata contradicentium, invidiose ac mordentium hominum autoritas. Sed & eandem judicii limam adhuc hodie a nobis postulari, dicendum est, si occurrant vestigia ambitiosæ affectationis cujusdam censoriæ animadversionis, sive in Papinianum, sive in quemcunque alium.

D. Laurentii Heisters Wand-Ärzney.

h. e.

D. LAURENTII HEISTERI, ANAT. CHIRURG. & THEOR. P. P. Chirurgia: in qua omnia, quæ ad Chirurgiam pertinent, ex recentissimis & optimis principis, cum multis tabulis æneis, exhibentur.

li

Norim-

Norimbergæ, sumptibus heredum Joh. Hoffmanni, 1719, 4.
Alph. 4 plag. 6 Tabb. zn. major. 22.

Quemadmodum Celeb. Autor Compendio suo Anatomico, nuper denuo auctius atque emendatius recuso, hujus artis studiosis omnia, quæ in Anatome hucusque detecta atque cognita sunt, uno libro conjunctim exhibere voluit, ita hoc opere cuncta, quæ in arte Chirurgica bona scituque necessaria inventa sunt, in unum corpus digerere instituit: ut hac ratione quoque in unico libro optima quæque, tam veterum quam recentiorum, de morbis, encheirifibus atque curationibus Chirurgicis hujus studii cultoribus repræsentaret.

Divisit autem totum opus in tres partes, in quibus omnia, quæ ad rem Chirurgiam spectare videntur, perspicuo & facili modo pertractare annisus est. In *primâ* (præmissa primo introductione generali in Chirurgiam; in qua perquam salutaria ad hanc artem probe addiscendam præcepta exhibuit) egit de *Vulneribus, Fracturis, Luxationibus, Tumoribus & Ulceribus*: ubi vero generali pertractatione horum morborum, uti in multis libris Chirurgicis fieri solet, contentus non fuit, quippe ratus generalem solum horum cognitionem futuro Chirurgo non sufficere, qui alias haud raro sit hæsitaturus, si quando casus, quorum specialis medela desideratur, inciderit. Verum præceptis universalibus præmissis, ad specialem vulnerrum, fracturarum, luxationum &c. pertractationem progreditur: in quibus non solum *praxin* sive manualem operam (id quod rudes empiricos efficere credit) perspicue describit, sed etiam *Theoriam* ex recentioribus & optimis fundamentis, quantum Chirurgo rationali sufficere existimavit, plene & facili methodo tradit, non omisis optimis Medicamentis instrumentisque maxime idoneis atque necessariis. In *altera parte* agit de ita dictis *operationibus Chirurgicis*, sive de curandis iis morbis, qui vel ad præcedentes quinque classes commode referri non potuerunt, aut peculiare, & a præcedentibus longe diversas encheirifes atque instrumenta requirunt: quarum operationum centum & sexaginta duas hic describit. Divisit autem Autor operationum harum pertractationem in sex classes, earumque de-

descriptionem incipit ab illis, quas *communes* vocat, id est, *quae in variis corporis Humani partibus fieri solent*, uti est primo venæ sectio, operationum Chirurgicarum vulgatissima ac frequentissima: de qua prius generatim docet, quid circa venæ sectiones quascunque Chirurgus sit observandum scituque necessarium; deinde vero speciatim tractat de venæ sectione in brachio, manu, pede, fronte, collo, lingua & membro virili, eorumque variis symptomatibus. Postea ad reliquas operationes communes progreditur, ad quas refert fonticulorum excitationem, vesicatoriorum & hirundinum, cataplasmatum, causticorum, moxæ, instrumentorumque candentium applicationes, scarificationes, & injectiones; item & excrescentiarum, tumorum cysticorum & peregrinorum e vulneribus ablationem, futuras vulnerum, & denique artuum, digiti, manus, pedisve amputationem, aliasque varias hujus generis curandi rationes.

In *altera sectione* operationes pertractat, quæ in *Capite* ejusque specialibus partibus, ut in cranio, palpebris, oculis, viis lacrymalibus, naso, auribus, labris, dentibus, lingua, palato, tonsillis, &c. peraguntur. In *tertia* operationes in *Collo* perficiendas tradit, ut modum ossa & spinas e faucibus & collo eximendi, curationem colli incurvi, asperæ arteriæ apertionem, scrophulos, & fetaceum in nucha. In *quarta* eas, quæ in *thorace* fiunt, explicat: præsertim in mammis mulierum; & deinde paracenthesin pectoris & gibberis tractationem docet. *Quinta* vero sectio amplissimam operationum in *infimo ventre* occurrentium seriem exponit: ubi paracenthesin in ascite perficiendi modum & præcipue hæmiarum, tam umbilicalium, quam inguinalium atque scrotalium curationes tradit. Deinde ad eandem classem refert copiosas operationes, quæ in partibus genitalibus, & circa eas, tam virorum, quam mulierum fiunt, inter quas præcipue methodos diversas *calculum extrahendi* e vesica in utroque sexu recenset, insimul *artem obstetriciam*, secutum, tam vivum, quam mortuum, molas, & secundinas educendi, urinamque suppressam evocandi rationem docet &c. & denique operationes in ano curando instituendas describit. In *sexta* tandem classe operationes, quæ in *artibus* tam superio-

bus, quam inferioribus fieri solent, exponit. In quibus vero omnibus describendis non tantum manulem operam demonstrat, verum etiam præmittit accuratam morbi descriptionem, in quo quælibet operatio necessaria est, enarrans simul differentias, signa, tam diagnostica, quam prognostica, ut & optima quævis medicamenta, cum methodo medendi, quibus sæpe illi morbi curari possunt, antequam operationes suscipiantur. Quando vero Medicamentis, sicuti multis in casibus contingere solet, nihil effici potest, tum demum ad encheirisin progrediendum docet; cujus optimam rationem & exquisita instrumenta, inter quæ multa nova, in aliis *Chirurgiis* non occurrentia, sistit, figurisque satis nitidis illustrat. In quavis vero operatione tradenda, ubi Cl. Autor id opus esse judicavit, Chirurgis curate inculcavit, primo quid ante operationem sit agendum, quomodo scilicet æger sit præparandus & collocandus; quomodo & qualia instrumenta & requisita alia ad operationem & deligationem necessaria optari debeant. Deinde docet, quid in operatione ipsa agendum, ut ea cito, tuto, & jucunde fiat, & quomodo post operationem æger convenienter tractari debeat, ut sanitati quam optime restituatur. Hæc enim omnia ad Chirurgiam pertinere censet, (licet varii aliter sentiant) imperfectum enim esse illum Chirurghum putat, qui operationem tantum perficere possit, & reliqua ignoret. Interea tamen, quia multi casus occurrant, ubi talia existunt symptomata, quæ medicamenta idonea interna requirant, hinc Chirurghos illos, qui Medicinam reliquam non simul intelligunt, sæpe monet, ut vel semper Medicum bonum, præsertim tibi hoc commode fieri potest, in consilium adhibeant, vel saltem, ubi gravia se exserunt symptomata, mox arcescant, ut his in tempore occurratur.

In parte tertia & ultima fasciarum *Chirurgicarum* legitimam præparationem, optimamque eas rite ac decenter applicandi rationem edocet. Quoniam enim plerique Chirurghi, præsertim in Germania, hæc non bene intelligunt, & in paucissimis *Chirurgiis*, præsertim vernacula nostra scriptis, pro eo, ac par est, docentur, cum tamen hujus scientiæ tan-

ta fit necessitas, ut multis in casibus & potissimum in fracturis, luxationibus, hæmorrhagiis vulnerum, amputationibus artuum, aliisque casibus, præcipuum auxilium, quod ab ope humana expectari potest, a legitima fasciarum applicatione dependeat; hinc præcipuas hodieque usitatissimas, quæ in omnibus fracturis & luxationibus, ut & quæ in aliis capitis, colli, thoracis, abdominis, atque artuum morbis, applicari solent, tanta perspicuitate describit, ut eos, qui naviter hæc legant, fasciarum applicandarum rationem etiam sine magistro discere posse, non dubitet.

Ut vero speciatim pauca referamus, descriptionem dedit novæ methodi Anellianæ fistulas lacrymales non cariosas oculosque lacrymantes sanandi una cum instrumentis requisitis; cataractæ naturam accuratius descripsit, ostenditque eam ut plurimum in opacitate crystallini, rarissime in membrana consistere; tonsillarum scarificationem in faucium vehementi inflammatione commendavit; Methodum Rautianam calculum vesicæ secandi descripsit, & quomodo a Monachi illius, lithotomi celeberrimi, *Frere Jacques* vulgo dicti, methodo differat, docuit. loco puncturæ perinæ securius vesicam mox supra ossa pubis perundi sustinet. Præterea, quomodo torcular pro Hæmorrhagiis avertendis & sistendis, unico bacillo applicari debeat, figura illustravit Tab. III. At in Tab. IV novum Instrumentum ad Hæmorrhagias compescendas delineavit. Tab. VII pro aneurysmate sanando nova instrumenta; Tab. VIII singulare instrumentum pro scarificatione, quo simul & semel tot cuti infliguntur vulnuscula, quot requiruntur, & quidem cum minori dolore, quam olim factum est unico scalpello; ita quoque Tab. XIII pro laborum leporinorum operatione, & pro dentium extractione, ut & uvulæ amputatione Tab. XIV quædam instrumenta delineavit, quæ apud alios non exstant. Variæ quoque instrumenta descripsit, aliarumque rerum Chirurgicalium figuras dedit, quæ non ubivis obvix, & ex rarioribus libris desumptæ sunt. Peculiarem & valde utilem emendationem quoque fecit Unci, quo in fœtu mortuo extrahendo utitur; variasque hinc inde observationes, & praxi sua desumptas, huic libro inseruit.

THEODORI BALTHASARIS MED. DOCT.
de Dosis medicamentorum distribue, qua ille juxta
Medicinæ practicæ pariter ac Mathematicos prin-
cipia expenduntur.

• Lipsiæ, apud Maur. Georg. Weidmann, 1718, 8.

Plag. 11 Tabb. zn. 2.

Autor doctissimus in frontispicio libri dosim definit, quod sit medicamentorum exhibendorum ad operationem aliquam medicam procurandam requisita quantitas, pondere, mensura, numero vel aliis modis determinanda. Cum in dosi decernenda sedulo respiciendum sit ad efficaciam medicamentorum, in quo ea consistat, §. 19 excutit, & §. 20 infert, esse Quotum, qui resultat, quando virtus medicamenti per massam dividitur. Nempe si efficacia medicamenti alicujus sit E , ejusdem virtus V & massa M , & alterius cujusdam medicamenti efficacia e , virtus ejus v & massa m , fore $E = \frac{V}{M}$, vel $e = \frac{v}{m}$. Inde deducit Equa-

tionem canonicam $Vem = vEM$, aut loco massarum substituendo pondera $Vep = vEP$, ex quibus deinde resolutione æquationis in analogias facta & V atque M incremento quodam auctis vel decremento imminutis, plura alia elicit. Vocat deinde molem S vel s , factisque $ME = S$ & $me = s$, alias inde elicit analogias. Substituunt etiam pro E & e tum raritates R & r , vel levitates L & l , directe; tum densitates d & D , vel gravitates g & G , reciproce. Sub finem denique capituli ad dosim per guttas determinandam descendit, quas esse ait 1 in ratione directa cohæisionis, 2 superficierum, in quibus colliguntur & a quibus destillant, 3 in directa levitatum & reciproca gravitatum. Capite secundo de dosibus simplicium, tertio vero de dosibus compositorum & componendorum medicamentorum agitur: ubi inter alia notissimum de Corona problema *Archimedis* variis modis applicatur.

Quoniam etiam dosis compositioni ipsi medicamentorum accommodanda est, ut concinna sit forma, hinc Capite quarto regulæ, quæ in componendis medicamentis obser-

vari

& Q ait esse in linea dosium. Atque hæc est linea ADQ, in qua si fiat $AP=x$, $PQ=y$, reperitur $y=4apx:(a+x)^2$. Ipse doctissimus Autor ingenue fatetur, se demonstratione mathematica evincere non posse, quod vires præcise hæc & non alia ratione crescant atque decrescant. Neque enim alia ipsi est ratio, quam quod applicatz initio velocius, deinde tardius crescant, post maximam vero applicatam GH paulatim iterum decrescant, abscissis continuo crescentibus. Est autem $GH=b$ & $AG=a$. Habet etiam curva hæc punctum contrarii flexus in Q, ubi respondens eidem abscissa $AP=2a$: ipsa vero $PQ=3b$. In applicatione ætatem constantem a ponit 40 annorum.

CLAR. TAYLORI MATHEMATICI ANGLI
Problema Analyticum, quod omnibus Geometris non-Anglis proposuit, solutum a JQH. BERNOULLI.

INeunte hoc anno accepi literas a Nobiliss. Momortio, Mathematico acutissimo ac Fautore meo singulari, in quibus significat se rogatum fuisse a Cl. Taylora, ut ipsius nomine proponeret Geometris Problema sequens: *Invenire* (sunt verba Taylori Latine reddita) *per quadraturam circuli aut hyperbo-*

la fluentem hujus quantitatis $z z \frac{\delta}{\lambda} z^{-1} : (c + fz^{\delta} + gz^{2\delta})$; ubi *c, f, g, sunt quantitates constantes, z quantitas variabilis, δ numerus integer quallsicunque affirmativus aut negativus, λ numerus quilibet hujus progressionis 2, 4, 8, 16, 32, &c. hoc est potentia quavis numeri binarii. Peto autem* (ita pergit Taylorus) *ut hoc problema solvatur sine ulla limitatione per radices imaginarias; id quod non tantum uno modo præstari potest, quamvis Leibnitiuss in Actis Lips. an. 1702 pag. 28 demonstrare conatus fuerit contrarium in hoc casu $x : (x^{\delta} + a^{\delta})$, qui omnium simplicissimus est post hunc $x : (xx + aa)$ spectantem ad arcum*

circuli. Idem inveniri potest respectu hujus elementi $z z \frac{\delta}{\lambda} z^{-1} : (c + fz^{\delta} + gz^{2\delta} + bz^{3\delta})$; *sed exigo duntaxat solutionem prioris*

ris casus. Hæc Cl. Taylorus; ubi statim monere debeo, quod in Typothetarum commodum, fractiones a Taylora propositas expresserim more Leibnitiano, interpositis nempe duobus punctis inter terminos in una linea collocatos, ita ut antecedens designet numeratorem vel dividendum, consequens vero denominatorem vel divisorem utrumque binis parenthesibus () inclusum, si ex pluribus constet partibus: eadem notandi ratione utar per totum hoc schediasma, ubi terminorum prolixitas id requiret; simpliciores vulgari modo scribam.

Ante omnia æquitatis ratio postulat, ut in defensionem Leibnitii, cui dicam scribit Taylorus, hoc etiam moneamus; non recte reprehendi Leibnitium, quasi loco citato absolute dixisset $\int dx : (x^2 + a^2)$ neque ad circuli neque ad hyperbolæ quadraturam reduci posse; nam notanter addidit hanc restrictionem a Taylora dissimulatam, quod id fieri non possit per Analysin suam eo in loco institutam; sic nempe loquitur ab initio pag. 219: *Itaque $\int dx : (x^2 + a^2)$ neque ex circuli neque ex hyperbolæ quadratura per Analysin hanc nostram reducti potest;* videmus hinc Virum optimum non absolute negasse rei possibilitatem, sed voluisse tantum innuere, quod per eum, quem loco citato præscripsit, calculandi modum non possit obtineri intentum, consistens in investigatione quatuor radicum simplicium seu factorum rationalium ex quibus componatur fractionis propositæ denominator $x^2 + a^2$. Nihilo tamen minus methodus ipsa dextre adhibita, quæ eadem est paucis exceptis quam ego inveneram uti constat ex Commentar. Acad. Reg. Scient. 1702 & Act. Lips. 1703 feliciter succedit, imo hæc unica succedere videtur; adeo ut dubitem, num Cl. Taylorus aliam invenerit. Sufficit autem in hoc exemplo secundum methodi præscriptum ut denominator $x^2 + a^2$ resolvatur in duos factores reales in quorum utroque indeterminata x ad duas dimensiones ascendat; verum præter factores hos imaginarios $xx + aat - 1$ & $xx - aat - 1$, dantur & hi duo alii reales (quos, quæ sola ejus fuit inadvertentia, Leibnitius non observavit) $xx + ax^2 + aa$ & $xx - ax^2 + aa$. Habemus proinde, si per methodum quam docui in Commentariis Paris. & in Actis Lips. calculi

lum probe iniverimus $dx : (x^2 + a^2) = \left(\frac{1}{2aa} + \frac{x}{2a^2\sqrt{z}} \right)$

$dx : (aa + ax^2z + xx) + \left(\frac{1}{2aa} - \frac{x}{2a^2\sqrt{z}} \right) dx : (aa - ax^2z + xx)$; utriusque vero partis integratio dependet a quadratura partim circuli partim hyperbolæ, sicuti infra patebit. Dico itaque $\int dx : (x^2 + a^2)$ dari per duas quadraturas circuli & per duas quadraturas hyperbolæ.

His in antecessum præmonitis, e re nostra futurum duco, ut quod privatim rescripsi Celeb. Monmortio de propositione problematis Tayloriani publice nunc exponam, inserviet enim ad reddendam rationem coram Publico ob quam constitui, me nolle posthac ad omnia hujusmodi problemata respondere, scilicet quia non existimo me eo teneri, ut in libertatis & tranquillitatis meæ præjudicium cuicumque provocationi me statim præsto esse oporteat, quando præsertim alia negotia id vetant, unde ex silentio quod servaverò nihil concludendum, quod vel solvere vel non solvere potuerim problema propositum, nisi hoc tantum, quod illud intentatum ac prorsus neglectum præterierim. Quæ igitur hanc in rem ad Monmortium scripsi huc fere redeunt:

„ Quod respicit reductionem ad quadraturam circuli aut

„ hyperbolæ quantitatis integrandæ hujus $z \frac{\delta}{\lambda} z^{-1} dz : (e + fz^2$

„ $+ gz^{2g})$, vel etiam hujus $z \frac{\delta}{\lambda} z^{-1} dz : (e + fz^2 + gz^{2g} +$

„ $hz^{2g})$; quam Taylorus problematis loco proponit Geomè-

„ tris Europæ extra Britanniam degentibus, videor mihi sum-

„ mo jure ab eo me eximere posse æque ac Illustr. Newtonus

„ se eximendum putat, eoque magis, quod nemo me longius

„ reductionis negotium proderit atque perfecerit. Cl. Taylo-

„ rus ex illis meis laboribus lumine sibi accessu quædam alia

„ haud dubie invenit, meoque inventis aliquid addidit, quod non

„ est difficile: ita glaciem a me sibi fractam gratis agnoscere

„ potius deberet quam insultare, quoniam forte secus ad resistis

animum nunquam advertisset. Si relegere digneris, quod olim communicavi in Commentariis Acad. 1702 & in Actis Lips. 1703 ad integrandas fractiones rationales (id quod si bene memini impense Tibi placuit) non inficiaberis opinor valde esse probabile, Cl. Taylorum non esse usum alia methodo diversa ab ea quam ibi docui; & quicquid invenerit novi consistere fortassis in aliqua meæ methodi modificatione, qua radices imaginariæ evitantur pro exemplo proposito. Polliceor autem, etsi nondum tentaverim, id me impetraturum ut talem modificationem etiam invenire possim; de quo si dubitaverit Problematis Autor, faciat ejus periculum. Non peto præmium, quandoquidem nec ego unquam mercedem pecuniariam obtuli problemata mea soluturis; sed, si lubebit, sponsonem cum eo inibo, modo certare audeat, qua me obstringam, quod si talem daturus solutionem qualem exigit, nempe citra limitationes per radices imaginarias. Quare uterque nostrum ad Tuas manus deponi curabit certam summam pecuniæ, ex. gr. pretium 50 numerorum aureorum Anglicorum (quos Guineos vocant) hac conditione, ut si intra tempus definiendum transmisero Tibi solutionem, quam Tu tanquam Judex judicaveris legitimam, mihi remittas non tantum meam depositam summam, sed & illam quam a Concertatore lucratus fuero; quod si vero intra illud tempus nullam dedero solutionem, aut talem quæ Te Judice non sit legitima, consentiam ut totam summam centum numerorum aureorum Tayloro lucratori persolvi cures. Præterea, ut non habeat de quo queratur, obligo me ad talionem: nimirum proponam ipsi vicissim aliquod problema, cujus solutionem ego in potestate habeam; ac pari conditione certabimus, ita scilicet, ut si illud legitime solverit tempore limitando, eandem stipulatam summam tanquam victoriæ præmium sit reportaturus, sin minus, ut illa mihi victori cedat. Tuo me, ut jam dixi, tribunali subjiciam, modo ille quoque idem agnoscere velit, certus quippe Te judicem fore integrum & intelligentem. Propone quæso conditiones istas Cl. Tayloro, qui, ut nullus dubito, sponsonem tanto avidius amplectetur, quanto mine-

„ri se exponit periculo perdendi; siquidem, quod libenter lar-
 „gior, Analysta fit cum suo tum multorum suorum iudicio me
 „longe versatior & felicior. Hancce viam credo commodif-
 „simam, qua tutus reddar imposterum libererque ab importu-
 „nis Problematarum provocationibus; ut enim verum fate-
 „ar, hac qua sum proveciori ætate nihil magis anhele, quam
 „vitam non quidem otiosam sed tranquillam, atque a continuis
 „velitationibus immunem; talem si mihi concefferit Deus, uti-
 „liorem navabo operam rei Mathematicæ pro tenuitate mea
 „promovendæ, quam si animum habeami a rixarum procellis
 „agitatam. &c.

Ad has literas quas 26 Januarii exaraveram nihil respon-
 si hucusque ex Gallia accepi, unde colligo nihil quoque ex An-
 glia eo pervenisse, etsi sufficiens respondendi tempus fuerit,
 alias nullum est dubium, quin sine mora perscripisset Mon-
 mortius, si Taylori mentem rescivisset, quod sponsonem ob-
 latam acceptare auderet; non vero audere suspicor ex ejus silen-
 tio. Quare ne, si ei jam acquiescerem, in sequiorem partem
 vertant meum silentium, atque aliquando exinde occasionem
 triumphandi arripiant quidam ex severioribus Anglis, veluti
 nemo inter non-Anglos fuisset satis idoneus ad solvendum
 problema Taylori, ipse ego licet non primi ordinis Geometra
 permoveor, ut solutionem exhibeam problematis parum diffi-
 cilis, postquam illud tantum non omnino jam est solutum in lo-
 cis supra citatis Commentar. Paris. & Act. Lips. nihil præterea
 requirens, nisi levem aliquam modificationem cum qua metho-
 dus mea est adhibenda. Paucis diebus post literas scriptas ad
 Nob. Monmortium, in quibus ad præfati certaminis conditio-
 nes me adstrinxi, Celeb. Varignonio significavi, quod brevi illo
 temporis intervallo, invenerim solutionem qualem desiderat
 Taylorus: eam igitur nunc daturus conveniens iudico pertexere
 integram propositionum seriem (ne quidem facilioribus omif-
 sis) cujus filii ductu optatum finem obtinui; sic enim Lector
 uno quasi obtutu unius ex altera deductionem percipiet.

Reductio

*Reductio integralium ad Quadraturas Circuli
vel Hyperbolæ.*

Proposio I. Sit Circuli radius ut & Hyperbolæ æquilateralæ semiaxis transversus = a , ac tangens ad verticem = x , erit arcus circuli = $\int a dx : (aa + xx)$, Sector circuli = $\int \frac{1}{2} a^2 dx : (aa + xx)$; & Sector Hyperbolæ = $\int \frac{1}{2} a^2 dx : (aa - xx)$ = $\frac{1}{2} aa^2 \text{ Log. } (a + x) - \frac{1}{2} aa^2 \text{ Log. } (a - x)$. Hæc jam sunt notissima. Hinc $\int dx : (e + fxx)$, ubi e sicut etiam in sequentibus semper affirmativum supponitur, dependet a quadratura circuli vel hyperbolæ, est enim $\int dx : (e + fxx) = \int \frac{1}{f} dx :$

$(\frac{e}{f} + xx)$, adeoque = Sectori circuli vel hyperbolæ, prout f vel affirmativum vel negativum est, cujus radius $\sqrt{\frac{e}{f}}$, multiplicato per $2\sqrt{f} : e\sqrt{e}$; sumendo scilicet f affirmative esse sit negativum.

Prop. II. Sit formula reducenda $\int dx : (e + fx + gxx)$; ponatur $x = y - \frac{f}{2g}$, mutabitur proposita in hanc $\int dy : (e - \frac{ff}{4g} + gyy) = \int \frac{4gdy}{4eg - ff} : (1 + \frac{4ggy}{4eg - ff})$. Hæc autem ut patet ex præced. dependet a quadratura circuli, si $4eg$ majus quam ff , & a quadratura Hyperbolæ si $4eg < ff$. Ergo reducta est proposita ad alterutram quadraturam. Nota: si $4eg = ff$, erit proposita absolute integrabilis, mutatur enim in hanc $\int dy : gyy$, quæ est $\frac{1}{2} : gy$.

Prop. III. Esto jam reducenda $\int dx : (e + fx + gxx)$; suppleatur quod deficit, ut logarithmus eliciatur: hunc in finem reducendæ hanc tribuo formam $\int (\frac{f}{2g} + x) dx :$
 $(e + fx + gxx) - \int \frac{f}{2g} dx : (e + fx + gxx)$. Liqueat au-

tem $\int \left(\frac{f}{2g} + x \right) dx : (c + fx + gxx) = \frac{1}{2g} \text{Log.} (c + fx + gxx)$, altera vero $\int \frac{f}{2g} dx : (c + fx + gxx)$ casus est præcedentis. Ergo factum est quod quæritur.

Prop. IV. Posito numero r quolibet integro & affirmativo, erit $\int x^r dx : (c + fx + gxx)$ reducibilis ad quadraturam alterutram. Nam per divisionem, quoad fieri poterit, continuatam numeratoris per denominatorem, prodibunt termini simplices absolute integrabiles, residuum vero habebit hanc formam $\int (\alpha + \beta x) dx : (c + fx + gxx)$, reducibilem per II & III ad quadrat. circuli vel hyperbolæ.

Prop. V. Posito numero r quolibet integro sed negativo, erit etiam $\int x^r dx : (c + fx + gxx)$ ad quadraturam alterutram reducibilis, est enim illa (ponendo $x = 1 : z$) æqualis huic $-\int z^{-r} dz : (g + fz + czz)$; hæc autem, quia $-r$ est affirmativa, habet conditionem præced. adeoque ad circulum vel hyperbolam reducibilis.

Prop. VI. Proponatur reducenda $\int dx : (c + fxx + gxx^2)$ vel posito bb pro c , $\int dx : (bb + fxx + gxx^2)$. Hæc duos habet casus seorsim solvandos; aut enim $4eg > ff$, aut $4eg < ff$.

Cas. I. Sit primo $4eg < ff$; facio ex præscripto methodi $dx : (bb + fxx + gxx^2) = \alpha dx : (b + mxx) + \beta dx : (b + nxx) =$ (reductis ad communem denominatorem), $(\alpha b + \beta b + \alpha mxx + \beta nxx) dx : (bb + bmxx + bnx + mnxx)$; comparando coefficients denominatorum, $bm + bn = f$, & $mn = g$; provenit $m = \frac{f}{2b} + r \left(\frac{f}{4e} - g \right)$ & $n = \frac{f}{2b} - r \left(\frac{f}{4e} - g \right)$. Cognitis m & n , comparantur etiam coefficients numeratorum, $\alpha b + \beta b = 1$, & $\alpha m + \beta n = 0$; prodibunt valores ipsorum α & β , nempe $\alpha = \frac{m}{(bm - bn)}$ & $\beta = -\frac{n}{(bm - bn)}$. Sic itaque habemus $\int dx : (c + fxx + gxx^2)$ reductam ad $\int \alpha dx : (b + mxx) + \beta dx : (b + nxx)$, hoc est per Propos. I ad quadraturam circuli vel hyperbolæ, vel etiam utriusque.

Cas. II. Sit nunc $4eg > ff$; ponatur $dx : (bb + fxx + gxx^2) = (\alpha +$

$= (a + \gamma x) dx : (b + nx + mxx) + (\beta + \epsilon x) dx : (b - nx + mxx)$ vel (reductis ad communem denominatorem) $= (ab + \beta b - \alpha nx + \beta nx + \gamma bx + \epsilon bx + \alpha mxx + \beta mxx - \gamma \gamma xx + \epsilon \epsilon xx + \gamma mx^2 + \epsilon mx^2) dx : (bb + abmxx - nmxx + mmx^2)$; comparando coefficients denominatorum, $2bm - nn = f$, & $mm = g$, emergit $m = \sqrt{g}$, & $n = \sqrt{-f + 2b\sqrt{g}} = \sqrt{-f + 2\sqrt{eg}}$. Cognitis jam m & n , comparentur porro coefficients numeratorum, $\alpha b + \beta b = 1$, $-\alpha n - \beta n + \gamma b + \epsilon b = 0$, $\alpha m + \beta m - \gamma m + \epsilon m = 0$, & $\gamma m + \epsilon m = 0$; innotescant $\alpha = \frac{1}{2b}$, $\beta = \frac{1}{2b}$, $\gamma = \frac{m}{2nb}$, $\epsilon =$

$-\frac{m}{2nb}$. Eorum igitur valoribus substitutis habebitur $\int dx :$

$$(c + fxx + gx^2) = \int \left(\frac{1}{2b} + \frac{mx}{2nb} \right) dx : (b + nx + mxx) +$$

$$\int \left(\frac{1}{2b} - \frac{mx}{2nb} \right) dx : (b - nx + mxx). \text{ Cujus utrumque meta-}$$

brum per Propositiones secundam & tertiam pertinet ad quadraturam circuli vel hyperbolæ.

Prop. VII. Formula $\int x^r dx : (c + fxx + gx^2)$, ubi r designat numerum qualemcunque sive affirmativum sive negativum, reducitur simili modo ut in precedenti, vel (existente $4eg < ff$) ad $\alpha \int x^r dx : (b + mxx) + \beta \int x^r dx : (b + nxx)$, quarum utrumque per Prop. IV & V habetur per quadrat. circuli vel hyperbolæ: vel (existente $4eg > ff$) ad $\int (\alpha x^r + \gamma x^{r+1}) dx : (b + nx + mxx) + \int (\beta x^r + \epsilon x^{r+1}) dx : (b - nx + mxx)$, hoc est, ad $\alpha \int x^r dx : (b + nx + mxx) + \gamma \int x^{r+1} dx : (b + nx + mxx) + \beta \int x^r dx : (b - nx + mxx) + \epsilon \int x^{r+1} dx : (b - nx + mxx)$, quæ singula per easdem Propositiones revocantur ad alteram quadraturam.

Prop. VIII. Porro reducenda venit $\int dx : (c + fxx + gx^2)$; hoc peragitur ut prius resolvendo in duas partes, nempe vel (existente $4eg < ff$) in has $\int dx : (b + mxx) + \int \beta dx : (b + nxx)$;

$$\text{ubi iterum } m = \frac{f}{2b} + \sqrt{\left(\frac{ff}{4g} - g \right)} \text{ & } n = \frac{f}{2b} - \sqrt{\left(\frac{ff}{4g} - g \right)};$$

atque

atque $\alpha = m : (bm - bn)$ & $\beta = -n : (bm - bn)$; vel (existente $4eg > ff$) in has $f(\alpha + \gamma xx) dx : (b + nxx + mx^r) + f(\beta + sxx) dx : (b - nxx + mx^r)$, ubi $m = \sqrt{eg}$, & $n = \sqrt{-f + 2\sqrt{eg}}$

& $\alpha = \frac{1}{2b}$, $\beta = \frac{1}{2b}$, $\gamma = \frac{m}{2nb}$, $s = \frac{-m}{2nb}$. Verum in utroque

casu ambæ partes continentur in formula Prop. sextæ; adeoque ut ibi reducibiles.

Prop. IX. Pariter $\int x^r dx : (e + fx^r + gx^s)$, in casu quo $4eg < ff$, resolvitur in $\alpha \int x^r dx : (b + mx^r) + \beta \int x^r dx : (b + nxx)$ revocabiles ad sæpe memoratas quadraturas per Prop. VII. Et in casu quo $4eg > ff$, resolvitur in $\alpha \int x^r dx : (b + nxx + mx^r) + \gamma \int x^{r+2} dx : (b + nxx + mx^r) + \beta \int x^r dx : (b - nxx + mx^r) + \gamma \int x^{r+2} dx : (b - nxx + mx^r)$ singulas eodem reducibiles per eandem Propositionem.

Prop. X. Item $\int dx : (e + fx^s + gx^t)$, simili operatione resolvitur in duas, quarum utraque habebit conditionem Prop. VIII. Ergo &c.

Prop. XI. Nec aliter $\int x^r dx : (e + fx^s + gx^t)$ ad quadraturam alterutram reducitur resolvendo in casus contentos in Prop. IX. Eodem modo deinceps procedendum quousque libuerit: hinc itaque fluit generalis.

Prop. XII. $\int x^r dx : (e + fx^p + gx^q)$, ubi per p intelligo dignitatem quamcunque binarii, reducibilis est ad quadraturam circuli vel hyperbolæ.

Prop. XIII. Esto nunc reducenda $\int x^{q-1} dx : (e + fx^r + gx^{2q})$, ubi r semper supponitur numerus integer affirmativus seu negativus, sed q qualiscunque. Fiat $x^q = y$; mutabitur proposita (neglecto coefficiente numeratoris utpote in reductionibus nihil turbante) in hanc $\int y^r dy : (e + fy + gyy)$, quæ dependet per Propositiones IV & V a quadratura circuli vel hyperbolæ.

Prop. XIV. Sit tandem, quam reducere oporteat, forma

la Tayloriana $\int \frac{\delta}{\lambda} x^{q-1} dx : (e + fx^r + gx^{2q})$, in qua δ designat numerum integrum affirmativum vel negativum, λ numerum aliquem in hac progressionem 2, 4, 8, 16 &c. sed q qualemcunque;

Ponatur

Ponatur primo $x^{\lambda} = y$, inde transformabitur proposita (negle-

cto coefficiente numeratoris) in hanc $\int y \frac{dy}{\lambda y^{\lambda-1}} : (c + fy + gy^2)$, hæc vero (facto $y = x^{\lambda}$) in hanc alteram $\int x^{\delta-1} dx : (c + fx^{\lambda} + gx^{2\lambda})$, quæ conditionem habens formulæ propositionis XII reduci potest ad quadrat. circuli vel hyperbolæ; ad quam per consequens reducta est $\int z \frac{dz}{\lambda z^{\lambda-1}} : (c + fz^{\lambda} + gz^{2\lambda})$. Atque ita problemati Tayloriano satisfactum. Q. E. D.

Quod nunc ad alterum spectat $\int z \frac{dz}{\lambda z^{\lambda-1}} : (c + fz^{\lambda} + gz^{2\lambda} + bz^{3\lambda})$, cujus quidem mentionem facit Taylorus, non tamen petit solutionem; illud ex abundantia solvam, quantum solvere licet. Huc faciunt sequentes reductionum formulæ:

Prop. XV. Detur reducenda $\int x^r dx : (b^2 + fx + gxx + hxx^2)$, intello hic iterum & in sequentibus per r numerum integrum quemcunque affirmativum seu negativum. Ponatur illa æqualis $\int (x + \beta x) x^r dx : (bb + mx + nxx) + f\beta x^r dx : (b + px)$ hoc est (reductis ad communem denominatorem) = $\int (ab + \gamma bb + apx + \beta bx + \gamma mx + \beta px + \gamma mx + \beta px) x^r dx : (b^2 + bmx + b\beta px + bnx + pmxx + pmx^2)$. Comparentur primo coefficientes denominatorum, $bm + b\beta p = f$; $bn + pm = g$; $pn = h$; hinc determinabuntur valores coefficientium quæsitorum, reperietur enim $m = \frac{f}{b} - \beta p$, $n = \frac{g}{b} - \frac{f\beta}{b} + pp$, & $p =$

cùlibet ex radicibus realibus (omnis enim æquatio cubica uam saltem habet radicem realem) hujus æquationis cubicæ $p^3 - \frac{f}{b} pp + \frac{g}{b} p - h = 0$; construibilis autem est radix p ope sectionis alicujus conicæ aut alterius lineæ curvæ, sicuti apud

Algebræ scriptores docetur, ergo dabitur p algebraice vel geometricè, hinc & dabuntur m & n . Jam ex comparatione coefficientium numeratorum $ab + \gamma bb = c$; $ap + \beta b + \gamma m = g$; $\beta p + \gamma n = h$, provenit $a = (bn - mp)$; $(bbpp - bmp + bn)$; $\beta =$
L1 -np:

$-ap : (b^2pp - b^2mp + b^2na)$, $\gamma = pp : (b^2pp - b^2mp + b^2na)$. Cognitis hoc modo m, n, p , ut & α, β, γ ; reducetur $\int (\alpha + \beta x) x^r dx : (bb + mx + nxx)$ ad quadraturam circuli vel hyperbolæ per Prop. IV & V; sed & alterum $\int yx^r dx : (b + px)$ nihil aliud est quam casus particularis earundem propositionum; facilius autem ad logarithmos reducitur, si r sit numerus integer affirmativus, nec difficilias, si sit negativus. Ponatur enim $x = \frac{1}{z}$ & mutabitur

illa in $\int -y z^{-r-1} dz : \left(\frac{p}{b} + z \right)$ manifeste logarithmicabilem, quia jam $-r-1$ est numerus integer affirmativus, aut forte 0, in casu nempe quo $-r=1$.

Idem aliter præstatur & quidem hac ratione: sit r numerus integer affirmativus (aut si sit negativus, mutetur formula, ponendo $x = \frac{1}{z}$, ut fiat affirmativus). Exempli gratia sit $r=2$;

ponatur $x = p + y$ (intelligo per p quantitatem invariabilem quam nunc quero) adeoque $dx = dy$, & $xxdx = (pp + 2py + yy) dy$, quibus substitutis erit $xxdx : (b^3 + fx + gxx + bx^2) =$

$$(pp + 2py + yy) dy : \left(\begin{array}{l} b^3 \\ fp + 3pp + 3bp \\ gpp + 2gp + y + g \\ bp^3 + f \end{array} yy + by^2 \right) \text{ ut}$$

autem primus terminus denominatoris evanescat, faciendum est $bp^3 + gpp + fp + b^3 = 0$, hujus itaque æquationis radix quælibet realis p (habet enim, uti dictum est, saltem unam realem, quæ geometricè construi potest) innotescet, & hinc convertetur formula in hanc $(pp + 2py + yy) dy : \left(\begin{array}{l} 3pp + 3bp \\ 2gp + f \\ g \end{array} yy + by^2 \right) =$

$$(pp + 2py + yy) dy : \left(\begin{array}{l} 3pp + 3bp \\ 2gp + f \\ g \end{array} yy + by^2 \right), \text{ cujus quilibet}$$

numeratoris terminus (excepto primo) divisus per denominatorem est casus prop. IV, ipse vero primus est casus prop. V.

Ergo

Ergo integrantur omnes per quadraturam circuli vel hyperbolæ.

Prop. XVI. $\int x^m dx : (b^2 + fx^2 + gx^4 + bx^6)$ reducitur ut sequitur: ponatur sicuti per priorem modum prop. præced. factum est $\int (a + \beta xx) x^m dx : (bb + mxx + nx^2) + \int fyx^m dx : (b + pxx)$; inveniuntur rursus valores ipsarum $p, m, n, \alpha, \beta, \gamma$. Jam vero pars prior reducitur ad quadraturam circuli vel hyperbolæ per prop. VII, & altera pars eodem reducitur per eandem propos. vel per prop. IV & V.

Prop. XVII. Simili modo $\int x^m dx : (b^2 + fx^2 + gx^4 + bx^6)$ resolvitur in $\int (a + \beta xx) x^m dx : (bb + mxx + nx^2) + \int fyx^m dx : (b + pxx)$, quarum pars prior reducitur per Prop. IV, & altera per eandem, vel etiam per Propof. VII.

Propof. XVIII. Posito jam p esse dignitatem quamcumque numeri binarii, reducetur generaliter $\int x^m dx : (b^2 + fx^2 + gx^4 + bx^6)$ ad quadraturam circuli vel hyperbolæ, quod utique patet ex præcedentium processu continuato.

Prop. XIX. Posito autem q numero quocunque, reducitur $\int x^m dx : (e + fx^2 + gx^4 + bx^6)$ faciendo $x^2 = y$; mutabitur enim proposita in hanc, neglecto coefficiente numeratoris $\int y^m dy : (e + fy + gy^2 + by^3)$, quæ per Prop. XV quadrabilis est per circulum vel hyperbolam.

Prop. XX. His præmissis fit nunc reducenda altera formula Taylorig $\int \frac{x^m}{\lambda^d} dx : (e + fx^2 + gx^4 + bx^6)$, in qua supponitur ut supra $d =$ numero, integro affirmativo vel negativo, & $\lambda =$ numero cuilibet in progressionem 2, 4, 8, 16, 32, &c. sed $q =$ numero quocunque. Fiat quemadmodum in Prop. XIV fecimus $x^2 = y$, proposita hanc habet formam, insuper habet

coefficiente numeratoris, $\int \frac{x^m}{\lambda^d} dy : (e + fy + gy^2 + by^3)$ hæc vero (facto $y = x^\lambda$) mutatur in hanc, posthabito etiam coefficiente numeratoris, $\int x^m dx : (e + fx^\lambda + gx^{2\lambda} + bx^{3\lambda})$

$+bx^{2n}$), quæ quia conditionem habet formulæ Propof. XVIII, reducta est ad quadraturam circuli vel hyperbolæ.

Scholium I. Atque sic satisfeci alteri quoque parti (ultra quam poscebatur) problematis Tayloriani. Interim, quod moneo, nequis cauletur me non observasse, varii sunt casus, quibus formulæ istæ dux evadunt absolute integrabiles: Ex. gr. si $\delta = \lambda$ & $c + fz^2 + gz^{2q}$ sit quadratum aut multipulum quadrati, erit $z^{q-1} dz : (c + fz^2 + gz^{2q})$ integrabilis, ejusque adeo quadratura algebraica. Ita quoque si $\delta = \lambda$ vel $= 2\lambda$, ac præterea $c + fz^2 + gz^{2q} + bz^{2q}$ sit cubus vel multipulum, submultipulumve cubi, integrabilis etiam erit $fz^{q-1} dz : (c + fz^2 + gz^{2q} + bz^{2q})$, ut & $fz^{2q-1} dz : (c + fz^2 + gz^{2q} + bz^{2q})$. Hi igitur & alii hujusmodi casus particulares per se integrabiles excipiendi sunt ex generalibus qui ad sui integrationem deposcunt quadraturas circuli vel hyperbolæ.

Scholium II. $fdx : (a^2 + x^2)$ resolvitur per nostram methodum in $\int \left(\frac{a}{3a} - \frac{x}{3aa} \right) dx : (aa - ax + xx) + \int \frac{1}{3aa} dx : (a + x)$, cujus pars prior partim per circuli quadraturam, partim per logarithmum habetur, altera vero per logarithmum duntaxat; sed $fdx : (a^2 + x^2)$ cum per resolutionem inveniatur $= \int \left(\frac{1}{2aa} + \frac{x}{aa^2 r^2} \right) dx : (aa + ax^2 + xx) + \int \left(\frac{1}{2aa} - \frac{x}{aa^2 r^2} \right) dx : (aa - ax^2 + xx)$, cujus pars utraque requirit quadraturam partim circuli partim hyperbolæ, vel hujus loco logarithmum, ita ut ad perficiendam integrationem ipsius $dx : (a^2 + x^2)$ duplici logarithmo & duplici quadratura circulari opus sit: perperam allegit Cl. Taylor integrationem elementi $dx : (a^2 + x^2)$ esse omnium post $dx : (aa + xx)$ simplicissimam, siquidem evidet liquet alterum illud $dx : (a^2 + x^2)$ simpliciori modo integrari.

Ad

Adjicere lubet quædam mihi inventa Theoremata, quæ in reductionibus utilitatem suam habent non exiguam: demonstrationes eorum brevitatis gratia nunc supprimo; erunt inter Geometras, qui forsitan facile invenient, quocirca illis eas indagandas relinquo.

Definitio. Per q & l intelligo numeros qualescunque integros, fractos, affirmativos, negativos, rationales; sed per k , n & p intellectos volo tantum numeros quoslibet integros & affirmativos, & ita quidem, ut pro p & n etiam sumi possit o.

Theorema I. $\int dx : (c + fx^q)^{k+\frac{1}{q}}$ est absolute seu algebraice quadrabilis.

Theor. II. Generalius $\int x^p dx : (c + fx^q)^{k+\frac{p}{q}}$ est algebraice quadrabilis.

Theor. III. $\int x^{kq-1} dx : (c + fx^q)^{k-\frac{1}{q}}$ est algebraice quadrabilis.

Theor. IV. Generalius $\int x^{kq-1} dx : (c + fx^q)^{k+\frac{p}{q}}$ est algebraice quadrabilis.

Theor. V. $\int x^p dx : (c + fx^q)^n$ dependet ex quadratura hujus $\int dx : (c + fx^q)$.

Theor. VI. $\int x^p dx : (c + fx^q)^n$ pendet a quadratura ejusdem $\int dx : (c + fx^q)$.

Theor. VII. Generalius $\int x^p q^{-1} dx : (c + fx^q)^n$ fluit ex quadratura hujus $\int dx : (c + fx^q)$.

Theor. VIII. Si μ & λ in sensu Taylori, erit $\int x^{\frac{\mu}{\lambda}-1} dx : (c + fx^q)^n$ quadrabilis per circulum vel hyperbolam.

Quæ ex hisce theorematibus deduci possent corollaria pulchra & miranda non minus quam utilia nunc omitto, sicut

& plura alia ad quadraturarum reductionem spectantia, quæ jam olim inveni ac partim cum Amicis communicavi.

SELECTA HISTORICA ET LITERARIA
continuata.

Regiomonti & Lipsiæ, apud Henr. Boyen, 1719. 8.
Alph. 1 plag. 4 Tab. zn. 1.

PAulo serius quidem quam primo Selectorum horum Volumine, a nobis in Actis A. 1716 p. 45 recensito, promissum erat, sed tanto majori nostra voluptate alterum tomum legimus, quod expectationem uberrima bonæ frugis copia compensavit, qui his edendis curam gerit, Rever. *Michael Lilienthalius*, A. M. & Diaconus Cathedralis Ecclesiæ, quæ in Regiomontana Insula est. *Prima* observatione ipse Cl. Editor de *Vsu & abusu Philothecarum* commentatus est. Existimamus rem jucundam legentibus fore, si, cum in omnium manibus & ore philothecæ Germanorum & Belgarum sint, de iis ab Autore tradita paulo accuratius commemorabimus. A nominibus philothecarum profectus ad originem pervenit. De nomine & pervulgata admodum inter omnes, & fastidiosa res est dicere, ergo de origine primum malumus. In ea vero est opinione, cum inventum proavorum ætatem non superet, omnes qui vestigia stirpium altius ponerent, falli. Sibi ergo videri a Maximiliani I tempore arcessendam talium librorum originem esse, ita, ut qui primum ad conservanda stemmata & confirmandam ingenuam nobilitatem essent inventi, deinde ad commendandam iisdem amicorum & magnorum nominum memoriam communi peregrinantium studio transferrentur. Juvare conjecturam, quod libri gentilitii a Germanis vocantur, quodque in plerisque antiquissimis philothecis magno inveniuntur studio picta nobilium insignia. Nullam philothecam (quod ad confirmandam ætatem valeat) inventam a se esse dicit, quæ vetustate superet illud tempus, quo omnium congratulatione bonorum nova lux Germanicis ecclesiis adfulsit. Adeo, ut nobis quidem suspicari lu-

ri lubeat, ducto a nobilium hominum libris exemplo, ob Lutheri, Melancthonis, Bugenhagii taliumque virorum memoriam primum philothecas institutas esse ab inferioris conditionis adolescentibus, ut (quod precipue laudi sibi omnes ducebant) & manus illorum haberent & iisdem manibus confirmarent, se illis viris aliquando familiariter esse usos. Ab eo tempore tam frequentem usum philothecarum invaluisse deprehendit, ut etiam veluti ad solandam scribentium paupertatem libri prodirent, quibus Jacobus Gerfchovius, Cornelius Matthias, Nathan. Duesius sententias philothecis dignas totis modis admetirentur. Nec in populo illud studium mansisse, verum magnorum virorum simulatione dignum esse habitum. Joannem Fridericum Gronovium talem librum habuisse & J. Rutgerium, magnos omnium confessione viros. Homines tamen de medio circotalium librorum pretium (ut fit, cum fastidio magis elegantium, quam iudicio intelligentium obsequimur) haud parum minuerunt. Apud Germanos, apud quos inventi fuerunt, solos aliquamdiu usus eorum perstitit, laudantibus tamen ceteris gentibus & denique ingenuum hoc studium imitantibus. Apud Batavos hodie fere studiosius tales libros circumferri cognovit Noster, quam in ipsa Germania, adeo ut, quod fieri in Germania non solitum est, aliqui (in quibus Joannem Wayenum & Jacobum Rhenferdum nominat) vicissim his, qui sibi dant, philothecas offerant suas, in quibus memoriam hospitum ipsi quoque conferrent. Italos in Germania similibus libris uti scribit. Sed in Italia tam ignotam rem esse, a summis viris accepimus, ut alter Ciampino vix persuadere posset, ut nomen daret suum, in quo Magliabecchium multo faciliorem (ob plurimum cum Germanis usum) invenerat: alter ne auderet quidem talem librum ostendere etiam familiaribus suis, cum semel pæne repulsam tulisset. Ex Gallis hoc ingenio Joannem Harduinum esse accepimus, ut nemini, qui honoris & officii causa eum adit, id vicissim memoriam causa suæ tribuat. Quanti nomina apicorum faciant Germani, philothecarum ornatu significant, de quo multa enarravit Autor. Titulos, nomina, patriam, insignia inscribi philothecis, precipit Autor, quoniam illa omittentes sæpe poni-

penituit, quod non optime accepti essent ab his, qui in tali quæ re supercilium habent. Scribi solere Græce aut Latine, scilicet ut inter eruditos, esse tamen nonnullos, qui ut docti habeantur; etiam ignotis linguis audacissime utantur. Galli aliqui, inepto quodam Latine lingue fastidio & amore suæ, non nisi Gallice scribunt, meriti, quibus rursus alii Calecutice aut Russice scribant. Reges & Principes aut sola plerumque nomina scribere, quæ ad omnem memoriam satis sunt, aliquos symbola sua, alios emblematum picturarumque lucem, plerosque sententias graves aut jocularis philothecis commendare. In iis sententiis sæpe esse aculeum, qui hospitis ingenium, doctrinam, mores feriat, quarum sententiarum aliqua exempla affert. Cetera de sententiis, inscriptionibus, ordine scribentium jucunde admodum persequitur. De multiplici usu, deinde tractavit Autor. Ut constet a quibus in honore habiti, quibus familiariter usi finis; ut, cum philothecæ multorum nomina habent, ad conversationis colloquiorumque usum valeant, præsertim cum his, qui difficiliore paulo sunt; ut, cum eruditi homines scribunt, defixis in eos oculis tanto securius vultum, oculos, mores notemus, quod fieri nequit si inter brevissima loquentium officia conversatio subsisteret; ut tot nominum memoria quidam igniculi comparantur, quibus ad æmulationem ingenii am excitemur; ut ex sententiis cognoscamus animum scribentis, doctusne sit an gerro, pius an nequam, gravis an ineptus, quasve quisque cum aliis amicitias aut similitates gerat; ut minus denique cognoscamus & ad vitarum nostrarum commentarios (si dignæ sunt perscribi) segetem veluti aliquam relinquantur. Abusus æque magnos esse, ex præstantibus commodis suspicari omnibus facile est. Sed hæc & cetera in libro legitur merebuntur. *Secunda observatio de Rerum Prussicarum scriptoribus Manuscriptis & typo vulgatis* ejusdem Autoris est. Caliginem antiquissimarum historiarum in Equitis Germanici Ordinis Schurzfleischi contulit: id alter visum est Lilienthalio, qui ex Dusburgo & Hennebergo cognitum habebat, Prussos veteres literis caruisse aliquandiu & solo sermone memoriam rerum conservasse, quæ nobis (interentis Equitum

cru-

crudelitate tot hominum millibus & toto flore gentis miserandum in modum deleta) mirum non esse, si omnia incerta & male coherentia in antiqua historia evaserunt. A tertio & decimo seculo Chronica scribendi, (ut ejus ætatis studium ferebat) quoslibet lubido incessit, unde tantam copiam veterum, Commentariorum Borussi habent, quos frustra Equites cum facinorum suorum sempiterna mæmoria delere conati sunt, cum Borussi etiam muris constructionibusque ædium suarum mallent committere, quam Equitibus deleturis prodere. A MSS. quæ in Borussia habentur, incipit, in quibus quædam merito reprehendit, quædam ita ut non omnibus qui illos tractant, persuasurus putetur. Joannis Freybergi Chronicon & quædam alia optimæ notæ non in curia sed in Bibliotheca senatus Palæopolitani exstant, quibus Hartknochius admodum parce usus est. Multa sunt inter MSS. & quædam optimæ fidei & æstimationis ab Autore omiſsa, ut in editis quoque factum est; in quibus tamen nullum ita quam Puffendorſii Commentarios de rebus gestis Friderici Wilhelmi, maximi momenti & locupletem historiarum Borussicarum segetem habentes, desideramus. Præter eos & Georgii Reinholti Curikii Gedanonenses Commentarios, multos alios nominare possemus, si non constaret nobis, ipsum Autorem hanc observationem locupletandi & augendi animum habere. Ex hac observatione etiam cognovimus, C. Lilienthalium Hartknochii Historiam cum multis suis, augmentis editurum, eundemque & Joh. Samuel. Strimmesium eloquentissimum virum & Gabriel. Fischerum, Professores Publicos, tum & Rhodium A. M. ita esse inter se operam dispartitos vitarum scribendarum, ut primus Theologos, Regiomontanos, alter Oratores, tertius Philosophos, postremus Poetas daturus sit. *Observatio tertia* agit de *Helena Moneta* ejusque amatoribus. Sed de ea, quia separatim etiam edita est, seorsum agemus proxime in Supplementis. *Observatio IV de elegantia manuum eruditærum* inscribitur, cujus Autor T. S. Bayer sibi proposuit, barbaram quorundam vocem, cum ajunt: *Doctas maleptingere*, ita proſſigare, ut exemplis gravissimis id ita nequaquam dici debere ostenderet. Primum cum explicasset, quem in modum

feri soleat, ut docti viri sæpe non bene nonnunquam male scribant, huicque scribendi arti etiam in erudito viro singularem laudem asseruisset, quandam quasi historiam Latinarum manuum instruit, & qui in quaque gente docti viri scite scripserint, enarrat. In Græcarum literarum historia similiter versatur & denique Syros, Arabas, Persas, Turcas, Indos, Sinos in partes descendendæ sententiæ suæ vocat. Eandem, quam modo diximus, sententiam de doctis manibus apud Arabas quoque ferri dicit, tanquam a Mahomete profectam: *كركاني جلهل*
h. e. Omnis scriba indoctus est. Inter eruditas manus ante ceteros Christiani Goldbachii, viri, quem sæpe in nostris Actis, ut meretur, honoris causa nominavimus, collocavit, ita de ea sentiens, posse quosvis veluti ex imagine quadam clarissimi viri laudes reliquas omnes ex tam incomparabili manu cognoscere. Inter eos qui Arabice scripserunt, magnopere commendat Seb. God. Starkii Berolinensis manum & multo etiam magis Georg. Jac. Kehori, qui nunc Halæ est, & ex disciplina Salomonis Negri Damasceni (quem non uno loco laudavit Autor) tam mirificam manum adiecit, ut multos Arabas constantia, elegantia, & celeritate scriptionis superet. Non possumus omittere errorem, quem Montfauconio ostendit p. 288, nimirum quod in Palæographia alicubi versus quosdam Sibyllinos evulgaverit tanquam ineditos, qui ad unum omnes eodem ordine in Lactantio existent & ex eo a Sedulio Scoto perscripti sint. Joannis priorem epistolam censet dedicationem esse Evangeliorum & extremum Jeremiæ caput male divulgum esse a Threnis, quorum principium sit. Cetera malumus in ipso libro legi. Unum quod de Joanne Ernesto Grabio habet, quoniam pridem quæ Gudinus adversus eum licentissime scripsit, in Actis nostris commemoravimus, non possumus quin & ipsum ejus verbis hic ponamus. *Illum, inquit, virum, quem merito suo Joannes Gregorius multiq; alii & Angli & Galli & nescio qui non, ob pietatem, doctrinam, humanitatem, fidem, cetera atq; virtutes maximis dignum laudibus judicamus, tamen non mindno dolore nostro legimus, flagitiose & turpiter habitum esse a quodam levissima mentis senæ, cujus mores, facta, doctrinam, ut merentur, pingoremus, si con-*
tunc-

tumelias mortuum lacerare equum esset. Quod autem ad tuch-
dam famam doctissimi civis, a levissimo viro laceffitam, dicere pos-
sem, id Europa magna pars gravissimo de ejus in immortalem
Deum religione & fide, de temperantia ceterisque virtutibus ejus
testimonio, quantum aduersus tantillam calumniam satis est,
fecit. Faciet, opinor, similiter hic Martinus Sylvester Gravius,
beatissimi & clarissimi viri frater, ingenio, doctrina, humanitate
easdem cum eo laudes meritis, cum vitam in Anglia editam mul-
to luculentissima accessione praesertim earum rerum, quae in urbe
nostra & alibi terrarum, antequam in Angliam veniret, fratri
euererunt, cruditis legendam dabit. In quam rem cum saepe
V. C. hortatus sum, tum quia denique mihi promisit, publice
nunc cum istius fidei & pietatis religione obstringo. Succedit
observatio V sub titulo Conradus Tiberius de Wallenrad Marianus
Ordinis Teutonici summus & quidem XXI Magister Generalis
Prussiae a criminationibus liberatus. Ejus Autor est Cl. Rha-
dus. Exorsus a catalogo Apologeticorum, qui aut Basilidem,
aut Sardanapalum, aut Phalaridem, aut Pilatum, aut Vaninum,
aut Xantippen & alia humano generi exosa capita defendif-
sent, se quoque dicit in eorum numero esse cupiisse, qui inique
opprobria & nullo suo merito passum ex illustrissima gente
virum ulcisceretur. Egerat id ante eum magna ejus familiae
foholes Ernestus de Vallerodiis, cujus apologia in bibliotheca
Vallerodiana & quorundam manibus est, magno judicio & spe-
cie veritatis scripta. Hanc Rhodius secutus majori testimoni-
orum augmento causam sive illustravit sive tuitus est. Deni-
que VI observ. silitur explicatio Leibnitiana mutationis Baro-
metri in tempestatibus pluviis contra dubitationes V. C. Jo.
Theoph. Desagulieri asserta. Inventum Leibnitianum ipsi-
met exposuimus Actorum nostrorum A. 1711 p. 499, & varias
ibidem difficultates, quae objici possent, removimus. Sed Cl.
Desagulier in Transactionibus Philosophicis Anglorum sibi
alia dubia nexuit, quibus occurrit Autor hujus observationis
G. H. Rasius. Nam quod principium Leibnitii: corpora
gravia in fluido aliquo actu cadentia cum fluido una non gravi-
tate adeoque gravitatem suam inter cadendum perdere, sub-

ruere vult Desagulier, dum ostendit, corpora ob locum in fluido occupatum hujus pondus aliquantum augere & inter cadendum etiam non omnem suam gravitatem perdere, sed tantam minimum retinere, quantum habet fluidi volumen, volumini corporis in id immerfi æquale; hoc quicquid est, Leibnitium non ferire Cl. Autor annotat, qui per gravitatem a corpore in fluido cadente propter ipsum casum amissam, solum excessum gravitatis corporis supra specificam gravitatem fluidi intellectum voluit. Possè tamen dici etiam, corpus in tali statu omnem gravitatem amisisse, cum reliqua gravitatis in corpore pars, ante adhuc quam corpus caderet, jam fluido ambientis cesserit, comprobante id corporis fluido immerfi pondere imminuto. Improbaverat porro Cl. Desagulier in experimento Ramazini, quod filum, ex quo grave quodpiam suspenderat, libræ brachio alligasset, dixeratque, se effectum principio Leibnitiano prorsus contrarium deprehendisse, cum, veluti id fieri debebat, filum illud manu teneret. Hoc denuo doctissimus Autor nihil facere contra Leibnitium & omnino fieri debere ostendit, ut filum, ex quo grave in fluido casurum suspenditur, non manu teneatur, sed ad brachium libræ alligetur. Id scilicet requirere problematis propositi similitudinem, cum pari ratione vapores materiam pluviz suppeditantes, antequam guttas pluviales formant ac proinde deciduat, toti una cum atmosphæra gravitent, non vero ex parte solum, ex alia autem a geniis quibusdam aut spiritibus (prout corpus grave in aqua a manu juxta experimentum Desagulieri) in alto sustineantur.

ETAT PRESENT DE L' ESPAGNE.

h. e.

HISPANIÆ STATUS MODERNUS, AUTO-
re Abbate DE VAYRAC.

Tomi III, seu Voll. IV.

Parisii, apud Antonium des Hayes, 1718, 12 maj.

Alph. 5 pl. 18 Tabb. zn. 4.

Cura

CUM Hispani parum justos hactenus morum suorum censores habuerint ex Italis Gregorium Leti in vita Ducis Ossunæ, e Gallis Aunojam, fœminam illustrem, in opusculis, aliosque, id sibi operæ datum existimavit Cl. Autor, qui per complures annos, sub moderno quidem Rege, in Hispania vixit, ut non minus virtutes gentis illius, quam vitia, si quæ sint, modeste revelaret, universumque Hispaniæ statum, qualis est hoc tempore, exponeret. Tribus cuncta complexus est tomis, quorum primus, duobus voluminibus divisus, præmissis, quæ de genio & moribus populi tum & de soli Hispanici natura generatim dicenda erant, Geographiam ac Topographiam universæ Hispaniæ, tum & Regni Majoricæ & Sardinicæ exhibet; secundus præter succinctam Hispaniæ historiam, titulos ac prærogativas Regis, Principisque Asturicæ & Infantum regionum, officia coronæ, eorumque instituta & privilegia, omnemque ceremoniarum in aula ordinem, tum Archi-Episcopatum & Episcopatum in Hispania subordinationem ac statum, tribunal Inquisitionis, Ordines religiosos & militares, Universitates & Academias; tertius vero originem, diversitatem ac privilegia Grandium Hispaniæ, singulasque familias huic ordini annumeratas, suprema item Hispaniæ dicasteria, formamque regiminis, redditus & expensas Regis, commercia regni, denique commoda Regis, ratione aliorum Regnorum ac Statuum habita, describit.

Ut pauca quædam obiter observata communicemus, merito castigat Autor scriptorem *Deliciarum Hispania* Lugduni Bat. Gallice editarum, qui Tafallam oppidum ideo *florem Navarre* dici tradiderit, quod floreat illic Academia, quam nullam omnino habere, elogium vero illud a soli vicini fœcunditate ortum esse Noster probat. De Arragonensibus constat, eos olim hac formula usos in coronatione Regum: *Nos, qui eodem Tempore loco habemur, Regem Te facimus nostrum ac Dominum, ea lege, ut tuis privilegia & libertates nostras, SIN MINUS, MINIME.* Hanc Regiæ Majestati admodum injuriosam tolli tandem Petrus I variis artibus, precibus quoque & novorum privilegiorum concessione, obtinuit. Quin & ipse, arrepta membrana, in qua verba illa descripta erant, subito pugionem

T. I. P. L.
p. 125.

137:

strinxit & manu ultro sauciata sanguinem in membranam effudit, additis verbis: *Par est legem, qua subditis jus conceditur eligendi Regis, Regio sanguine deleri.* Unde Petrus de pugione vulgo dictus, viliturque statua illius Cæsaraugustæ, altera manu membranam, altera pugionem tenentis. Enimvero notum, mox Arragonenses vetera jura resuscitasse, quæ demum Philippus II oppressit. De Pauli Orosii, Historici Eccl. patria Hispanos & Lusitanos inter se contendere, Autor notat, illis Tarraconensem, his Bracarensem asserentibus; & Hispanis quidem eum vindicasse scriptorem recentiorem, vasto ea de re volumine 400 plagularum in fol. edito. Haud procul Hispali spectari observat veteris rudera theatri & urbis, quam hodie *Hispalin antiquam* vocant, Romanis olim *Italiam*, ut docti censent, medio vero ævo corrupte *Talcam* dictam, patriam Imp. Adriani, & Sibi Italici poetæ. Scorialensem Bibliothecam dum affabre depingit Autor, libros impressos circiter 130000, manuscriptos vero 15000 in ea contineri observat, & in his Chrysostrum Græcum, Augustini Tr. de Baptismo, ipsius manu exaratum, Eusebii Canones, Conradi Imp. tempore scriptos, IV Evangelia cum præfatione S. Hieronymi & alia celebrari: imprimis vero codices Arabicos 7800 Regi Marocano ante centum annos ereptos hic asservari docet.

F. 188. De Academiis Hispaniæ dum breviter disserit, numerat viginti duas, in quibus celebriores Salmanticæ, quæ septuaginta duos Professores alit & Parisiensi aggregatur, Vallisoletæ & Compluti florent, nec incelebris ob Medicinam Valentiniensis. Novam Secerræ in Catalaunia Academiam modernus Rex, ut civium fidem nobilitaret, A. 1717 fundare cœpit, additis mandatis, ut suppressis ceteris provinciæ Academiis, Leridensi, Dertosana & Tarraconensi, reditus omnes ad eam amplificandam deferrentur. Societates eruditæ non nisi duæ hodie clarent, altera Hispali, Scientiis & artes, Physicam imprimis colens, cui exornandæ multum operæ impendit Johannes de Peralta, Medicus celeberrimus; altera anno demum 1713 auspiciis Ducis de Escalona Madriti fundata, Academicis constat virginti quatuor, qui uti in universum in polienda lingua Castellana, ita imprimis nunc in concinnando Dictionario Hispanico laborant. In tertio

Tome

Tomo legi imprimis merentur, quæ Autor de origine Grandium Hispaniæ annotavit, quos pacto anno demum 1701 inter Hispanos Gallosque inito Paribus Galliarum æquiparatos fuisse testatur. Definit vero Grandem, qui immediate Regi subest, & cui fas est præsentem Rege caput tegere & confidere. Gothi olim *Magnates*, *Optimates* aut lingua vernacula *Tiñfades* a voce *Tief*, quod *altum* & *potentem* notat, vocabant, quæ nomina, mutato sub Mauris Monarchiæ statu, contempta, postea vero Mauris a Pelagio devictis revocata sunt, donec Alphonsus Sapiens Regio edicto linguæ Latiniæ in diplomatibus usum aboleret, substituta Hispanica: ex quo factum, ut & vocabuli *Grande*, quod *Magnati* respondebat, usus invehetur. Docet autem Autor, minime cum his confundendos, quos Hispani vulgo *Ricos bombres*, hoc nines divites, vocant, quod nomen quidem & Grandibus dari solet, neutiquam vero *Ricos* omnes (ut Latine quoque vocare solent) Grandium numero adscribendos.

T. III.
p. 256.p. 259.
261.

262.]

257.]

DIALOGO INTITULATO IL GRAMMATICO.

h. e.

*DIALOGUS, GRAMMATICUS INSCRIPTUS, SIVE
de perversa linguarum in scholis tractandi methodo.]*

Perusæ, apud Constantinum, 1717, 12.

Fol. 5.

A Onius Palearius, qui haud temere elegantissimi hujus dialogi Autor esse perhibetur, ingenio quam rerum eventu felicior fuit, & eruditus scriptis de re literaria præclare meritus est. Cum enim totus esset in vindicandis bonis literis & humanarum rerum cognitionem ex tenebris, quibus tunc pene omnia in Italiæ scholis oppressa jacebant, eruere admitteretur, ex nimio forte pro veritate zelo talia a se scriptis immiserat, quibus imperitum cleri vulgus graviter offenderet, & ad iram sibi postmodo exitiosam provocaret. Inter alia crimini ipsi dabatur, quod in sanctæ, ut ajunt, inquisitionis diritatem paullo acerbius invehctus esset, quæ re tam magnam apud Pium Vantistitem Romanum incurrit odium, ut igni miserum anno cło 1676 LXXVI traderet

deret comburendum. Hinc etiam factum est, ut cum laudari viri nomine memoria quoque scriptorum ejus in Italia si non penitus exolesceret & interiret, magnopere tamen labefactaretur & fere concideret. Cujus rei indignitate permoti exteri quidam, quicquid invenire poterant scriptorum Palearii, vel typis, vel manu exaratorum, sedulo collegerunt, & primum in Germania, post in Belgio uno volumine comprehensum ediderunt. Sed quaecunque adhibita industria non potuerunt omnia conquiri, quae patrio sermone ab Autore literis consignata erant, quae propter seculi, & multo praecelarius, quam majores sui Itali, de civis laude dignissimo sentiens Petr. Paul. Christianus festivum dialogum, quem *Grammaticum* Autor inscripsit, ab interitu haud adeo longe remotum, in lucem protraxit, & magno literarum Patroo Justo Fontanino Cubiculario Pontificio munus amcupavit, atque hac ratione illi aditum patefecit ad eos, a quibus vir probus olim rejectus & male habitus fuit. Id vero constitutum Autori est, ut pravam ludi magistrorum consuetudinem facere rideat & admodum false perstringat, qui, ubi scriptores Latinos adolescentibus in schola proponunt, vel verba Latina aliis permutando, barbara inculcant, vel orationis structuram pervertendo, solœcismos faciunt, atque ita magno conatu magnas nugae agere solent. Ipse Autor in lingua Latina prioris addiscenda servare jubet methodum, qua juvenes melioris notae scriptores veteres proferunt orationis, praecipue Marcium Tullium, diligenter legant relegantque, & sibi quam familiarissimos reddant. eos magister interpretando vernacula lingua exponat, & proprium verborum usum, structuramque orationis formam doceat, neque juvenes Grammaticorum regulis adstringat. Post ex Latino in vernaculum sermonem convertere, & idem aliquot post diebus in Latinum iterum transferre, & cum Ciceronis distinctione componere jubet, ut, quam longe a regula abierint, adolescentis intelligant. Inde demum ad Rhetorum scholas transire Autor permittit, ut oratio Latina comitior ornatioque existat, & nervos quasi spiritumque nascatur. Certe dignus est hic factus dialogus, quem aliquis ex nostris Latinum faciat, quoniam futura existimamus, ut ludorum moderatores nominis sui pudeant, & tandem barbaros fuisse poeniteat.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Julii, Anno M DCC XLX.

EUGENII DE LOUVILLE, EQUITIS, RE-
gia Scientiarum Academiae Socii, nec non Regalis Societa-
tis Londinensis Sodalis, de mutabilitate Eclipticæ Disser-
tatio, Aureliis d. 4. Nov. A. 1728 ad Collectores
Actor. Erud. data, sed nunc demum
exhibita.

Quanti sit in Astronomia momenti perfecta obliqui-
 tatis Eclipticæ notitia, scientiæ peritis abunde con-
 stat. Cum tamen hætenus non satis constet, quan-
 ta sit hodie, quanta fuerit olim; an semper eadem,
 an vero mutabilis, de re Astronomica non male me meritum
 arbitratus sum, si quas magno labore collegi veterum ac recen-
 tiorum observationes; ac cum meis contuli, publici juris fa-
 cerem. Quoniam vero ostendendum mihi proposui, obliqui-
 tatem Eclipticæ constanter diminui, ista autem diminutio ad-
 modum lento gradu procedat; ab antiquissimis observationibus
 exordiendum esse duxi.

Antiquissima & celeberrima omnium est *Pythæ Mas-*
filiensis, a *Strabone* nobis conservata, qui plusquam 2000 abhinc
 annis *Massilia* altitudinem Ghomonis ad umbram meridianam
 in solstitio æstivo reperit ut 120 ad 42 deinta parte quinta, seu ut
 120 ad 41 $\frac{2}{3}$ hoc est, in numeris integris ut 600 ad 209 ut ita-
 que certus fierem, an hodiernum eadem ratio vigeat, sub finem
 anni 1714 *Massimum* profectus, ope altitudinum meridianarum
 Stellæ polaris atque Solis, usus in observando quadrante astro-
 nomico R. R. Patrum societatis Jesu, & focia opera in observa-

N u

tionis.

tionibus plurimis R. P. *Lavali*, Mathematicos Professoris & Observatorii Patrum Praefecti, elevationem poli duplici via rimatus sum. Radius instrumenti aequabat tres pedes Parisinos & telescopii ad ipsum applicati positionem verificaturus duobus minutis erroneam deprehendi, factaque, ut notum est, correctione errorem ad 20 scrupula secunda reduxi, cujus rationem habui in omnibus meis observationibus. Fuit itaque

	d. 21 Dec. prid. brumae	d. 26, Dec.
Altitudo superioris limbi solis	23°. 32'. 30"	23°. 36'. 35"
Error instrumenti demendus	20	20
Altitudo apparens correcta	23. 32. 10	23. 36. 15.
Refractio parallaxi multata auferenda	2. 7	2. 6
Altitudo vera	23. 30. 3	23. 24. 9
Semidiameter solis demenda	16. 22"	16. 22
Vera centri solis altitudo	23. 13. 41.	23. 17. 47.
Declinatio solis addenda	23. 28. 13.	23. 23. 58
Ergo altitudo aequatoris Massiliæ	46. 41. 54.	46. 41. 45
Elevatio Poli	43. 18. 6.	43. 18. 15

Declinationes Solis deduxi ex nostris Tabulis MSC. hypothesi *Kepleriana* ellipticæ superstructis. Eodem modo deductæ sunt ex observationibus hic positis altitudines poli singulis respondententes.

Alt. mer. limbi super.	Alt. Poli
27 Dec. 23°. 38' 45"	43°. 18'. 21"
2 Jan. 1715. 24. 2. 0	43. 18. 36.
3 Jan. 24. 7. 38.	43. 18. 28.
4 Jan. 24. 14. 0	43. 18. 8.
6 Jan. 24. 27. 20.	43. 18. 4.
10 Jan. 24. 59. 15.	43. 18. 6
12 Jan. 25. 17. 50.	43. 18. 0

Media igitur inter has omnes poli elevationes erit 43°. 18'. 14". Eandem per observationes stellæ polaris rimatus sum. Fuit scilicet

D. 27 Dec. h. 6 pom. 14' 46"	Die 4 Jan.
Altitudo stellæ polaris maxima 45°. 31' 55"	45°. 32' 0"
Correctio instrumenti aufer.	20 20
Altitudo apparens correcta 45. 31. 35.	45. 31. 40.
Refractio auferenda	58. 58
Vera altitudo stellæ 45. 30. 37.	45. 30. 42

D. 28 Dec. h. 6 mat. 12' 48"	Die 5 Jan.
Altitudo stellæ pol. minima 41. 5. 30.	41. 5. 30
Correctio instrumenti aufer.	0 20 20
Altitudo apparens correcta 41. 5. 10.	41. 5 10.
Refractio auferenda	1. 7. 1. 7
Vera altitudo stellæ 41. 4. 3.	41. 4. 3

Adde max. supra inventam	45. 30. 37.	45. 30. 42
erit summa	86. 34. 50.	86. 34. 45
Dimidium dat Elevationem poli	43. 17. 20.	43. 17. 23.

Patet, errorem aliquem in divisione instrumenti subesse : quapropter mediam altitudinem inter observationes hujus stellæ & solares sumemus (error enim tantum elevabit polum per observationes stellæ, quantum deprimet per solares) & sic elevatio poli Massiliensis prodit 43°. 17'. 48".

Quod si jam in observatione *Pythææ* fiat ut 600 ad 209, ita sinus totus ad cotangentem elevationis limbi superioris solis, prodibit ea 70°. 47'. 41", unde ablatis refractione parallaxi multiplicata 17" & semidiametro solis 15' 49", prodit altitudo centri solis 70° 31' 35". Inde si porro subducas elevationem æquatoris supra inventam 46° 42' 12" relinquitur obliquitas Eclipticæ 23° 49' 23" quæ ab hodierna 23° 28' 24" differt 21' decremento a tempore *Pythææ* ad hoc seculum, hoc est, pro 2000 annis existente 21'.

Gassendus in Tractatu de proportionibus Gnomonis ad umbram solstitialem, qui legitur in fine Tom. 4 Operum, se invenisse ait altitudinem superioris marginis solis in meridie diei solstitialis Massiliæ 70°. 25' 59": quam tamen correcto errore, ex declinatione acus magneticæ, qua in linea meridiana determinanda usus fuerat, habere debuisse agnoscit 70° 27' 0". Inde si auferatur refractionis 17" & semidiameter solis 15' 49", relinquitur altitudo centri solis 70° 10' 54": a qua si porro

Na 2

dema-

dematur obliquitas eclipticæ anni 1641, quo observatio facta, $23^{\circ} 29' 12''$ residua fit elevatio æquatoris $46^{\circ} 41' 42''$. Est ergo juxta *Gassendum* elevatio Poli *Massilia* $43^{\circ} 18' 18''$, quæ a nostra ex observationibus solis elicitæ nonnisi $4''$ discrepat. Equidem *Gassendus* observavit, in Templo Patrum Oratorii, quæ ab ædo Patrum societatis Jesu seu Sanctæ Crucis 200 circiter hexapedis Gallicis secundum lineam meridianam distat. sed cum differentia latitudinum inde sit $12''$, quæ ab elevatione *Gassendica* subducta relinquunt elevationem poli in observatorio Patrum societatis $43^{\circ} 18' 6''$, a nostra nonnisi $8''$ aut, si mediam ex observationibus solis & stellæ conjunctis elicitam adhibere volueris, $18''$ dissidentem, differentia hæc parum attendi meretur.

A. 1672 *Jo. Dominicus Cassini* eandem altitudinem Poli dimensus reperit $43^{\circ} 17' 33''$, ut adeo nostra inter *Cassinianam* & *Gassendicam* media sit, omnes autem nonnisi in minutis haud magni faciendis differant. Licet autem nulla inter me, *Gassendum* atque *Cassinum* sit controversia de elevatione Poli *Massiliensis*; unusquisque tamen aliam indicuit consequentiam pro obliquitate eclipticæ. *Gassendus* enim contra, quam a nobis factum est, inutationem in ecliptica nullam esse factam intulit, propterea quod minorem, quam opinabatur, reperisset. Contra *Cassinus*, qui falsis rationibus nixus juxta majorem repererat, nihil omnino conclusit. Scilicet in linguis parum versatus secutus est (vid. Commentarii Academix Regiæ scientiarum Anni 1692 p. 49) versionem *Strabonis* *Casaubonianam*, ubi verba *λείποντα πέμπτω* redduntur Gallice: moins cinq parties de l' as, hoc est, minus quinque assis partibus, cum verti debuissent (ut a nobis factum est,) minus una quinta parte. Mirum sane est, *Casaubonum*, qui *Strabonem* integrum vertit, non fuisse illius dicendi modo assuetum: neque enim unquam lineam vel quantitatem aliquam in uncias dividit *Strabo*, sed potius in partes sexagenas, Astronomorum more. Non jam urgeo, contra sensum naturalem esse *Casauboni* versionem. Loquitur loco allegato *Strabo* de *Byzantio*; sed non semel dicit, eandem proportionem

nam Gnomonis ad umbram inventam esse *Byzantii*, quam olim *Massiliae* invenerat *Pythear*. Supposuit deinde vir optimus *Cassinus*, in celebri illa observatione usum fuisse *Pythearum* Gnomone cum pila in vertice, quia *Plinius* autor est, Manlium Mathematicum tempore *Augusti* apici Gnomonis, quem *Cesar* in campo Martio extrui jussit, auratam pilam addidisse, cujus vertice umbra colligeretur in senetipsam. Sed nemo non videt, qui *Plinii* verba attentius legit, inventionem pilae tribui *Manlio*, ut adeo plus quam 300 annis ante, eadem uti non potuerit *Pythear*. Notum vero est Astronomis, quam differentiam afferat pila observationibus. Si enim pila adfit, & centrum ellipsos umbræ illius sumatur pro vertice gnomonialis umbræ; habebitur vera centri solis altitudo: si pila non adfit, extremitas umbræ Gnomonis conici vel pyramidalis respondet altitudini limbi superioris: id quod non animadversum esse a veteribus, omnes hodie Astronomi fatentur, cum *Ptolemaeus*, qui minimas quasque operationes in Observationibus Astronomicis recenset, ea de re sileat, multisque in locis conqueratur, quod extremitates verticum Gnomonum, maxime in bruma, discernere admodum sit difficile, manifesto satis indicio, quod Gnomonibus acutis usus fuerit. Tandem *Cassinus* loco supra citato p. 53 scribit, *Ptolemaeum* altitudinem Poli Massiliensis statuere $43^{\circ} 6'$, cum tamen in omnibus MSC. Almagesti, quæ in Bibliotheca Regia servantur, æque ac in editione Græca Basileensi anni 1538 legatur $43\frac{1}{4}$ graduum, hoc est, $43^{\circ} 15'$. Notandum præterea, quod *Strabo* latitudinem Massiliensem accuratissime determinet. Dicit enim *Massiliam* distare ab æquinociali circulo 30300 stadiis, qualium 252000 æquant circumferentiam circuli maximi terrestri, seu 360 gradus; unde latitudo *Massiliae* conficitur $43^{\circ} 17' 9''$, a nostra ne integro quidem minuto primo aberrans. Corruit itaque universum systema, quod loco supra citato tam belle concinnavit *Cassinus*.

Veniamus jam ad *Pappum*, quem *Gassendus* & alii bene multi putant obliquitatem Eclipticæ $23^{\circ} 30'$ supponere. Ait *Pappus*, sinum obliquitatis Eclipticæ esse ad semidiametrum tropici, seu eorum obliquitatis ut 10 ad 23. Ponamus *Pappum*

retinuisse obliquitatem Eclipticæ *Ptolemæi* $23^{\circ} 51' 20''$ (neque enim quisquam perhibuit, *Pappum* proprias observationes instituisse, nec credibile est, quod ea de retacuisse, si tantam inter suam & *Ptolemæi* observationem discrepantiam animadvertisset) erit sinus obliquitatis ad cosinum ut 40443 ad 91457 . hoc est, ut 10 ad $22\frac{7}{8}$ vel $22\frac{7}{8}$. Ergo *Pappus* istam rationem numeris integris exprimere non potuit, quam per 10 ad 23 . Nequaquam igitur inde concludere licet, quod magno a *Ptolemæo* dissensu obliquitatem eclipticæ statuerit $23^{\circ} 30'$.

Nunc ad aliorum Astronomorum observationes accedendum, ut appareat, num eandem obliquitatis diminutionem respectu intervalli temporis, quo factæ sunt, reperiamus. Quod si enim ista diminutio semper temporis proportionalis reperitur, ejus non modo realitatem, verum etiam quantitatem demonstratam esse fatendum omnino erit. Antequam id fiat, dicendum mihi est, quanta hodie per meas observationes prodeat. Quadrans astronomicus quo utor, in Commentariis Academiæ Scientiarum A. 1714 describitur, propria manu novoque modo divisus, & loco dioptrarum telescopio cum micrometro instructus. In fine anni 1715 observavi multoties altitudinem meridianam maximam ac minimam stellæ polaris Parisiis in ædibus meis, quas inveni adhibita correctione per refractionem $51^{\circ} 3' 35''$ & $46^{\circ} 38' 44''$: unde altitudo poli prodit $48^{\circ} 51' 10''$. Distat domus mea ab Observatorio Regio secundum lineam meridianam 1008 hexapedis, quæ pro latitudinum differentia dant $1' 4''$: unde elevatio Poli in Observatorio prodit $48^{\circ} 50' 6''$. In nostris autem ædibus elevatio æquatoris est $41^{\circ} 8' 50''$. Qua adhibita d. 22 Dec. 1615 ex observata altitudine limbi superioris solis $17^{\circ} 59' 39''$, per subtractionem refractionis $2' 51''$ & semidiametri solis Perigæi $16' 22''$ correctæ, itemque d. 22 Jun. A. 1715 ex observata altitudine limbi inferioris $64^{\circ} 21' 49''$, per subtractionem refractionis $24''$ & additionem semidiametri solis Apogæi $15' 49''$ correctæ, declinationem tropici reperi $23^{\circ} 28' 24''$: qualis etiam prodit, si a maxima altitudine centri solis $64^{\circ} 37' 14''$ subducas minimam

nam $17^{\circ} 40' 26''$, & residuam tropicorum distantiam $46^{\circ} 56' 48''$ bifeces.

Quod jam aliorum observationes attinet, *Eratosthenes* annis ab hinc 1965 seu 250 ante æram vulgarem distantiam Tropicorum deprehendit $\frac{7}{8}$ Meridiani, hoc est, $47^{\circ} 42' 39''$. adeoque obliquitatem Eclipticæ $23^{\circ} 51' 20''$. Quodsi hinc auferas $20' 38''$, quæ secundum nostram diminutionis hypothesein 1965 annis conveniunt, relinquuntur pro obliquitate hodierna $23^{\circ} 30' 42''$, quæ a vera $1' 18''$ dissidet. Sin obliquitatem immutabilem ponas, *Eratosthenes* in sua observatione 23 minutis peccavit: quod de Astronomo paululum accurato suspicari nefas.

Obliquitatem *Eratosthenis* retinuerunt cum *Ptolemao* omnes Astronomi usque ad *Almamonomem* Kalipham, qui, teste *Alfragano*, congregatis in eam rem viris doctis compluribus, & novis observationibus factis, eam definivit $23^{\circ} 35'$. Cum ab *Almamomone* usque ad præsens tempus elapsi sint anni 885, diminutio erit $8' 51''$ seu, rejectis $51''$ propter refractionem antiquis ignoratam, $8'$, atque hinc obliquitas præsens $23^{\circ} 27'$, quæ a vera aberrat $1' 24''$. Sed ostendimus, errorem adhuc esse minorem, sigillatim examinando illorum observationes, quas retulit *Jbn Jomis Arabs*. Nimirum observatio altitudinis solis facta est A. 338, observatio minimæ A. 337 *Jezdegerdis*, & quidem *Bagdadi* sub latitudine $33^{\circ} 20'$. Hæc in $29^{\circ} 48'$ adhibita parallaxi deprehensa est $33^{\circ} 5'$; illa vero in $10'$ fuit $80^{\circ} 15'$. Parallaxis horizontalis, qua usi sunt, *Ptolemaica* erat $2' 57''$: quamobrem auferri debent ab altitudine maxima $36''$, a minima $2' 24''$, ut prodeat maxima observata $85^{\circ} 14' 24''$, minima $33^{\circ} 2' 36''$, a qua sunt auferenda pro parallaxis & refractionis veræ differentia $1' 22''$, ut relinquatur altitudo minima vera $33^{\circ} 1' 14''$. Cum ex altitudinibus sic correctis resultet obliquitas eclipticæ illo tempore $24^{\circ} 36' 31''$; adhibita diminutione pro 746 annis $7' 50''$, erit hodierna $23^{\circ} 28' 51''$ nostram 27 tantum secundis superans. Per hanc reformationem invenimus elevationem veram Poli *Bagdadensis* $33^{\circ} 22' 15''$.

Mabo-

Mabomet Abategnius eodem tempore, quo *Almannus*, in civitate *Aracta* sub latitudine 36° obliquitatem Eclipticæ $23^\circ 35'$ observavit, usus (quod differte monuit) altitudinibus per parallaxin emendatis, quæ veram $1\frac{1}{2}$ min. circiter minuit, ut modo vidimus.

Arzachel Hispanus A. 1070 æræ Christianæ observavit *Toleti* in Hispania obliquitatem Eclipticæ $23^\circ 34'$, quæ si ad elevationem æquatoris *Toletanæ* $50^\circ 5'$ addatur, prodibit altitudo solis in solstitio æstivo $73^\circ 39'$; si ab eadem dematur, altitudo in brumali $26^\circ 31'$. Quodsi porro ibi refractionis $15''$ hic vero $1'54''$ auferatur; restabunt altitudines veræ $73^\circ 38' 45''$ & $26^\circ 29' 6''$, quæ dant obliquitatem eclipticæ illius temporis $23^\circ 34' 50''$. Si denique ab ea subduxeris diminutionem $6' 27''$, annis 645 convenientem, habebis obliquitatem præsentem $23^\circ 28' 24''$ uno tantum scrupulo secundo a nostra deficientem.

Thebit Ben-Chora etiam in Hispania A. 1150 & *Almeas*, filius *Almansoris*, observarunt obliquitatem Eclipticæ $23^\circ 33' 30''$, id est, $30''$ minorem quam *Arzachel*. At eorum observationes 80 annis sunt posteriores; invenerunt ergo illam diminutionem, quæ 50 annis competeat, errorem admittentes $18''$, quanta est diminutio 30 annorum.

Prophatius Judæus, anno 1300 hoc est annis 230 post *Arzachelem*, invenit obliquitatem istam $23^\circ 32'$, seu duobus minutis minorem quam *Arzachel*, errore itidem $18''$ non superante.

Ex observationibus *Regiomontani* atque *Waltheri* mediam sumam, eamque anno intermedio attribuan. Sic mediam chordam anguli distantie solis a Zenith invenio 44885 partium, cujus dimidium est sinus $12^\circ 58' 5''$. Hujus duplum $25^\circ 56' 10''$ cum sit distantia solis a Zenith, addita refractione $24''$, summæ complementum exhibet altitudinem solis veram in solstitio æstivo $64^\circ 3' 26''$. Similiter pro altitudine brumali media inter chordas observationum 7 annorum reperitur 118779 partium, cujus dimidium est sinus $36^\circ 26'$. Indent ante, adhibita refractione $3'$, elicitor altitudo solis in solstitio brumali $17^\circ 5' 0''$, atque ex his altitudinibus obliquitas quaerita

sita $23^{\circ} 29' 13''$. Ab anno intermedio observationum 1490 usque ad A. 1715 elapsi sunt anni 225, quibus convenit diminutio $2' 25''$. Emerget igitur obliquitas hodierna $23^{\circ} 27'$, adeoque error unius ac dimidii circiter minuti. Hic solus omnium Astronomorum tantum errorem dedit, nec vero multum ego fido illius observationibus, qui 14 minutis primis in elevatione poli urbis *Rome* aberravit: eam enim facit $42^{\circ} 8'$, cum sit tantum $41^{\circ} 54'$.

Princeps Hassiæ annis 1561, 1564 & 1565 d. 12, 11 & 10 Jun. altitudinem Solis meridianam observavit $62^{\circ} 12'$, hoc est, demtis $27''$ pro refractione $62^{\circ} 11' 33''$. Idem A. 1566 d. 13 Decemb. deprehendit altitudinem Solis $15^{\circ} 12'$, hoc est, refractione $3' 25''$ sublata, $15^{\circ} 8' 35''$. Inde resultat, adhibita diminutione $1' 30''$ pro annis 150, obliquitas Eclipticæ præsens $23^{\circ} 30'$. Sed hæc sunt primæ Principis observationes, quas non pro tam accuratis venditat, quam posteriores, quæ sequuntur. A. 1568 d. 12 Jun. itemque annis 1569, 1574, 1575, 1578 & 1580 altitudo Solis fuit $62^{\circ} 12'$, hoc est, refractione $27''$ subtracta, $62^{\circ} 11' 33''$. A. 1572 d. 11 Dec. eadem observata $15^{\circ} 14'$. Ergo demta refractione $3' 24''$, fuit $15^{\circ} 10' 30''$, adeoque obliquitas Eclipticæ $23^{\circ} 30' 28''$, unde diminutione $1' 24''$ pro 143 annis sublata, prodit hodierna $23^{\circ} 29' 4''$.

In *Byrgio Cassellis* observante A. 1592 d. 11 Decemb. altitudo Solis fuit $15^{\circ} 15' 30''$ seu, demata $3' 24''$ refractione, $15^{\circ} 12' 6''$: sed A. 1594 d. 10 Jun. altitudo meridianam fuit $62^{\circ} 10' 22''$, hoc est, refractione $27''$ sublata, $62^{\circ} 9' 55''$. Hinc prodit obliquitas eclipticæ $23^{\circ} 28' 55''$, quæ, diminutione $1' 15''$ pro 124 annis facta, dat hodiernam $23^{\circ} 27' 40''$.

Copernici observationes non parum animos multorum Astronomorum torserunt, maxime *Tychonis de Brabæ*, propterea quod solus obliquitatem eclipticæ adeo parvam faciat, ut, quamvis abhinc plus quam 175 annis institutæ sint ipsius observationes, nihilominus eam minorem hodierna statuat: quod quidem operæ pretium est examinare. Altitudo poli *Fruemburgi*, ubi *Copernicus* observavit, ipso observante est $54^{\circ} 19' 30''$,

obliquitas vero eclipticæ $23^{\circ} 28' 8''$, unde elicitur altitudo appa-rens Tropici $\ominus 59^{\circ} 8' 38''$ quæ refractione conveniente $30''$ mulctata dat veram $59^{\circ} 8' 8''$. Altitudo appa-rens ζ ibidem est $12^{\circ} 12' 21''$, quæ refractione $4' 19''$ mulctata dat veram $12^{\circ} 8' 3''$. Hinc resultat obliquitas eclipticæ istius temporis $23^{\circ} 30' 3''$. Cum *Copernicus* A. 1543 fuerit mortuus, ponamus eum observasse obliquitatem Eclipticæ A. 1540. Quodsi ergo de-matur diminutio $1' 45''$ annis 175 conveniens; emergit præ-sens $23^{\circ} 28' 18''$, sex tantum scrupulis secundis a nostra discre-pans. Conveniunt igitur jam tanti Astronomi observationes cum cæteris, quæ hætenus tantum discrepare videbantur. Oriebatur differentia a magna latitudine *Fruemburgi*, ubi ignotæ Astronomis illius temporis refractiones in tropico hiemali erant valde sensibiles, ac multo magis elevabant tropicum istum, quam æstivum, unde magna distantia Tropi-corum diminutio oriebatur, quæ per tabulas refractionum correctæ cum cæteris observationibus congruit.

Tycho, Astronomorum Coryphæus observavit Uranibur-gi altitudinem apparentem meridianam Solis A. 1584 d. 11 Jun. $57^{\circ} 35' 30''$, A. 1585 d. 11 Jun. $57^{\circ} 35' 20''$, A. 1586 d. 12 Jun. $57^{\circ} 35' 30''$, per quadrantem volubilem $57^{\circ} 35' 45''$, per *Tychonæum*, ut ipse vocat, $57^{\circ} 35' 45''$ & per alium adhuc quadrantem $57^{\circ} 35' 50''$. Inter omnes istas intermedia erit, $57^{\circ} 35' 35''$, a qua si auferatur refractione $32''$ altitudo vera media erit $57^{\circ} 35' 3''$. Hieme A. 1584 d. 11 Dec. observavit eam per vo-lubilem quadrantem $10^{\circ} 41' 20''$, per magnam ferream $10^{\circ} 41' 10''$. Ablata igitur refractione $4' 56''$, altitudo brumalis me-dia vera $10^{\circ} 36' 14''$. Unde elicitur obliquitas eclipticæ $23^{\circ} 29' 25''$, quæ, diminutione 120 annorum, quæ est $1' 12''$ ablata, degenerat in hodiernam $23^{\circ} 28' 13''$ a nostra 11 tantum scrupu-lis secundis discrepantem. Ex hisce observationibus deter-minamus veram latitudinem Uraniburgi $55^{\circ} 54' 20''$, fere ut in-venit *Picartus*.

Hævelius A. 1661 d. 11 Jun. st. v. observavit altitudi-nem Solis meridianam Gedani $59^{\circ} 7' 10''$, quæ, ablata refra-ctione $29''$ exhibet veram $59^{\circ} 6' 41''$, & d. 11 Dec. ejusdem anni $12^{\circ} 12' 45''$, quæ refractione $4' 18''$ mulctata transit in ve-ram

ram

ram $12^{\circ} 8' 27''$. Quamobrem obliquitas eclipticæ illius temporis $23^{\circ} 29' 7''$, atque hinc porro, habita ratione diminutionis $33''$ in 55 annis, hodierna $23^{\circ} 28' 34''$, 10 tantum secundis nostram superans.

Flamstedius per quadrantem magnum muralem 7 pedum radio, telescopio instructum, altitudinem meridianam Solis apparentem A. 1691 d. 11 Jun. observavit, $62^{\circ} 1' 0''$ hoc est, habita refractionis $27'$ ratione, $62^{\circ} 0' 33''$, & d. 11 Dec. A. 1697, $15^{\circ} 6' 30''$, d. 11 Dec. A. 1695 & d. 10 Dec. A. 1689 $15^{\circ} 6' 25''$, hoc est, refractione $3' 26''$ subducta, $15^{\circ} 3'$. Est ergo obliquitas Eclipticæ illius temporis $23^{\circ} 28' 46''$, quæ, habita ratione diminutionis $14''$ pro 24 annis exhibet hodiernam $23^{\circ} 28' 32''$, a nostra 5 tantum secundis distantem. Latitudo autem Grenovici inde eruitur $51^{\circ} 28' 14''$.

Richerius in libro Itinerum Academicæ Regiæ secundum *Cassini* calculum invenit istam obliquitatem in insula Cayenna $23^{\circ} 28' 54''$ A. 1672. Quare, facta diminutione $26''$ in annos 54, hodierna $23^{\circ} 28' 28''$ nostram nonnisi 4 scrupulis secundis superans.

Tandem *Blanchinus*, Pontificis Camerarius, hujus Academicæ Socius, eandem ope magni Gnomonis, quem Pontifex in thermis Diocletiani erigi curavit, obliquitatem Eclipticæ deprehendit $23^{\circ} 28' 25''$. Cum iisdem tabulis refractionum ac parallaxeos usus fuerit ac ego, nulla correctione indiget ipsius observatio. Atque adeo constat obliquitatem Eclipticæ hujus ævi esse $23^{\circ} 28' 24''$, ut illam determinavi.

Ad calcem hujus dissertationis omnium Astronomorum observationes in Tabula apponimus, ut uno intuitu differentia ac mutatio illius obliquitatis animadvertatur, quæ semper temporis, quo factæ fuerunt observationes, proportionalis reperietur: quod in pari argumento pro vera demonstratione haberi debet, neque enim ullo alio systemate differentia ista explicari potest. Nec vero ego moror illos, qui omnium Astronomorum observationes pro parum accuratis habent ac differentiam istam in errorem rejiciunt, quasi ipsi soli essent oculati. Qui autem fieri posset, ut omnes Astronomi, ne uno quidem excepto,

semper in excessu peccassent? Non licet ad poli mutationem confugere, quasi terra motum suum diurnum non continuo circa eundem polum perficeret: hoc enim & verisimilitudini, & experientiz omnino repugnat. Certe altitudo Poli Maffiliensis a Strabone relata, quam dubio procul ex *Pythæa* observationibus hausit, a nostris observationibus ne uno quidem minuto differt, nec vix aliquot scrupulis secundis nostra observatio a *Gassendica* & *Gassiniana* distat.

Facile autem diminutio ista physice explicatur: Quæ enim vocatur obliquitas eclipticæ, æquatoris potius esset dicenda, utpote circuli terrestris. Mobiles cum *Copernico* omnes circulos terrestres supponimus, cœlestibus motum omnem adimimus. Unde ad explicandam diminutionem istam sufficit supponere, æquatorem ad eclipticam singulis seculis uno minuto primo gradus accedere, seu, quod perinde est, polos æquatoris ad polos eclipticæ eadem quantitate accedere. Hæc approximatatio nostræ mutationi satisfaciet, quemadmodum ejusdem axis terræ retrogradatio anticipationem punctorum æquinoctialium parit, immotis interea stellis fixis, æque ac Apogæo Solis. Quod si olim semper eadem proportione obliquitas eclipticæ minuatur, elapsis 140 annorum millibus æquator cum plano Eclipticæ coincidet: unde maxima rerum oboriretur mutatio, cum nulla amplius esset tempestatum vicissitudo, sed verperpetuum in zonis temperatis, adeoque non alia anni forma, quam fiderei, tunc solis Astronemis cogniti, quem metitur revolutio Solis integra in orbita sua ab Apogæo ad Apogæum. Admissa hæc diminutione, dies æstivi continuo decrescant, hiemales augebuntur, amplitudines ortivæ & occidivæ Solis in Solstitiis minuentur, ut adeo optimus esset diminutionem istam observandi modus per ortum vel occasum Solis in Solstitiis ope alicujus montis vel rupis longinquæ.

Traditionem ab *Egyptiis* manantem nobis conservavit *Herodotus*, quod ecliptica fuerit ad circulum æquinoctialem perpendicularis. Unde apparet, olim *Egyptios* diminutionem obliquitatis Eclipticæ agnovisse, illosque eam observasse verisimile est. Refert *Diodorus Siculus*, quod *Chaldei* tam anti-
quas

quas observationes se habere iactaverint, ut a primis suis observationibus usque ad ingressum *Alexandri M.* in Babylonem 403 milia annorum numerarent. Equidem mihi non persuadeo, ipsos observationes tam antiquas habuisse: sed quod locum huic commento dare potuit, nihil aliud est quam longissima aliqua motus cujusdam celestis periodus, ad cuius initium principium observationum suarum, seu forte etiam mundi referebant; quemadmodum hodie non pauci inveniuntur, qui creationem mundi huic anno tribuant, quo Apogæum Solis in principio Arietis versabatur, quod a Chronologia septuagintavirali parum differt. Nulla autem tam diuturna periodus inter motus celestes, quam nostra, reperiri potest, quippe obliquitatis Eclipticæ mutatio singulis seculis unum minutum primum non superat. Sed ostendamus idem paulo apertius. Ab ingressu *Alex. M.* in Babylonem elapsi sunt anni circiter 2000, quo adeo tempore obliquitas eclipticæ, hodiernam superans 20 tantum minutis, erat 23 48' 30". Hujus complementum 66° 11' 30" est iter a polis eclipticæ confectum, si quidem initio periodi axis terrestris cum plano Eclipticæ coincidere supponatur, intervallum efficiens 397150 annorum Julianorum, si progressus fiat unius minuti primi per singula secula: sed anni Ægyptii antiquissimi tantum 360 constabant diebus (quicquid contra dicat *Petavius*), ut videre est apud *Scaligerum, Kircherum, Diodorum Siculum*, in notis *Galii ad Alfroganum*, in libro *Plutarchi de Iside & Osiride &c.* & ex arbitrio muros Babyloniorum conciditur, qui erant 360 stadiorum & uno anno ædificati fuerant, singulis diebus stadio uno confecto; itemque ex numero sacerdotum seu Astronomorum Memphiticorum, qui erant 360, unoque die tantum singulis annis singuli observabant. Ergo intervallo 397150 annorum Julianorum, qui sunt ad Ægyptiacos in ratione 364 $\frac{2}{3}$ ad 360, respondent anni Ægyptiaci antiqui 402942, qui sane numerus a periodo *Chaldeorum* 403000 annorum non nisi 58 annis differt, miro in tanta periodo consensu.

Concludo itaque *Chaldeos* non solum mutationem obliquitatis Eclipticæ observasse, sed etiam quantitatem istius mutationis agnovisse: id quod mirum videri non debet ob antiquissimas ac continuas eorum observationes.

ACTA ERUDITORUM
TABULA DIMINUTIONIS OBLIQUITATIS ECLIPTICÆ.

	Anni ante. Ch	Obliquitas non correcta	Obliquitas correcta	Anni elapsi	Differentia ab hodierna	Error observati- onum
Pytheas	360	23 49' 10"	23 49 10	2075	21' 0"	
Eratosthenes	200	23 51 20	13 51 20	1965	23' 30"	1' 18" per Excess.
Alnamon	post C. 830	23 35 0	23 36 31	885	8 6	1' 24 per defect.
Albategnius	969	23 35 0	23 36 31	746	7 50	0 17 per Exc.
Arzachel	1070	23 34 0	23 34 50	645	6 26	0 1 per Exc.
Thebit benCoraz	1150	23 33 30	23 34 17	550	5 53	0 3 per Exc.
Almæon	1150	23 33 30	23 34 17	550	5 53	0 3 per Excess.
Prophatius	1300	23 32 0	23 32 50	415	4 25	0 17" per Exc.
Regiomontanu	1490	23 29 13	23 29 13	225	0 49	1' 26" per defec.
Copernicus	1540	23 28 8	23 30 3	175	1 39	0 6" per defect.
Prin. Hassiz	1575	23 30 28	23 30 28	140	2 0	0 40" per defec.
Tycho Brahzus	1595	23 29 25	23 29 25	120	1 1	0 11" per defec.
Just. Byrgius	1592	23 28 55	23 28 55	123	0 31	0 44 per defec.
Hevelius	1661	23 29 7	23 29 7	54	0 43	0 17" per exc.
Flamstedius	1691	23 28 32	23 28 32	24	0 8	0 7" per defec.
Richerius	1672	23 28 54	23 28 54	44	0 30	0 4" per exc.
Blanchinus	1703	23 28 35	23 28 25	12	0 1,	0 7" per defec.
per meas observat.	1715	23 28 24	23 28 24	0	0	0

NIC.

NIC. BERNOULLI, MATH. PROF. PATAVINI,
*Tentamen solutionis generalis Problematis de constru-
 enda Curva, quæ alias ordinatim positione
 datas ad angulos rectos secat.*

Cum Celeb. Hermannus noster in Supplemento solutionis
 suæ, quod mense Julio superioris Anni in his Actis edidit,
 aliis quoque in solutionem hujus Problematis inquirendi vo-
 luptatem relinquere voluerit; haud incongrue me facturum
 existimavi, si & ego regulæ nostræ (illius scilicet, quam Cl.
 Hermannus in Actis 1717 proposuit, quæque non differt ab ea,
 quam, uti constat ex narratione Patruelis mei in Actis 1718 p.
 259 ante, triennium cum Nobil. Monnortio communicavi,
 neque ab ea, in quam jam olim inciderunt Leibnitiæ & Patruus
 meus) defectum aliquatenus supplerem. Dico *aliquatenus*,
 existimo enim, generalem Trajectoriarum constructionem da-
 ri non posse, ne quidem concessis Curvarum quadraturis; secus
 ac existimat Cl. Hermannus, qui, ut spero, haud ægre feret, quod
 hic moneam, duo præcipue in ejus supplemento desiderari, quæ
 obstant, quo minus pro solutione generali haberi possit. Pri-
 mum est, quod pro generali æquatione Curvarum secundarum
 assumit $dx = p dy$, ubi p datam supponit quomodocunque per y
 & constantes; eum tamen supponere debuisset datam per x, y ,
 & constantes. Alterum est, quod credam, errorem irrepsisse in
 ipsam æquationem $\text{Log. } c - \text{Log. } a = \int (qq dy : y + psp dy)$,
 quam nobis suppeditat pro constructione generali Trajectoriæ
 quæ sitæ: nam applicanti mihi hanc formulam ad easus particu-
 lares nunquam se obtulit vera solutio, nequidem in casibus
 simplicissimis, quando ex. gr. lineæ secandæ sunt lineæ rectæ ex
 communi vertice egredientes, aut Parabolæ ex eodem vertice
 & super eodem axe descriptæ, quarum Trajectoriæ, ut notum,
 sunt Circuli vel Ellipses concentricæ. Imo ne quidem in exem-
 plo ab ipso Cl. Hermannò allato res mihi successit; ipse quidem
 veram solutionem tandem elicuit, sed applicatione, ut mihi
 videtur, illegitima. Regula, quam ipse præscribit, sic se ha-
 bet: " Aptandæ sunt in Logarithmica duæ ordinatæ a & c , at-
 que

que in Curva, cujus abscissæ y , ordinatæ vero sint $qq : y + pspdy$ (pono $pspdy$ loco $spdy$, ut corrigam errorem a typographo commissum) abscindenda area proportionalis distantie applicatarum illarum Logarithmicæ; abscissa hujus areæ dabit ordinatam, ejusque valor in æquatione $x = spdy$ substitutus abscissam Trajectoriæ quaesitæ in puncto intersectionis ejus & curvæ secundæ. Jam vero in applicatione hujus regulæ ad exemplum citatum invenit $qqdy : y + pspdy = dR : \frac{1}{1-m} R$, ubi $dR = \frac{1}{1-m} a^{2m} p dy : y^{2m} = \frac{1}{1-m} a^{2m} dy : y^m \sqrt{(a^{2m} - y^{2m})}$; porro invenit $\text{Log. } c - \text{Log. } a = \frac{1}{1-m} \text{Log. } R - \frac{1}{1-m} \text{Log. } a$, ergo

secundum præscriptum regulæ deberet in Curva, cujus abscissæ y , ordinatæ vero sint $qq : y + pspdy$ i. e. in hoc exemplo $dR : \frac{1}{1-m} R dy$, abscindi area proportionalis $\text{Log. } c - \text{Log. } a$, i. e. $\frac{1}{1-m} \text{Log. } R - \frac{1}{1-m} \text{Log. } a$, quod non video quomodo conveni-

at cum conclusione Hermanniana, quæ hæc est: *ergo si in Curva cujus abscissæ y , & applicatae sint $\frac{1}{1-m} a^{2m} : y^m \sqrt{(a^{2m} - y^{2m})}$ i. e. $dR : dy$, abscindatur area $= a^m c^{1-m}$ i. e. $= R$, area hujus abscissæ y dabit ordinatam trajectoriæ quaesitæ.* Rogatur itaque Cl. Hermannus, ut aut errorem (si quis sit) in regula sua corrigere, aut verum ejusdem sensum, quem fortassis non assecuti sumus, explanare, modumve eam ad alia exempla applicandi nobis aperire velit.

Ut autem motum Trajectorias construendi modum exponam, communicabo hic geminam regulam, quarum una servit pro iis casibus, in quibus haberi potest æquatio differentialis completa Curvarum secundarum; altera vero servit pro aliquibus illorum casuum, in quibus Curvarum secundarum natura per æquationem differentialem incompletam exprimitur. Voco autem æquationem differentialem Curvarum secundarum *completam* illam, quæ exprimit relationem, quam habent inter se differentia, non tantum coordinatarum Curvarum secundarum, sed & parametri variabilis, sive ejus lineæ, quam Cl. Hermannus *modulum* appellat. Æquationem vero diffe-

differentialē incompletam voco illam, quæ exprimit tantum relationem, quæ est inter differentialia coordinatarum unius ex Curvis secundis, parametro sive modulo manente constante. Equationem differentialē completam Curvarum secundarum generaliter designo hoc modo $dx = pdy + qda$, incompletam hoc modo $dx = pdy$, in quibus æquationibus literæ x & y denotent coordinatas Curvarum secundarum, a parametrum variabilem, p & q quantitates datas quomodocunque per x, y, a & constantes.

His tanquam definitionibus præmissis regulam meam primam sic enuntio: Logarithmus quantitatis $\int (1 + pp) : p$ differentietur sumendo y constantem & parametrum a variabilem, & substituendo pro dx ejus valorem qda , postea inventa differentialis iterum integretur sumendo etiam y variabilem, & substituendo, ubi opus fuerit, valorem harum æquationum $dx + ppdx = qda$ & $dy + ppy = -pqda$, integralis (si qua haberi possit) habeatur pro Logarithmo cujus numerus vocetur n , per hanc quantitatem n dividatur quantitas q , & ex quotiente, postquam pro x substitutus fuerit ejus valor expressus in y, a & constantibus, ejiciantur omnes illi termini, in quos ingreditur y , residui per da multiplicati sumatur integralis, quæ partatur $= A$. Quo facto si in Curva, cujus abscissæ sint $= y$, & ordinatæ, quas vocabo $z = (1 + pp) : pn$, abscindatur area $= C - A$, ubi per C intelligo quantitatem arbitrariam constantem pro singulis ejusdem Trajectoriæ punctis; areæ hujus abscissa y dabit ordinatam Trajectoriæ quæsita in puncto intersectionis ejus & Curvæ secundæ.

Altera regula, quæ corollarium est præcedentis, locum tantum habet in his Curvis secundis transcendētib; quarum æquatio differentialis incompleta $dx = pdx$ ita comparata est, ut quantitas $\int (1 + pp) : p$ multiplicatione componatur ex duobus factoribus, quos nominabo B & T , quorum ille datus sit per a & constantes, hic per y & constantes. In his casibus construenda est Curva, in qua abscissis existentibus $= y$ applicatæ z sint $= (1 + pp) : pB$, & reliqua peragenda ut prius, cum hoc tamen discrimine, quod loco fractionis $qda : n$, quæ servit pro inveni-

enda quantitate A , hic adhiberi debeat fractio ista $dE : B$, ubi per E intelligitur distantia variabilis puncti interfectionis Curvarum secundarum cum axe a puncto quopiam dato, ex quo nempe sumitur initium abscissarum Trajectoriae quae sita; datur autem illa distantia E per a & constantes: quare hic area abscindenda semper erit $= C - \int dE : B$, adeoque constans, si Curvae secundae omnes transeant per idem axis punctum. Utramque regulam exemplis aliquot illustrare conabor.

Exempl. 1. Sit aequatio Curvarum secundarum $dx = y^m dy : \sqrt{a^{2m} - y^{2m}}$, ut in exemplo quod Leibnitiu's proposuit in Act. 1715 pag. 226 hic $p = y^m : \sqrt{a^{2m} - y^{2m}}$, & $\sqrt{1 + pp} : p = a^m : y^m$, adeoque per regulam secundam erit applicata Curvae construendae sive $z = (1 + pp) : p = a^m : y^m \sqrt{a^{2m} - y^{2m}}$, & area abscindenda constans, si Curvae secundae omnes commune habeant principium; quae solutio apprimè consentit cum solutione priore Patru'i mei recensita ab ipsius Filio in Actis 1718 pag. 253.

Exempl. 2. Sint Curvae secundae eadem, quae in precedenti exemplo, sed eo situ positae, ut distantia puncti ejusdem dati in axe a principio cujusque Curvae secundae sit aequalis parametro a . Hic eadem Curva quae antea construi debet, sed area abscindenda erit $= C - \int da : a^m = C + \frac{1}{m-1} a^{m-1}$.

Exempl. 3. Sit aequatio Curvarum secundarum $x = a + p dy$, ubi p significet quantitatem quamcunque compositam ex y & constantibus. Tales Curvae omnes nihil aliud sunt, quam una eademque Curva super axe sua ita mota, ut singula ejus puncta describant lineas rectas axi parallelas. Hic quantitates singulae q, n, B , aequales sunt unitati, & $E = a$; ideoque erit ordinata Curvae construendae $z = (1 + pp) : p$, & area abscindenda $= C - a$.

Exempl. 4. Sint Curvae secundae Parabolae dati gradus, sed diversarum parametrorum habentes eundem verticem & axem, quarum aequatio generalis sit $y^m = a^{m-1} x$, cujus differentialis completa est $m y^{m-1} dy = \frac{m-1}{m} a^{m-2} x da + a^{m-1} dx$; hic $p = m y^{m-1} : a^{m-1} = m x : y$, & $q = \frac{m-1}{m} x : a$, & $\sqrt{1 + pp} : p = \sqrt{yy + mxx} : mx$, cujus Logarithmus si differentietur sumendo y

con-

constantem, & ponendo pro dx ejus valorem $qda = \frac{1}{1-m} x da$:
 a , prodibit $\frac{m-1}{1} y da : (ayy + mmax)$, hoc iterum integratum
 posita etiam y variabili, & substituto valore hujus æquationis
 $dx + ppdx = qda$, dabit $\int dx : x = \text{Log. } 1 : x$. Quare per re-
 gulam primam est $x = 1 : x$, & applicata Curvæ construendæ
 five $z = (1+pp) : pn = (yy + mmax) : my = (a^{2m-2}y + mmy^{2m-1}) :$
 ma^{2m-2} , & area abscindenda in hac Curvæ = constanti.

Exempl. 5. Sint iterum Parabolæ dati gradus, diversarum
 parametrorum, & super eodem axe constructæ, sed transeun-
 tes per idem punctum extra axem datum, quarum æquatio sit
 $y^n = a^{m-1} x + b^m$. Hic ut in præcedenti exemplo $p = my^{m-1} :$
 a^{m-1} , & $q = \frac{1}{1-m} x : a$, & $\mathcal{V}(1+pp) : p = \mathcal{V}(a^{2m-2} +$
 $mmy^{2m-2}) : my^{m-1}$, cujus Logarithmus si differentietur ponendo
 y constantem, habebitur $\frac{1}{m-1} a^{2m-2} da : (a^{2m-2} + mmy^{2m-2})$ hoc
 iterum integratur ponendo etiam y variabilem, & substituendo
 valorem hujus æquationis $qda = dx + ppdx$, & proveniet ite-
 rum $\int dx : x$ pro Logarithmo ipsius n ; quare $n = 1 : x = a^{m-1} :$
 $(y^n - b^m)$, & $z = (1+pp) : pn = (a^{2m-2} + mmy^{2m-2}) . (y^n -$
 $b^m) : ma^{2m-2} y^{m-1}$. Area abscindenda sic invenitur : quia $q : n$
 $= \frac{1}{1-m} xx : a = \frac{1}{1-m} (y^{2m} - 2b^m y^m + b^{2m}) : a^{2m-1}$ erit rejectis
 terminis, in quibus reperitur y , residui per da multiplicati, id est,
 $\frac{1}{1-m} b^{2m} da : a^{2m-1}$ integralis $= b^{2m} : 2a^{2m-2} = A$, adeoque area
 abscindenda $= C - b^{2m} : 2a^{2m-2}$.

Exempl. 6. Sint Curvæ secundæ Logarithmicæ æquali-
 tum subtangentium super axibus parallelis constitutæ & per
 commune punctum transeuntes, quarum æquatio generalis sit
 $x = \text{Log. } (y-a) - \text{Log. } (1-a)$, cujus differentialis completa
 est $dx = dy : (y-a) + (yda - da) : (y-ay-a+aa)$; hic $p =$
 $1 : (y-a)$ & $q = (y-1) : (y-ay-a+aa)$, & $\mathcal{V}(1+pp) : p =$
 $\mathcal{V}(1+yy-2ay+aa)$, cujus Logarithmus secundum regulam
 differentietur est $(-yda + ada) : (1+yy-2ay+aa)$, quæ
 quantitas ope æquationis $dy + ppdy = -pqda$ reducitur ad
 hanc $(dy - da) : (y-a) - dy : (y-1)$, cujus integralis Log.
 $(y-a) - \text{Log. } (y-1) = \text{Log. } n$; quare $n = (y-a) : (y-1)$,
 & $z = (1+pp) : pn = (1+yy-2ay+aa) . (y-1) : (yy-2ay$
 $+aa)$, & area abscindenda = constanti.

P p 2

Exempl.

Exempl. 7. Sint Curvæ secundæ Logarithmicæ diversarum subtangentium super eodem axe & per idem punctum ductæ, quarum æquatio generalis sit $x = a \text{Log. } y$, cujus differentialis completa est $dx = a dy : y + da \text{Log. } y$, ubi $p = a : y$ & $q = \text{Log. } y$, & $\mathcal{R}(1 + pp) : p = \mathcal{R}(yy + aa) : a$, cujus Logarithmus per regulam primam differentiatuus dat $ada : (yy + aa) - da : a$, quod iterum ope æquationis $dy + p dy = -pq da$ reducitur ad $-dy : (y \text{Log. } y) - da : a$, ergo integrando erit $\text{Log. Logarithmi } 1 : y - \text{Log. } a = \text{Log. } z$, & proinde $z = 1 : a \text{Log. } y = 1 : x$, & $z = (1 + pp) : pn = (yy + aa) \text{Log. } y : y$, & area abscindenda = constanti.

Exempl. 8. Sit æquatio Curvarum secundarum $x = \int dy \mathcal{R}(bb - yy) : \mathcal{R}(aa + yy)$, ubi $p = \mathcal{R}(bb - yy) : \mathcal{R}(aa + yy)$ & $\mathcal{R}(1 + pp) : p = \mathcal{R}(aa + bb) : \mathcal{R}(bb - yy)$; hinc per regulam secundam est $B = \mathcal{R}(aa + bb)$ & $z = (1 + pp) : pB = \mathcal{R}(aa + bb) : \mathcal{R}(aa + yy) \cdot \mathcal{R}(bb - yy)$, & area abscindenda = constanti.

Exempl. 9. Sint Curvæ secundæ Parabolæ habentes eundem axem, sed parametros æquales respectivis verticibus a puncto dato distantis, quarum æquatio generalis sit $yy = ax + aa$, cujus differentialis completa est $2y dy = adx + xda + zada$, quapropter $p = 2y : a$, & $q = (x + 2a) : -a = (yy + aa) : -aa$, & $\mathcal{R}(1 + pp) : p = \mathcal{R}(4yy + aa) : 2y$, cujus Logarithmus more solito differentiatuus est $ada : (4yy + aa)$, qui mediante æquatione $dy + p dy = -pq da$ reducitur ad $da : a + 2dy : y = (2y dy + 4ada) : (2yy - aa)$, proinde integrando habetur $\text{Log. } a + 2 \text{Log. } y - 2 \text{Log. } (2yy - aa) = \text{Log. } z$, unde $z = ayy : (4y^4 - 4aayy + a^4)$, & $z = (1 + pp) : pn = (16y^6 - 12aay^4 + a^6) : 2aay^3$. Area abscindenda sic invenitur: quia $q : n = (yy + aa) \cdot (4y^6 - 4aay^4 + a^6) : -a^2yy = -4y^4 : a^2 + 3a - a^2 : yy$, erit rejectis terminis, in quibus y repetitur, residui per da multiplicati integralis = $\int da da = 3aa : 2 = A$, & per consequens area abscindenda est $= C - 3aa : 2$.

Exempl. 10. Sit æquatio Curvarum secundarum $x = \int (bb + 2byy : a)$, æquatio nempe ad infinitas hyperbolæ ejusdem verticis & centri, cujus exempli solutio in a. figuræ m. o. exhibita

hibitam communicavit Leibnitius in Actis 1716 pag. 228. Hujus æquationis differentialis completa est $dx = (2abydy - byyda) : a^r (aabb + 2abyy)$, ubi $p = 2y^r b : r (aab + 2ayy)$, & $q = -yy^r b : a^r (aab + 2ayy)$, & $r (1 + pp) : p = r (aab + 2ayy + 4byy) : 2y^r b$, cujus Logarithmus differentiatuſ poſita y conſtante eſt $(abda + yyda) : (aab + 2ayy + 4byy)$, qui mediante æquatione $dy + ppy = -pqda$ reducitur ad $(bda + 4ydd) : (2ab + 4yy) + da : za - 2dy : y$, cujus integralis $\frac{1}{2} \text{Log.}(ab + 2yy) + \frac{1}{2} \text{Log.} a - 2 \text{Log.} y = \text{Log.} n$, quare $n = \sqrt[2]{(aab + 2ayy)}$, & $z = (1 + pp) : pn = (aaby + 2ay^3 + 4by^3) : 2^r b (aab + 2ayy)$, & area abſcindenda = conſtanti.

Schol. 1.

In præcedentibus exemplis ſuppletionem dimensionum neglexi; qui autem volet, ut ordinata Curvæ conſtruendæ, quam nomino z , obtineat ſemper dimensionem linearem, poterit id, ubi opus fuerit, efficere aſſumendo rectam aliquant conſtantem pro unitate. Sic in exemplo primo poſſum aſſumere $z = a^m b^{m+1} : y^m r (a^{2m} - y^{2m})$ loco $z = a^m : y^m r (a^{2m} - y^{2m})$; & in exemplo ultimo $z = (aaby + 2ay^3 + 4by^3) : (aab + 2ayy)$, loco $z = (aaby + 2ay^3 + 4by^3) : 2^r b (aab + 2ayy)$, & ſic in aliis.

Schol. 2.

Æquatio ipſa Trajectoriæ quaſitæ, quamvis per methodum ordinariam plerumque, præſertim quando Curvæ ſecundæ ſunt algebraicæ, facilius haberi poſſit, ex hac tamen conſtructione invenietur quaerendo expreſſionem areæ abſcindentæ, & hinc eliciendo valorem parametri variabilis, qui valor in æquatione integrali Curvarum ſecundariæ ſubſtitutus dabit æquationem integram, ſed ſubſtitutus in æquatione $dy = -pdx$ dabit æquationem differentialem Trajectoriæ quaſitæ. Reſ exemplis patebit.

In exemplo 1 expreſſio areæ abſcindentæ hæc eſt $C = \int a^m dy : y^m r (a^{2m} - y^{2m})$, quamvis autem hæc quantitas ipſa per ſe integrari non poſſit, poteſt tamen ope illius Curvæ ſecundæ, ad quam pertinet Curva ea, in qua areæ iſte conſtantæ abſcindi debet.

bet. Nimirum $\int a^m dy : y^m \sqrt{a^{2m} - y^{2m}} = \sqrt{a^{2m} - y^{2m}} : \frac{1 - ma^m y^{m-1} + \int y^m dy : 1 - ma^m \sqrt{a^{2m} - y^{2m}} = \sqrt{a^{2m} - y^{2m}} : \frac{1 - ma^m y^{m-1} + x : 1 - ma^m = C$, aut quod ob quantitatem C arbitriariam eodem recidit $\sqrt{a^{2m} - y^{2m}} : a^m y^{m-1} + x : a^m = C$. Sed ex natura Trajectoriæ est $dy = -p dx = -y^m dx : \sqrt{a^{2m} - y^{2m}}$, quarum duarum æquationum ope si parameter a eliminetur, habebitur $(x dy - y dx) : y^m \sqrt{dx^2 + dy^2} = (x dy - y dx) : y^m ds = C$, prorsus ut invenit Hermannus.

In exemplo 4 expressio areæ abscindendæ est hæc $C = \int (a^{2m-2} y dy + m m y^{2m-1} dy) : ma^{2m-2} = (a^{2m-2} xy + m y^{2m}) : 2ma^{2m-2} = yy : 2m + y^{2m} : 2a^{2m-2}$, sive quia constans C arbitraria est, $C = yy : m + xx$, quare Trajectoriæ hujus exempli sunt Ellipses concentricæ, quarum latus rectum ad latus transversum ut m ad 1.


In exemplo 9 expressio areæ abscindendæ est $C - 3aa : z = \int (16y^6 dy - 12aay^4 dy + a^6 dy) : 2aay^3 = \int (8y^3 dy : aa - 6y dy + a^6 dy : 2y^3) = 2y^4 : aa - 3yy - a^6 : 4yy$, hinc $C = (8y^4 - 12aay^4 + 6a^6 yy - a^6) : 4aayy = (2yy - aa^3) : 4aayy$, aut etiam extrahendo radicem quadratam $C = (2yy - aa)^{\frac{3}{2}} : 2ay$. Sed æquatio integralis Curvarum secundarum est $yy = ax + aa$, hinc $a = \sqrt{\frac{1}{4}xx + yy} - \frac{1}{2}x$, quo valore substituto reperietur $C = (yy - \frac{1}{2}xx + x\sqrt{\frac{1}{4}xx + yy})^{\frac{3}{2}} : (-x + y\sqrt{xx + 4yy})$ pro æquatione Curvæ, quæ ad angulos rectos secat Parabolas super eodem axe constructas, & habentes parametros æquales distantis verticem suorum a puncto axis dato, posito hoc punctum datum esse situm intra Parabolas secundas. Patruus meus in Comment. Acad. Regiæ Scient. Paris. A. 1702 pag. 294 & post eum Gabriel Manfredius in fine Libri de Constructione æquationum differentialium dederunt æquationem talium Trajectoriarum in hypothesisi, quod punctum datum respiciat convexitatem Parabolæ.

Schol. 3.

Ex eadem expressione areæ abscindendæ elici potest alius modus construendi Trajectorias quæ sitas, inveniendone nempè pro qualibet Curva secanda, cujus parameter a invariata concipitur,


tipitur, aliam Curvam, ita ut intersectio utriusque Curvæ fiat in puncto aliquo Trajectoriæ quæsitæ. Ipsa enim æquatio, quæ invenitur pro area abscindenda, expressa in x, y, a , & constantibus, præbet naturam Curvæ, quæ secandam in puncto Trajectoriæ interfecabit. Sic in exemplo primo æquatio aream abscindendam determinans est $(a^{2m} - y^{2m}) : a^m y^{m-1} + x : a^m = C$, sive $x = a^m C - \int (a^{2m} - y^{2m}) : y^{m-1}$, quæ hanc facillimam constructionem suppeditat :

Sit in Fig. 1 Curva secanda ABC, Trajectoria construenda DBE; ad axem AM ducatur perpendicularis AG, per punctum quodlibet G in ea pro arbitrio assumptum ducatur axi parallela GI, occurrens Curvæ secandæ in puncto I, ex quo ducantur rectæ



LI, IM, illa ad axem, ista ad ipsam Curvam perpendicularis; tum in recta GI abscindatur ex puncto G recta $GH = a^m C$ dempta subnormali LM; punctum H erit in Curva HBF, quæ propositam ABC in puncto Trajectoriæ quæsito B interfecabit. Mutata autem a & servata C invenietur per similem constructionem aliud punctum ejusdem Trajectoriæ DBE. In casu particulari quando $m = 1; 2$, & Curvæ secandæ sunt Cycloides, æquatio Curvæ, quæ datam quamque Cycloidem in puncto Trajectoriæ interfecat, deveniet $x = \int ac - \int (ay - yy)$, ponendo c pro quantitate constante arbitraria C ad supplenda homogenea; est autem ista æquatio ad circulum hac ratione describendum :

In axe Fig. 2 AO Cycloidis secandæ ABC abscindatur $AH = \int ac$, mediæ nempe proportionali inter constantem quandam c & diametrum CO circuli genitoris CPO, tum describatur circulus HBF



cujus diameter æqualis fit

dimeæ.

diametro circuli genitoris, & qui tangat axem AO in puncto H; iste circulus secabit Cycloidem datam in puncto B Trajectoriz quæsitæ DBE. Manifestum est hanc constructionem plane eandem esse ac illam, quam Patruus, dedit pro Synchre-na sua in Act. 1697 pag. 211; nam si per punctum intersec-tionis B ducta intelligatur recta BP parallela axi AO, erit arcus PO = arcui BH = (ex natura Cycloidis) rectæ AH = (per constr.) \sqrt{ax} , uti requirit citata Patru constructio.

Schol. 4.

Problema hoc de Trajectoriis Curvarum construendis forma habere potest in negotio separationis indeterminatarum in æquationibus differentialibus. Nam si in proposita aliqua æquatione differentiali mutetur dy in dx , & dx in $-dy$, erunt Trajectoriz Curvarum, quæ per æquationem differentialem ita mutatam exprimuntur, illæ ipsæ Curvæ, quæ, propositæ æquationi differentiali satisfaciunt; quod si igitur illæ Trajecto-riæ construi possint, poterunt etiam differentialia in proposita æquatione separari. Ex, gr. proponatur æquatio $dy = (x dy - y dx) : \sqrt{(xx + y y)}$, in qua separandæ sint indeterminatæ. Mutatis dy in dx , & dx in $-dy$ provenit $dx = (x dx + y dy) : \sqrt{(xx + y y)}$ cujus integralis est $x = \sqrt{(xx + y y)}$ + vel quanti-tate constante, æquatio nempe pro illis Parabolicis, quarum Tra-jectoriam in exemplo 9 construximus; cum igitur harum Tra-jectoriarum æquatio integralis in Scholio secundo inventa sit, inventa etiam est integralis differentialis propositæ $dy = (x dy - y dx) : \sqrt{(xx + y y)}$.

Schol. 5.

Et si methodus ista construendi Trajectorias propter cal-culi prolixitatem aut alia impedimenta in multis casibus non succedit, ut in exemplo, cujus mentionem fecit Patruelis meus Act. 1718 pag. 260, pro hoc tamen & aliis exemplis, in quibus Curvæ secandæ ad unam constantem revocari possunt, suppe-tunt particulares methodi, de quibus, ut & de Trajectoriis illarum Curvarum, quarum ordinatæ non sunt parallelæ, sed in pun-cto quodam occurrunt, forsan alio tempore differendi occasio dabi-tur.

MANU.

MANUELIS MOSCHOPULI BYZANTINI
*Scholia ad Homeri Iliados Librum I & II, adhuc inedita,
 cum Notis & Animadversionibus JOANNIS SCHERPE-
 ZELII. Accedit Commentarius JOACHIMI CA-
 MERARII.*

Trajecti ad Rhenum, ex Officina Jacobi a Poolsum, 1719, 8.
 Alph. I pl. I r.

EDitionem hujus libri jam factam esse A. 1702 Harderovici
 apud Viduam & Fil. Safios Ducatus Geldr. Typogr. Ord. fat
 certis indicis cognovimus. Sed adeo parum ea tunc successit
 ac innotuit, ut nunc tanto post tempore pro nova vulgari po-
 tuerit, alio loco, ut ex Titulo novo videre est, & alterius Typo-
 graphi nomine; sperantis, ut videtur, meliorem successum &
 emptores plures. Hic & Præfatione nova præconium Libri
 fecit, fingens cupidum Lectorem: *Ego vero, inquit, cum nactus,*
tam expectati boni spe Te diutius macerare nolui. Quamvis au-
 tem non ea sit hodie felicitas harum literarum, ut verendum sit,
 ne multi nimis crucientur desiderio illius boni, præsertim ple-
 risque ignoti; laudem tamen meretur revocata editionis stu-
 dium, ipseque liber commendationem. Inservit Homero, in
 quo cognoscendo feliciter versantem neminem operæ poenituit,
 nec invidia torfit, quasi vicinus ab hoc alterius meliore aliquo
 mentis & ingenii pabulo fruatur. Et juvabunt non nihil *Φιλο-
 μήνεος* junctim hic editi Moschopulus atque Camerarius.
 Ille quidem fere in verbis, hic autem Noster & in rebus idque
 doctè explicandis, afferens simul cultum eximium Latini ser-
 monis. Nec minus tamen peropportuna Moschopuli operæ
 videri debet, cum sit nativitate Græcus, indolem genitumque lin-
 guæ callens. In quo versetur Moschopuli opera bene descri-
 bit Editor Scherpezelius in Præfatione sua: *Varios vocum usus
 explanat. Proprias earum significationes ostendit. Differen-
 tias notat. Verba analogice resolvit. In Etyma inquirat.*
 Ubi, quod ad *differencias* atinet, illud perbene, quod subinde
 monet Græcus iste, quid *πληρωμόν* sit, quid *κονόν*, quid *πρωτι-
 κός* dicatur aut *κονός*, quod parum observatur a plerisque no-
 strorum, non sine magno vitio ut monuimus in Actis nostris

Anno 1711 p. 367, vid. retro p. 296 itemque p. 31. Sed cetera etiam Moschopuli perutilia futura sunt, cupienti penitus rimari dictionem Poetz. Cui rei adfuescendum ab ipso primordio, omnesque minutia excutiendæ, & observandæ proprietates; si recte debet procedere studium. Quod fiet, si per unum alterumque librum molestia hac devorata, gustum verum habere cœplerimus ipsius dictionis. Ejus autem rei indicium erit, si hæc suaviter incipiat afficere, & magis magisque percipiatur, quam rebus apta sit convenienter. Deinde sensim studio ultro crescente, subinde & dictio & res ipse lætiores, anaceniore multoque cultiores videbuntur. Donec primum amare Poetam, deinde admirari, Postremo venerari cogamur idque vero & proprio sensu, non famæ & testimonii illis credentes, quæ nullus mortalium adhuc consecutus est.

Illud dolendum, valde vitiosa hæc exhiberi & passim hialca, quæ quidem adhuc mendosiora videtur accepisse Cl. Editor, conquerens de ea re in præfatione: *Tot mendis injuria temporum seu descriptorum scatebant hæc Scholia, ut vix quidquam possit esse mendosius. Nullus fere accentus aut spiritus suo loco secundum Grammaticorum præcepta conspiciebatur: nulla fere distinctionem ratio.* Mirum hic de accentibus tam male positis; cum vix dari possit librarius Græcus inobservans eorum, præsertim ex quo rotundæ literæ & concatenata ista scriptura obtinere, quod factum non paucis ante ipsum Moschopulum seculis, qui circa medium tertii abhinc seculi vixit. Interim tamen alios incusans Editor ipse in ipso titulo, λέγειν δεδιδίκαται. De distinctionum ratione neglecta facilius creditur; nam plerique librarii in ea re supini deprehenduntur: ipse tamen non multo diligentior, ut initio statim. λέγεται θυμός και η ψυχη ποιητικῶς, και η δεξιῶν εἶτα μη ἀφειδίσα, ἀλλὰ παραμένουσα. Μῆνις λέγεται και μένος παρὰ τὸ μένειν. ὡν τὸ μὲν ἐστὶ κοινόν, ἡ μῆνις, τὸ δὲ ποιητικόν. pravus distinctionibus omnia pervertuntur, alio etiam vitio in postremis verbis latente legi debebat: λέγεται θυμός και η ψυχη ποιητικῶς. και η δεξιῶν εἶτα μη ἀφειδίσα, ἀλλὰ παραμένουσα, μῆνις λέγεται και μένος, παρὰ τὸ μένειν. ὡν τὸ μένος κοινόν, ἡ μῆνις δὲ ποιητικόν. Atque sic recte ubi sensus turbatur,

batur, altero interim vitio hzrente, distinguitur etiam in MSto Paulinz nostrz Bibliothecz. Habemus enim & nos hzc Moschopuliana in MS. Cod. unde pleraque possent emendatiora dari, & absque lacunis, quz non paucz in impresso. Si quz hic etiam vitiosa, ea corrigere non adeo arduum.

Hac autem occasione non alienum videtur, de Codice illo nostro aliqua commemorare, sicut promissimus in Actis nostris Anno 1712 p. 316, cum de Scholiorum in Homerum editione Barnesiana ageremus: deque Scholiis illis egregiis in Librum IX Iliados, quz a Caselio Florentiz ex Codice Petri Victorii descripta, ab Hornejo deia edita, Barnesianz etiam Editioni inserta sunt. Nimirum sunt hzc pars eorum Scholiorum, quz cum textu Homericoprecipuum partem, vel potius ipsa corpus nostri Codicis constituunt: sive ut adhuc planius dicatur, quz habentur in Codice bonz & perantiquz notz, cui Codici, detracto pristino operimento, ante hos ducentos annos, ut conjicere licet, in secunda compactione assuti sunt duo alii perexiguaz molis ad illum comparati, uterque multo recentioris, sed tamen inter se diversz, tam scripturz quam chartz. Quorum prior sub titulo *εις την Ομήρου Ιλιάδα εξήγησις Ιωάννη γραμματικῆ τῷ Τζετζε* habet Prolegomena Tzetaz in Homerum longiuscula, per duodecim folia; explicationis autem Tzetaz in Homerum minimam partem, ut quz deducatur tantum usq; ad v. 102 Libri primi Iliados in foliis septendecim. In altero pleraque inchoata mox abrumpuntur. Titulus est, *εξηγησις της Ιλιάδος & της Οδυσσεας Ομηρου*. Subjiciuntur quzdam Prolegomena, in quibus primo loco de proprietatibus & figuris Homericz dictionis, mox *Τρύφωνος περι παλαιων λεξεων*. Postea de metris. Postremo de Ionior Dialecto. Hzc omnia in tribus foliis & paucillum supra. Sequitur alius titulus *Τεχνολογια κωνονισματων συλλεγεγντων εκ της παραφρασεως της Μανηλ τῷ Μοσχουπυλ*. Ita mutatum propositum; nam pro exegesi in Iliadem & Odysseam exhibentur excerpta & collecta ex Paraphrasi aut Metaphrasi (quod nomen in prima parte prolegomenorum extat) Moschopuli, & quidem tantum in primum Iliados, & secundum eum quz sita totum, nem-

pe tantum usque ad Catalogum navium, ut in Ed. Scherpezeffi. Quamvis autem titulus non parum discrepet ab eo, qui ex Antverpiensi editur, sic habente: Ἐμμανὴλ τῆ Μοσχολίης τεχνολογία καὶ ἀνάπτυξις τῶν λέξεων τῆ πρώτης βιβλίου τῆ Ὀμήρου, tamen eadem sunt Scholia; nisi quod in secundum Librum noster Codex multa omittit, ita ut hujus Scholiis vix duo, prioris autem novem impleantur folia. Deinde post spatium vacuum duorum foliorum, Herodotus de vita Homeri duobus foliis. Hæc in affumento illo, nisi quod ei præfixa duo folia satis attrita recentioris tamen scripturæ; quorum contenta omnia jam typis vulgata sunt. Hic jam Codex ille antiquus & principalis, in foliis ducentis & prope viginti. Apparet autem, Viros Doctissimos, qui hoc Libro inspecto mentionem ejus faciunt, miste accurate eum perlustrasse. TOLLIIUS in Epist. Itinerar. p. 62: *Ostensi Codices MSS. insignes. In his Homerus erat cum Exegetis & Scholiis Joannis Tzetze Græcis ineditis, sed propter notatam seu literarum compendia lectu perdifficilis; & CL. Fabricius in Bibliotheca Græca p. 294 Ed. pr. Lipsiæ in Bibliotheca Pavlina servatur ejusdem Tzetze inedita Homeri ἑξηγήσις, luce non indigna, & supra ante laudata, nempe p. 260, non memorans cetera suis locis: omne hoc Tzetze ἑξηγήσῃ putarunt. Paulo distinctius Fellerus, quondam Bibliothecarius, in Catal. MSSorum, contenta sic recenset:*

Joannis Tzetze Grammatici Exegetis Græca in Iliada Homeri.

Τετάρτον καὶ πένθων λέξεων.

Præfatus cujus initium: Ἡσιόδου Ἀλκιονόρου καὶ Ὀμήρου γένεσις &c. (sed hic erratum, nescio cujus culpa, certe vix Felleri, nam clare scriptum, Ἡρόδοτος ὁ Ἀλικαρνασσέως καὶ Ὀμήρου γένεσις.)

Ilias Homeri Græce cum Scholiis quæ neque Didymi sunt neque Eustathi.

Moschopoliana nec hic vidit, quamvis titulus sit notabilis, utpote rubro scriptus. Nos in Actis horum etiam mentionem fecimus eodem Anno 1712, quo ab Hornejo edita in nostro

Cod.

Cod. inveniri indicavimus, cum p. 58 daremus emendationem illius loci II. α v. 20.

Ἦμῶν μὲν θεοὶ δῶκεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες

Ἐκπέρασι Πριάμοιο πόλιν, εὐ δ' ὀικαδ' ἰκέσθαι.

Παῖδα δ' ἐμοὶ λύσατε Φίλην. καὶ δ' ἄποινα δέχεσθε.

Ubi λύσατε quidem haberi in Nostris Moschopolianis indicavimus, prætulimus tamen ex Var. Lect. Barnefii λύσατε, id quod ex Antverpiensi MS. exhibuit Scherpezelius.

Sed & Fellerus, quamvis distinxerit Iliadem cum Scholiis a præcedentibus, nondum dat veram notitiam. Sciendum igitur, vetustum illum & capitalem Codicem Homeri & Scholiorum terminari in Iliad. ε v. 37, ut tamen nihil interciderit. Finis enim non in extremo folio, sed in medio prioris lateris, manu illa quæ inde a principio perpetua fuit ibidem desinente in textu Homeri, ubi finiuntur scholia. Deinde solus textus Homeri continuatur ab alia non tamen recenti manu, ad justum complementum illius folii, cujus postremus v. 89. Sequitur aliud assumentum habens textum Homericum a seq. v. 90 usque ad ultimum Iliados, recentius & ejusdem cum priore assumento conditionis tam in charta quam in scriptura (primum hujus folium errore compactoris in fine comparet.) Scholia hic marginalia rara hinc inde & pauca, interlinearia ubique excepto Libro ultimo, ubi nulla omnino. Postremo, quod nec ipsum silentio præteriri debuit, Homeri Batrachomyomachia, cum scholiis interlinearibus ubique, marginalibus paucioribus. Postquam titulus semibarbarus: σελέντια ἢ κωνηχητικοὶ λόγοι, αἰδέσποτοι, οἱ δέ, Ἀριστοτέλης, præmissus versibus de incommodis in quolibet vitæ genere, qui & typis vulgati habentur, sed sub Posidippi nomine apud Hertelium in *Sententiosæ veterum Poetarum*. Contrarii versus hic etiam sub nomine Metrodori.

Quamvis autem sic non pauca nec contemnenda deprehenderimus, tamen unice gaudemus & gloriamur agnito & detecto veteri illo thesauro. Quem quidem speramus feliciter erutum etiam cum publico communicatum iri. Hæc enim antiqua & pretiosissima scholia jam dudum sibi describi curat J. B. Menkenius noster, publico usui, ubi prælo purata fuerint, non

invidenda. De Editione Moschopuli, quam recensendam
sumpseramus, alio loco dicemus.

ספר דרך הישר לעולם הבא

h. e.

LIBER VIÆ RECTÆ AD SECULUM

venturum.

Francofurti ad Mœnum, typis Jo. Kelner, a. 477. C. 1717, 8.

Flag. 14½.

AUtor hujus libri vernaculo sermone conscripti est R. Jechiel Michel fil. Abrahami Epstein, qui, ut in titulo exstat, etiam סדר הפליה דרך ישרה, & קיצור שני לוחות הכרות conscripsit. Nostrum vero opusculum in gratiam plebejorum & muliercularum conscriptum est, quibus officia varia ad bene beateque vivendum, ut ipsis quidem videtur, facientia traduntur, ita quidem ut instar Theologix moralis Judæorum hodiernæ haberi possit. Methodus totius libri nulla est, quæ nec in cerebro Judaico facile quærenda, quare contenta capitum præcipuorum enumerabimus. Cap. 1 & 2 de anima ejusque qualitate agit. Differentiam scil. faciunt Judæi inter נפש, quæ in sanguine, רוח, quæ in cerebro locum habet, & נשמה, quæ auræ divinæ est particula. Singulas autem animarum classes in singulis orbibus cœlestibus adservari statuunt: quod si ergo parentes concubitum exercentes talem habeant intentionem, ut secundum mandatum divinum se conjungant, liberosque desiderant, qui in studio legis excellere, gloriamque Numinis amplificare possint, iis cœlitus animam nobiliorem demitti. Qui vero instar pecorum carnalis libidinis eausa coeant, ex iis generantur עמי הארצות, terra filios, qui stupido sint ingenio, & cordibus induratis. Docet exinde ποτεμψυχων, quod animæ impiorum post mortem quiescere non possint, sed per turbines circumvehantur, donec aliquando occasionem in corpus hominis impli denuo intrandi nanciscantur. Cap. 3 de libertate arbitrii humani agit, &c. 4, cur Deus homini concupiscentiam pravam (יצר הרע) indiderit, nempe ut homines haberent

berent, quocum contenderent, tandemque majorem in seculo futuro gloriam consequerentur. Causam vero, cur Deus animas, quæ tamen *ισαγγελος* sunt, cœlitus demittat, c. 6 hanc esse tradit. Animas ait in cœlo libertate arbitrii non gaudere, sed Deo coactas fervire, majore vero a Deo beneficio affici, quando in corpora dejiciantur, quando enim hic bona perpetrant, majora quæque ipsas præmia manere. Hinc c. 7 de duplici animæ vestimento agit, quod vel ex bonis vel malis operibus consarcinatum est. Cap. 8 demonstrat, homines non nisi ad ministrandum summo Numini esse conditos, c. 9. impios etiam in hac vita constitutos dici mortuos. Confer 1. Timoth. V, 6. Cap. 10 historia narratur de muliere, in qua anima hominis pravi per *μετεμψύχωσιν* intravit, & quid ea de se pluribus enarraverit. Cap. 11 traditur, peccata, pœnitentia superveniente, deleri, c. 12. jejunium hodiernis temporibus idem operari, ac si quis durante templo sacrificium obtulisset. Cap. 13 miscellas quasdam admonitiones ex R. *תנא* profert. Porro c. 14 traditur, qua ratione animæ piorum in cœlo advenientes a beatis excipiantur : c. 15, quid homini moribundo accidat ; anima nempe illius in cœlum ascendit, ubi de ea judicatur, an ibi manere, an vero ad corpus redire debeat : c. 16, quod anima hominis sancti primo in inferiorem Paradisi partem, post ad superiorem perveniat. Hujus forma & structura c. 17 describitur, quod varii generis arboribus confitus, gemmis lapidibusque aliis pretiosis constratus sit, rivos habeat balsamum & odoramenta vehentes. Sequitur c. 18 de plagis, quas mali in sepulcro ab angelis malis accipiunt ; c. 19 de septem suppliciorum generibus, quæ animæ impiorum sustinere necesse habent ; & c. 20 repetitur *μετεμψύχωσιν* impiorum in animalia bruta, folia arborum, & alia, quæ non sine dolore ipsis accidant, & inter hos iis præcipue, qui carnes immundas comedant. Cap. 21 docet, qua ratione *מצות*, seu placentulæ paschales caute tractandæ sint : c. 22 agit de scandalo tum dato, tum accepto. Cap. 23 septem conclavia inferni describuntur, quæ sunt 1. *שאר*. 2. *באר שחת*. 3. *בור שאון*. 4. *הון*. 5. *מידות*. 6. *אברון*. 7. *ארץ תחתיות*. Sic quoque Paradisus, *גן עדן*, c. 24 totidem habet conclavia, in quibus variorum graduum justis

collo-

collocantur, quibus singulis Vir quidam sanctus ex sacris literis notus præest. A viris (c. 25) secretæ sunt feminæ eodem modo secundum gradus collocatæ. Cap. 26 ostenditur, quod vir aliquis plebejus & literarum rudis ad eundem gloriæ in Paradiso gradum, quo eruditi, pervenire possit, si nempe Legi studeat, quantum vires ingenii permittunt, de cetero autem cætera charitatis & misericordiæ diligenter exerceat. Ne vero quis impossibilitatem præcepta divina observandi jure prætexat, c. 27 docet, quomodo hac in parte concupiscentiæ prævæ oblitendum sit; & præcepta divina ita comparata esse, ut neque de earum multitudine neque gravitate quis causam conquerendi habeat. Imo c. 28 tradit, vitam æternam unius horæ spatio comparari posse, nimirum si quis seriam peccatorum penitentiam, & cum summis doloribus conjunctam, agat. De resurrectione mortuorum agitur c. 29. De ratione preces fundendi t. 30-35, ubi non solum accurate popularibus suis inculcat, quomodo Tephillin tum capiti, tum brachio applicanda sint, sed & in eo præcipue versatur, ut attentionem in precibus, Hebræi תפילין h. e. *rectificationem cordis* dicunt, adhibendam pronunciet, Judæis enim in usu esse Hebræica legere, quæ non intelligant; solere respondere *Amen*, quum tamen preces nesciant, & quæ sunt hujus generis alia. Neque multitudinem & prolixitatem precum approbat, quum Satanas id plerumque operam det, ut homines a vera cordis intentione hoc modo avocet. Sequuntur officia mulierum, quomodo illæ conficere debeant placentas Sabbathicas, quomodo sese tempore menstrui, in accendendis lampadibus Sabbathicis, item in expurgando furno, (Den Ofen Kauschern), in recte faciendis carnibus, & aliis, quæ ad munditiam supellectilis spectant, gerere debeant, c. 36 -- 38. Sequens caput officia varia miscella & virtutes Judæis observandas præscribit, & c. 40 multas precum formulas tum Hebræo tum vernaculo sermone profert.

Ceterum id in laudem Autoris adnotandum est, quod fervorem insignem ostendat, ut fratres suos ad bene vivendum instruat, & si quædam libello insunt, quæ ingenio Judaico condonanda, tamen in quamplurimis genium gentis suæ & simplicitatem illam sat notam superaverit.

D. VIR.

D. VIRGINII VALSECHII, MONACHI CA-
siniensis, *Dissertatio de Initio Imperii Severi Ale-*
xandri Aug.

Florentiæ, 1715, 4.

Alph. 1 plag. 8.

QUo tempore Severus Alexander imperium auspicatus sit, jam diu, ut vel ex Actis nostris constat, inter eruditos disputatum est. Occasionem controversiæ dedit, ut rem breviter repetamus, veterum scriptorum de duratione Imperii Elagabali, qui Alexandrum proxime antecessit, inter se pariter ac a numis quibusdam hujus Imperatoris dissensio. Nam Dio Cassius Lib. LX XIX illi tres annos, novem menses, & quatuor dies, Herodianus vero Lib. V c. 6 sex annos tribuit, cum interea Elagabalum Imp. Macrino, VII Idus Jun. A. C. 218 occiso, successisse, utrinque conveniat. Dionis, scriptoris cœvi, computo favet canon paschalis Hippolyti, hujus cathedræ marmoreæ insculptus, in quo Idus Apriles anni 222 cum anno I Imperii Alexandri conjunguntur; sed obstare, & Herodiani sententiam firmare videntur numi Elagabali TRIB. POT. V inscripti, quam potestatem Elagabalus, si die 10 Martii anni 222, atque adeo quarto imperii anno, secundum Dionem, interfectus fuisset, attingere nullo modo potuisset. Hujus igitur dissensionis componendæ cum diversi diversas rationes inierint, Cl. Valsechius, in *Dissert. de M. Aur. Antonini Elagabali* TRIB. POT. V, Florentiæ 1711 edita, Dionis sententiam retinendam existimavit, & ut simul etiam numos, quos diximus, rite explicaret, fundamentum conciliationis quæsit in annis imperii Elagabali ab alio initio numerandis. Contra Johannes Vignolius, custos Bibliothecæ Vaticanæ, in *Dissert. de anno I Imperii Severi Alexandri Aug.* quem præfert cathedra marmorea S. Hippolyti, Romæ 1712 edita, Dionis verba ita emendanda censuit, ut pro *annis tribus, mensibus novem & diebus quatuor*, quibus imperasse dicitur Elagabalus, substituantur anni IV, mensis I, dies 3, atque adeo initium imperii Alexandri a die 10 Martii, quo Elagabalus occisus est, in mensem Julium ejusdem anni 222 rejiciatur;

Rr

canoni

canoni autem illi paschali non ab ipso Hippolyto, sed post mortem ejus a Curatore cathedræ marmoreæ annum I Imperii Alexandri adscriptum esse, suspicatur. Interea cum imperium Alexandri, qui Elagabalo successit, totidem annis ac diebus, quibus a Lampridio aliisque vulgo circumscribitur, durasse concedat, non potest non una & subsequen- tium Imperatorum auspicia IV mensibus promovere, & in posteriora tempora protendere, ut adeo secundum eum e. g. Maximinus Alexandri successor, non sub finem Martii, sed denum die 20 Julii anni 235 principatum inierit, eundemque tribus annis, paucisque diebus, quos Eutropius illi tribuit, transactis, non sub finem Martii, sed Julii, anni 235, una cum vita, finierit: porro exitus Maximini Pupieni & Balbini, tribus post Maximini cadem mensibus trucidatorum, non in Idus Junii, sed Octobris ejus anni conferatur, & Gordianus Pius non circa medium mensem Junium, sed Idibus Octobris anni 244, Philippus non mense Junio, sed Octobri anni 249 interemti sint. Ut vero Noster hac dissertatione Dionis lectionem vulgarem, & communem de Imperatorum scq. III auspiciis sententiam multis argumentis, quorum præcipua petuntur a legibus illorum ante auspicia a Vignolio designata datis, & Codici Justiniano insertis, Cap. III, IV seqq. confirmat: ita rationes pro contraria Vignolii opinione allatas C. VII & seqq. ex instituto refutat. Et hæcenus quidem Valsechius cum Philippo a Turre, Hadriæ Episcopo, cujus exstat *Dissertatio de annis Imperii M. Aurel. Antonini Elagabali & de initio Imperii ac duobus Consulatibus Justiniani junioris*, Patavii 1713 edita, contra Vignolium consentit, dum uterque exitum Elagabali & initium Imp. Alexandri ultra diem 10 Martii anni 222 ponendum esse, negat. Sed de initio imperii Elagabali ante diem 16 Maji anni 218, quo hic a militibus Imperator acclamatus est, ita constituendo, ut ejus TRIB. POT. quintæ locus relinquatur, diversa est utriusque hypothesis. Turrius Antonii Pagii conciliationem, in Crit. ad annales Baronii anni 210 n. X propositam, amplectitur, qua Elagabalus a Kal. Januarii anni 218 ut primum Consulatum, ita etiam Imperii initium computasse creditur, sicut anni Augustorum a Kal. Januarii anni ante Christum

flum

stium 27 numerati sunt, licet cognomen Augusti die XVII de-
 mum Januarii Imperatori Octavio a Senatu delatum fuerit, ut
 adeo TRIB. POT. V Elagabali cœperit Kal. Jan. anni 222. Sed
 Valsechius, qui expositionem illam numerorum Elagabali C. X
 refutat, & annos Imperatorum Rom. nunquam aliter, quam a
 die natali Imperii eorum numeratos fuisse, contendit, Elagaba-
 lum annos Imperii sui & TRIB. POT. numerasse statuit a die 8
 Aprilis anni 217, emortuali scilicet Antonini Caracallæ, cujus
 ille filium se & legitimum successorem esse, contendebat. Hoc
 in C. XV Dionis potissimum testimonio probat, qui, milites
 Macrino rebelles, & Elagabali partibus addictos, hunc *revera*
filium Caracallæ & Imperii successorem asseruisse, refert. Cum
 enim hoc titulo Elagabalus imperium Macrino, quasi injusto
 usurpatori, & Caracallæ parricidæ, eripuisset, nomen Imperii
 ejus e fastis expunxit, & quantum in se fuit, memoriam illius
 prorsus abolere studuit, ut proximus Macrini successor videretur.
 Ex hac hypothefi Noster Herodianum quoque, sexenni-
 um Elagabali imperio adscribentem, cum Dione in concordiam
 redigit, quoniam a die 8 Aprilis, anni 217, quo Caracalla
 trucidatus est, usque ad mensem Martium anni 222, Elagabalo
 fatalem, sex anni Juliani fluxerunt, licet utrinque incompleti.
 Vide Cap. XVI p. 181 & C. XVII p. 193. Denique Cap. XVIII &
 seqq. Vignolii *dissertationem II de anno primo Imperii Severi*
Alexandri, Romæ 1714 excusam, in qua sententiam suam ex
 parte mutavit, examinandam sumit. Cum enim Vignolius
 in priori Dissert. Elagabalum die 1^o Julii anni 222, & Severum
 Alexandrum circa diem 20 Julii anni 230 trucidatum statuis-
 set, nunc illum jam ante Kal. Julii anni 222, hunc non ante initi-
 um Septembris imo Octobris anni 235 extinctum statuit. Sed
 cum hæc opinio auspicia sequentium Imperatorum multo lon-
 gius, quam prior, differat, iisdem argumentis, quæ priori op-
 posita sunt, multo fortius oppugnatur. Præterea novam quo-
 que canonis paschalis, Hippolyti cathedræ inscripti, expositionem
 affert Vignolius, & jam ipsum Hippolytum, quod in priori
 dissertatione negarat, ab anno 1 Imperii Alexandri canonem
 suum cœpisse, agnoscit, ita tamen ut annum illum primum a Kal.

Jun. anni 222 ductum fuisse, opinetur. Sed huic quoque opinioni Noster argumenta jam supra Cap. XII allata opponit, quibus Epochas quidem, non vero singulorum Imperatorum auspicia ab initio anni civilis computari solere demonstrat. Hæc summa postremi hujus libri, qui in hac causa, quod sciamus, prodit: qui de ceteris hic memoratis accuratius cognoscere cupiunt, hæc Acta nostra A. 1712 p. 408, A. 1714 p. 303 it. 307, & A. 1716 p. 120 evolvant.

VIAGGI PER L' ITALIA, FRANCIA, E GER-
mania di Niccolo Madrisio &c.

id est,

*NICOLAI MADRISII, PATRICII UTI-
nensis, Itinera per Italiam, Galliam & Germaniam, ver-
bus descripta, cum Annotationibus copiosis, in quibus loca
maximi momenti illustrantur, urbium & palatiorum de-
scriptiones inseruntur, mores populorum explicantur,
questiones Philosophicæ, Geographicæ & Historicæ exami-
nantur, atque argumenta varie eruditionis, cum
sacræ tum profanæ, pertractantur.*

Tomi II.

Venetis, apud Jo. Gabr. Hertz, 1717, 8.

Alph. 2 plag. 15.

SI ingenium politum, varia eruditio, matura ætas, usus denique ac familiaritas cum principibus civitatum personis, res sunt in peregrinationibus peropportuna, nihil harum rerum Clarissimo Madrisio videtur defuisse: ex quo, quid de præsentis libro sperandum sit, facile judicari potest. Descripsit in eo peregrinationes suas laudatus Autor, idque carmine Etrusco eleganti: magnopere enim Poeticen amat, id quod Poemata superiori anno ab eo separatim edita Pataviique impressa testantur, & totum opus principio quidem non nisi propriæ voluptatis memorizque causa composuit. Quo factum est, ut postmodum, cum multa nimis præcise dicta intelligeret, varias ad-
jicere

ficere notas necesse habuerit, in quibus tamen rigidas annotationum leges se non observasse fatetur. Maximam libri partem notæ istæ conficiunt, plurimasque res continent lectu dignissimas. Stylus imprimis in utroque orationis genere elegans est & celeberrimæ Arcadium Academiæ Socii dignus. Si qua nonnunquam expressio in poemate paullo audacior videtur, de ea in annotatione rationem reddere non intermittit. Ceterum opus omne in duos dividere Tomos placuit, & rursus utrumque tomum in duas partes seu sectiones. Tomi prioris prior sectio partem superiorem Italiæ, Sabaudiam Galliamque usque ad Lutetias Parisiorum complectitur: posterior sectio uni Parisiorum urbi destinata est, cujus memorabilia perquam accurate & diligenter Cl. Autor persequitur. In tomi alterius priori sectione Flandria, Hollandia, & Germania maximam fere partem describuntur: ac denique in sectione postrema Italia inferior, Roma imprimis & Neapolis, sistitur atque illustratur. Non autem alia de causa iter Romanum post cetera demum omnia sua itinera se suscepisse pronuntiat Autor, quam quod terminum illum dignissimum ac excellentissimum judicaret, neque non intelligeret, Romam, *in qua nullum sine nomine saxum*, non videri cum ceteris urbibus, sed pervideri atque totam edisci debere. De universo libro ejusque partitione hæcenus: nunc ad ipsam tractationem descendendum est, cujus hæc specimina sunt. Versu 170 Partis I atque in nota potissimum quæ huc pertinet, status subterraneus urbis & agri Mutinensis describitur, in quo maximæ & vix credibiles factæ commutationes esse docentur. Cum puteus ibi excavatur, usque ad profunditatem quatuordecim pedum non alia se res offert quam antiquæ urbis ruinæ, viz lapidibus stratæ, muri tessellati, opus reticulatum, tegulæ, trabes, cæmента, domus, similia: inde ad aliquot pedes terra reperitur pinguis & olim haud dubie culta: sequitur juncorum cannarumque permollis mixtura, indicium, ut videtur, famosæ illius paludis, viam inter Æmiliam Padumque olim stagnantis atque a Scauro Ædili exsiccata: inde per viginti & octo pedes rursus terra optimæ conditionis porrigitur, quam aeri expositam pristinis temporibus cultamque fuisse, cum ipsa textura, tum grandes arborum trun-

Tom. I.

p. 6 & 55.

ci, nuces, folia, herbæ, ariftæ, fimilesque res, quæ magna ibi copia reperiuntur, fatis demonftrant : fuccedit ſtratum argilloſum & tenax, variis teſtaceorum generibus atque excrementis marinis perſperſum : hoc denuo terra nigra & levis excipit, cannis & herbis paluſtribus permixta, quam rursus argilloſa ſequitur : redit ſeries tertia terræ paludolæ, itemque tertia argilloſæ : tandem ad ultimum pervenitur ſtratum, quod fatis fixum, atque illa ipſa arena permixtum eſt, quæ in littore maris & fluviorum reperitur : pertingit ad profunditatem L pedum, quo cum perventum eſt, manifeſte ſentitur murmur ſubjectæ aquæ; cujus vi ac motu fit, ut detectum terræ ſtratum magnopere intumeſcat, eoque perterebrato fons cum tanto impetu profiliat, ut non modo puteus celeriter adimpleatur, non ſine operariorum periculo, ſed & vicina teſta interdum aquis conſpergantur. His rebus expoſitis de natura hujus aquæ Autor diſſerit, putatque, ad eſſe fluvium quemdam ſubterraneum, in varios ramos diſiſum, Timavoque Foro-Julienſi non abſimilem, niſi quod hic ex terra tandem prorumpat & ſub dio curſum ſuum continuet, ille contra perpetim in viſceribus terræ per cæcos ductus & canales protrudatur, ita ut incertum ſit, utrum in mare Adriaticum vel Padum fluvium deſinat, an magno quodam abyſſo abſorbeatur.

p. 132.

Sed pergendum ad alia eſt. De regionibus Lugdunum inter & Lutetias interjectis ita promuntiat Autor, agros quidem optimos & cultiſſimos, ſed urbes & paucas numero & miſeras planeque ruinoſas eſſe; idque ex eo fieri, quod nobiliores quique homines, ſimul ac divitiarum aliquid ſibi comparaverint, relictis ſedibus ſuis, vel Lugdunum vel Pariſios habitatum veniant; ita ut omnibus divitiis illuc transportatis, intermediæ regiones neceſſario exhauriri debeant: nam Galliam ſere omnem delirio illo infectam eſſe, ut aurum Pariſiis non conſumtum male conſumtum putet. Lutetiam & univerſa, quæ ibi vidit Cl. Autor, naturæ & artis opera ſummis effert laudibus: templa tamen maximam partem minus elegantia reperit, quorum antiquam & ſimplicem ſtructuram omnino tanta urbe indignam arbitratur. In Hollandia inprimis admiratus eſt urbium ſimilitudinem & formam plane uniformem. Qui unam vidit;

203.

Tom. II.
p. 145.

vidit, omnes omniao vidisse censendus est. Omnes enim sitz sunt in plateis peramoenis: omnes pratis cinctæ, canalibus interfectæ, arborum plantatarum ferie exornatæ: in omnibus ædificia reperiuntur, ejusdem symmetriæ, ejusdem molis, ejusdem materiæ: quin ipsæ etiam plateæ adeo similes sunt, ut interdum in una eademque urbe vix alium ab alio distinguere locum possis. Haga tamen Comitum atque Amstelodamum excipiuntur; in quibus urbibus ædificia quædam reperiuntur a ceteris magnopere distincta, quæque in ipsa etiam Italia nomen palatiorum facile tueri queant. In Germania nostra, cum Norimberga, Augusta Vindelicorum, Praga, & aliæ urbes a Cl. Madrisio collaudantur, tum Inprimis Vienna Austriæ extollitur, ubi non Germaniam modo, sed totam fere Europam in compendio se reperisse pronuntiat. Ipsa magnificentia Italiæ, juxta ejus sententiam, non alibi extra Italicos fines campum reperit, ubi sese melius explicaret; propter viciniam enim & commercium, quæ Viennam inter & Italiæ urbes intercedat, factum esse, ut illa in rebus plurimè ad harum exemplum sese conformaverit, nec tantum receperit, sed interdum etiam emendaverit consuetudines Italicas, & meliores reddiderit. Atque hæc adduxisse ex præsentis libro sufficiat: qui si benevole accipiatur, se excitatum iri Cl. Autor confirmat, ut impossibilem majora moliat, & enim hoc opus in sui duntaxat gratiam confecerit, deinceps talia proponere studeat, de quibus dicere sine hæsitacione possit, quæ etiam aliorum usui in lucem edita atque elaborata esse.

p. 146.

40.

v. 1187. 1189

289.

CORONA DUODECIM STELLARUM, SEU
Anniversariam Evangelico-Epistolarem Dodecaglottum ex
Bibliis Anglicanis Criticis eorundemque Interpretibus
Duodecim, totidemque Linguis & totidem Antiq. Ecclesiæ
Patribus collectam, opera CASPARIS CALVOE-
R II, Magn. Brit. Reg. in Ducatu Grævenbogiaco
Superintend. General.

Lipsiæ, sumpt. Jo. Christoph. Kœnigii, 1719, fol.

Alph. 11.

Non

Non improbandus est Summe Rever. Calværii præsens conatus, quo annuas sacri Codicis pericopas Evangelicas & Epistolicas & criticis & homileticis illustrare suscepit observationibus. Cum enim Vir optimus probe intelligeret, male illos verbi divini oratores rebus suis consulere, qui, neque cognito neque eruto Criticæ doctrinæ ope Scripturæ sacræ sensu, inconditas sæpius & ineptas sibi fingant interpretationes; id negotii sibi dedit, ut ex egregiis Criticis Bibliorum explanatoribus, quibus junctim editis nos Anglia beavit, meliores & cordatiores duodecim seligeret, eorumque explicationes, quas e re sua esse judicabat, in Evangelia & Epistolas, quæ in Ecclesia ritu antiquo per annuos circulos explicantur, hoc volumine exhiberet, illisque ad loca difficiliora Viri rerum horum fere sine exemplo periti, Salomonis Glassii exegesis sacram adderet. Neque heic substitit Viri celeb. labor atque industria, sed faciles etiam reddere voluit sacris præconibus operas, dum ex fontibus, cum primis Græco & Ebræo, nec non Versionibus, Syriaca, Chaldaica, Germanica, Vulgata, Gallica, Italica, Anglicana, Suecica, Danica, Belgica, duodecim nimirum linguarum, varias tot linguarum & gentium Interpretum expositiones, adduxit, lucisque haud parum hisce Scripturæ sacræ *πνευματικῆ* ita affudit. Tandem ne habeant, quod conquerantur aut carpant illi, qui hisce sæpiuscule incuriosius habitis neglectisque verbis e fuggestu sacro facere malunt, in homiletarum, quos dicimus, potissimum gratiam, pii Doctorum, quos dicimus, Ecclesiasticorum, Origenis, Athanasii, Hilarii, Basilii M. Ambrosii, Hieronymi, Chrysoستي, Augustini, S. Maximi, Cyrilli, Theodoretii, Leonis M. Fulgentii, Gregorii M. Alcuini, Haymonis, Ruperti Tuitiensis, & tandem Bernardi meditationibus ac sermonibus sacris opus hoc suum locupletare satagit. Cum verò ita Cl. Editoris institutum recensuerimus, Lectorem nostrum ducimus probe monendum, ne ad singula pensa singulos duodecim Criticos, Patres singulos, singulasque Versiones accessisse credat, id enim, ne liber ejusque pretium nimis excreseat, moliri non consultum visum est, sed aliquot saltem ex sacro duodenario numero, modo plures, modo pauciores, &

Inter-

Interpretum, & Patrum, & Versionum exhibuit. Id quod ut lectoribus nostris eo rectius pateat, totius hujus laboris veluti specimen & exemplum in festi Pentecostes, cujus memoriam in cœtu sacro nuper renovavimus, Evangelio suppeditabitur. In Criticis igitur Erasimi, Clarii, Zegeri, Cameronis, H. Grotii & S. Glassii animadversiones criticas & philologicas hoc de argumento invenies, quas consequuntur Homiletica, quæ hac vice quodam Gregorii M. sermone absolvuntur, & tandem apparet Spicilegium, ut venerabilis Autor loqui amat, quod mutuam Versionum consensum aut dissensum continet. Quo quedam tantum commata illustrari intelligas, habet e. g. v. 23 : *λόγον μὲν τηρήσαι*, Germ. *der wiewd mein Wort halten*, Vulg. *Sermonem meum servabit*, Syr. *ⲁⲓ ⲁⲗⲗⲟ* sermonem meum servat, custodit, quod postremum in primis non denotat summum & perfectum omnino præstationis aut adimpletionis verborum domini gradum: uti & utraque gallica : *il gardera ma parole*, ambæ Italæ : *Offervera la mia parola*, Angl. *He wil keep my Words*, Bat. *Di sal mijn Woort bewaren*, Suecica & Dan. conspirant cum nostra. Versu eodem : *μονὴν παρ' αὐτοῦ ποιήσομεν*, Germ. *wir werdē Wohnung bey ihm machē*. Vulg. plus dicit pressiusq; ad textum : *Et mansionem apud eum faciemus*. Sic & Syr. *mansionem apud eum facturi sumus*, utraque Itala : *Facemo dimora appresso di lui*. (Dimora eine Berweilung, Verzögerung.) Genev. *Fermerons nostre demeure chez luy*, Mont. *en lui*, Angl. *Wil make our abode with him*, Suec. *Blifwa boendes nåt honom*, Dan. *Gjøre bolig hos hannem*, uti & Belg. ad tenorem Germanicæ : *Eude sullen Woonighe by hem maken*.

Tuum nunc esto, L. B. ex hac sententiam de instituto ferre, probandam tamen omnino esse de grege sacro bene mendi Cl. Autoris voluntatem nullus inficiabitur. Ceteram introductionis ejusdem instar præmisit Venerabilis Autor huic operi tam Patrum Ecclesiasticorum, quorum *ὁμιλίαι* adducit, tum Criticorum, quorum explicationibus utitur, vitas satis prolixas, eorumque in rem hanc sacram merita & studia recenset, ita ut hæc omnia hominibus nulla vel tenui suppellectile libraria instructa, paultæ utilitati fore speremus.

dem de titulo hujus libri illud adhuc adjiciendum est, coronam duodecim stellarum ideo illum appellari, quia instar Ecclesiae, quae Apocalypseos C. XII. tanquam mulier circa caput duodecim stellis corusca divino Joanni visa fuit, duodenarii numeri fulget sanctitate, ita ut iste ex duodecim Criticorum, Patrum duodecim laboribus totidemque populorum linguis fuerit confutatus.

Historischer Bericht vom Anfang und ersten Fortgang der Reformation Lutheri.

i. e.

WILHELMI ERNESTI TENZELII, HISTORIOGRAPHI SAXONICI, Historica Narratio de initiis & primo progressu Reformationis Lutheri, ad illustrationem Historiae Seckendorffianae anno Jubileo Lutherano 1717 primum edita, & nunc tertium recusa; Praefationem, documenta item inedita, & Indices addidit D. ERNESTUS SALOMON CYPRIANUS, Confessorii & Ecclesiae Gothanae Consiliaris. Eiusdem libri Pars altera, complectens praeter documenta plura inedita GEORGII SPALATINI Annales Reformationis & FRIDERICI MYCONII Historiam Reform. cum Praefationibus & Indic. ejusdem D. E. S. CYPRIANI.

Lipsiae, apud Jo. Lud. Glodtisch & M. G. Weidmann, 1718, 8.

Alph. 6.

CUM post editam ab Ill. Seckendorffio Historiam Lutheranicam plures optarent, similem in vernacula nostra Historiam exsistere, quae una serie, Maimburgio insuper habito, res in Ecclesia gestas exponeret, nemo ad eam rem aptior visus est Cel. Tenzelio, qui & recepit in se laborem, & ea quae ad initia Reformationis anno 1517 facta pertinent, quatuor Libris ea quidem ratione pertinet, ut Seckendorffium in ipsa historia secutus, proprias observationes in subjectas notas conjecerit. Eni vero aliis idem negotiis abstractus non tam

occupatum

ceptam abruperit, minime tamen, quæ in Bibliotheca Gothana affecta reliquerat Autor, interire passus est Vir de Ecclesia & Rep. literaria optime meritus E. S. Cyprianus; quippe commodam nactus occasionem, cum Jubilæum celebrarent Evangelici A. 1717, publicanda illa duxit, & Præfatione pererudita documentisque hæctenus ineditis, quæ quidem ad A. 1526 protenduntur, locupletanda. Nec hic substitit Cel. Cypriani studium; nam cum plura in eadem Gothana detexisset monumenta, publica luce digna, novam inde operis hujus eamque duplo majorem Partem concinnavit, tum documenta alia usque ad A. 1548, tum & Spalatini Annales ad A. 1543 productos, & Myconii Historiam, quæ paulo ante A. 1715 seorsim prodierat, adjecit, quæ Lectorem scire intererat, ubique præfatus Sed ut primam Partem prætermittamus, quæ jam integro biennio in hominum manibus est, secundam hic paulo accuratius evolvemus. Primo igitur loco hic exhibentur XC documenta ab A. 1517 ad A. 1549 nondum edita, in quibus sunt Georgii Spalatini Vitæ Pontificum, Julii II, Leonis X, Hadriani VI, Clementis VII, Pauli III, quorum facta improba dextre depinguntur: tum epistolæ Caroli Miltitzii, Leonis X, tam publicæ quam privatæ, Clementis VII, Frid. III Sapientis, Joannis Frid. item & Joh. Saxoniz Ducum, Emanuelis Portugalliz, Henrici VIII, Angli. & Christierni Daniæ Regum, varizque tandem variorum de Munzero ejusque motibus hic comparent epistolæ, quæ fere omnes a celeberrimo Editore variis instructæ sunt observationibus. Præcipue vero lectu digna sunt, quæ de Jo. Frederici captivitate ex Casp. Aquilæ ad ipsum, & hujus ad Bruckenheim, Cancellarium suum, literis exaratis hic relatam legimus, ex quibus patet, quanta animi constantia Princeps optimus tot & tantas adversitates superaverit, adeo, ut merito ipsum Thuanus appellitet *virum constantia & invicti animi etiam ab ipsis hostibus, ad hæc liberalitatis regis, laudem consecutum*, & Perizonius in Commentariis rerum sub Carolo V gestarum p. 366 ubi Ducem hunc fortissimum captum & coram Imperatore fessit, scribat: *maxima in hoc casu illius constantia etiam ab adversariis laudatur, ut qui nihil humile, nihil se indignum dixerit*

vitæ tum aut fecerit. Alterum post hæc locum occupant Spalati-
 tini Annales fidei Lutheri opera repurgatæ, quibus prælixam
 satis præfationem & autoris vitam S. R. Editor præmisit. In
 illa contra D. Galenum Abrahamæ & D. Hermannum Schyni-
 um doctissimos Mennonistarum familiares, tum ex Actis publi-
 cis, tum ex Principum hominumque privatorum usu loquendi
 comprobatur, Protestantium titulum Mennonistis minime com-
 petere; hæc ex Hortlebero de causis Belli Germanici breviter
 enarratur, cujus summa huc redit. Georgius Spalatinus A. 1484
 Speltz, unde nomen istius temporis morem secutus accepit, na-
 tus est, & in prima Academiz Wittebergenfis Promotione Ma-
 gisteriali anno 1502 summis in Philosophia honoribus deco-
 ratus, anno 1523 Romanæ fidei valedixit, posteaquam Jo. Fri-
 derici Electoris & Ottonis Ernestique Lunzburgerorum Du-
 cum præceptor, & denique Friderico Sap. a secretis & sacris au-
 licis fuisset: mutata vero fide Altenburgi in Osterlandia sacris
 præfuit, sæpissimeque ad comitia publica cum Electoribus Sa-
 xonicis commigravit, A. 1545 d. 16 Jan. mortuus, quum vitam
 a se ipso exaratam reliquisset sequentibus inscriptam versibus:

*Quo juvenis, quo vir Spalatinus creverit, hic est
 Et tenui & facili sub bonitate datum.*

Continent vero Annales hi simplici & ad istius sæculi genium at-
 temperato scribendi genere compositi pleraque, quæ circa Refor-
 mationis negotium ab A. 1518 ad 1543 peracta sunt, ex quibus
 clarissime patet, quantæ curæ res hæc fuerit summo Numini.
 Denique tertio loco agmen claudit Friderici Myconii historia
 Reformationis ab A. 1517 ad 1542, ex Autoris schedis paulo
 ante edita, & doctissimo prologo nunc a Celeb. Cypriano ornata,
 quo necessitatem Reformationis, qua Lutheri temporibus Ec-
 clesia opus habebat, ex Maximiliani I Rom. Imper. Ludovici
 XII Galliarum Reg. multorumque Ecclesiz Romanæ Purpura-
 torum consensu, præcipue vero ex totius Imperii Germanici
 querelis & Gravaminibus hac de re motis evincit. Varia vero,
 quæ ad sacram, & profanam istius temporis historiam pertinent,
 quamvis strictim pertractat, ita quidem, ut ante omnia miseram
 Ecclesiz Romanæ faciem depingat, dein occasionem initia &
 feli-

salicissimos progressus Reformationis addat, tum socios
hujus laboris, quos DEUS Luthero ad perficiendum hoc ne-
gotium dederat, Jo. Bugenhagium, Justum Jonam, Casp. Cru-
cigerum, Philipp. Melancthonem, Nicol. Amsdorffium, Urba-
num Regium, Jo. Æpinum pluresque alios recenseat, post tur-
bas Ungaricas post Ludovici fata ob Ferdinandi electionem ex-
citatas, Romæ expugnationem A. 1527 a Carolo V feliciter
factam, hisce inmitteat, & tandem brevem urbem Gothæ
historiam superaddat, qua tum auspicata purioris fidei primor-
dia ibi institui cœpta, tum publica urbis ædificia, tum dupli-
cem seditionem ibi notam tum temporis, breviter enarrat.

C. II-X.
XII.

XIII.

XIV.

XVI.

XVII.

XIX. XXIV.

**D. LAURENTII HEISTERI, IN ACADE-
mia Altorfiana Prof. Publ. de valvula cœci Dissertatio Ana-
tomica, opposita Clariss. BIANCHI Anatomici Tauri-
nensis Dissertationi de supposita bucusque inte-
stinorum valvula.**

Altorfii Noric. literis Jodoci Guil. Kohlesi, 1718. 4.

Plag. 4 & Tab. xx. II.

Clarissimus *Bianchus*, Anatomicus Taurinensis, singulari
Dissertatione, quæ in Cl. Mangeti-Theatro Anatomico
Tom. I p. 300 exhibetur, & cui titulus est, *de ingressu Ilei in Co-
lon, seu de supposita bucusque intestinorum valvula, Observatio
nova*, valvulam illam celebrem, ad ingressum intestinorum te-
nuium in crassa, ab Anatomicis descriptam, prorsus negare, &
confictam proclamare non dubitavit, adeoque *nove*, ut ait, *inven-
to*, valvulam illam, quæ vulgo hucusque ab inventore *valvula
Baubini* dicta est, & *omne quodcumque aliud ad valvulae ministe-
rium accedens*, ad ingressum ilei in colon & cœcum statuerunt
Anatomici, *falsum suppositumque* esse contendit, atque nullam
unquam ad ileum illius generis valvulam fuisse, quam aut depin-
gunt, aut describunt: *affirmans Anatomicos circa hanc partem
devios fuisse, illorumque neminem instituisse rei veritatem at-
tentius indagare; sed omnes ab accuratiori hujus partis exa-
mine, ob partem fatentem & sordidam deterritos fuisse, & lu-
benter in sententia Baubini semel recepta, qui impune super hoc
concursum dixisset, quicquid primum in mentem obveniret, acquis-
viffe.*

P. 3.

viffe, ne hanc fortissimam & fatidam partem uberius permissibilem obligarentur; se vero cohibuisse, inquit Bianchus, nullam vulturam, nil vultulosi, eo loco existere, sed solummodo animalium sive circumum masculinum adesse, qui faciem a crassis intestinis ad tenuia regressum impederet, talemque etiam figura, ac descriptione exhibet.

Autori vero hujus, quam dicit recensentis, dissentientem cum Bianchi sententia non convenit: verum experientia anatomica, ad quam provocat, atque diversis figuris, ex cadaveribus humanis delineatis, demonstrare satagit, *Baulinum* alioque quamplurimos egregios Anatomicos non tenere videri *idem illud Baulinss*; sed *vultu vultu vultu*; talem vero simplicem animalium musculorum non adesse.

Antequam vero hoc præstet Autor, monet primo hanc *Bianchi* sententiam non, ut perhibet, esse novam, quia varii alii jam dudum hujus valvule existentiam negaverunt, inter quos a Biancho ipso alegantur *Hildanus, Pavius, Falcoburgius*, quibus vero ab *Heistero* adduntur *Gallus anonymus* atque *Schellhammerus*: monet que, omnes hos negantes paucos habuisse affectas.

Verum ut demonstrat Autor, non simplicem tantum musculorum, sed revera *valvulosum corpus* ad finem ilei positum esse, in Tab. I magnitudine naturali exhibet, *quod modo hanc partem in cadaveribus recentibus invenitur*: ostendendo eam ordinatio non esse rotundam, ut Bianchus vult, sed longitudinalem, sive transversam sive *horizontalem*, atque sic a parte superiore ac inferiore eminere, ut, si quid ex crassis remeare vellet ad ileum, eminentes partes, tanquam valvulas, inrostrum versus ileum premi, illudque sic claudere sive occudere. Ut vero facillentius appareat, membranas illas veras valvulas esse, ope sequentis præparationis hoc optime fieri posse docet. Nimirum finis intestini ilei & principium coli ad pedis circiter longitudinem utrinque a reliquis intestinis resecantur, atque aqua a sordibus purgantur: deinde filo constringatur finis coli, & flatu per ileum injecto intestina hæc replentur: denique & finis ilei filo claudatur, atque sic inflata in aere sicco suspensa-

dentur; tunc, postquam exsiccata sunt, si pars coli, ingressui ilei opposita, aperiatur, ita ut Tab. II. demonstratur, valvulam illam coli quam plerique post *Bauchinnum* Anatomici statuerunt, perspicue in conspectum prodire: & quidem ita ut duplices potius sint valvulae, quam unica, semilunares, sibi invicem oppositae, superior & inferior; quas p. 8 deinde uberius ex figuris Tab. II explicat atque illustrat. Quia vero circa has valvulas notabiles varietates occurrunt, diversas earum dedit figuras, ut inde, non obstante varietate, tanto melius constet, revera ordinarie veras valvulas, non simplicem circulum musculosum hic adesse, variaque praesertim passionis iliaca phenomena, quae Clar. *Bianchum* induxerunt, ut valvulae existentiam hic prorsus negarit, alique difficultates melius ex hac fabrica, si modo ad subjectorum diversitatem respectus habeatur, quam ex hypothese Cl. *Bianchi* explicari posse, opinatur. Ceterum, quia *Bianchus* sustinet, ileum ad angulum rectum intestina crassa ingredi, & quidem perietem ejus dextrum perforare; hinc Auctor hanc sententiam non solum observationibus & delinicationibus omnium scriptorum anatomicorum, verum etiam quotidianae experientiae adversari docet, ileumque sinistrum crassorum parietem penetrare, & quidem plerumque non ad angulum rectum, sed ita ut interior angulus acutus, superius vero obtusus fiat.

Denique tanquam singulare quid, & ab aliis non observatum, adhuc notat Auctor, valvulas has coli non ab ingressu ilei in colon, ejusque coarctatione oriri, ut vulgo scribant; sed a tunica coli & caeci formari. Indicat enim se in intestinis exsiccatis observasse, & unicuique ostendere posse, fibrarum cursum cum fibris coli & caeci; minime vero cum fibris ilei convenire; illumque in externis parietibus coli & caeci desinere; coli vero & caeci tunicas intus ita reflecti, ut caecum valvulam inferiorem, colon vero valvulam superiorem conficiat, sicuti hoc in Tabula II figuris illustravit.

Varia tandem argumenta, quae *Biancha* pro annulo musculoso contra valvulam pugnant, vix sunt, solvitur, ostenditur, omnia phenomena ex valvulae natura, longe melius quam ex annulo musculoso explicari posse.

Hist. Politischer Schau-Platz aller Ceremonien ꝛ.
i. c.

JO. CHRISTIANI LUNIGII THEATRUM
Ceremoniale Historico - Politicum.

Lipsiæ, apud Maur. Georgium Weidmann, 1719, fol.

Alph. 16.

CUm nullam bene de publico merendi occasionem omittat
Cel. Autor, noluit iis deesse, qui ea quæ in aulis Principum
usur venire solent, hoc est, leges ceremoniarum colligi ab ipso
optabant. Etenim late patet hic campus, resque admodum ar-
dua videtur, tum ea quæ ad mores, tum quæ ad commercia &
stylum aularum pertinent, iusto ordine digerere, ac velut in
formam artis redigere, quod tentarunt quidem Greg. Leti, Frid.
Wilh. de Winterfeld & Godofredus Stiev, nec hic pane infelici-
ter. At Noster rem melius exemplis quam præceptis ac regu-
lis confici posse ratus, undique collegit, quæ inde a pace West-
phalica in pompis Principum sive festivis sive lugubribus ani-
madversa sunt notatu digna. Cuncta vero ordine, quantum
in his rebus fieri potest, accurato digessit, ac ea præsertim, quæ
mores concernunt, Capitibus 36 digessit, quorum tamen nunc
non nisi undecim priora prodeunt, reliquis 25 una cum his, quæ
ad Cancellariæ consuetudines spectant, in Tomum alterum, for-
te & tertium, rejectis. Nos de cetero apparatus, cum integer pro-
stabit liber, quod proxime futurum speramus acturi, nunc de
primo strictim ac tribus saltem verbis dicemus. Postquam itaque
C. 1 de ceremoniis aulicis earumque jure egisset generatim, & C.
2 de jure præcedentiæ inter summos Reges & Principes, C. 3 in-
gressus Principum, receptionesque & conventus, C. 4 universum
rei domesticæ apud Principes ordinem, C. 5 jura & immunitates
legatorum, C. 6 ea quæ fiunt, cum legati varii ordinis accedunt
ad urbem, salutantve alios aut resalutant, C. 7 ceremonias circa
tractatus pacis, eorumque C. 8 conclusionem jurejurando robo-
ratam, receptas, C. 9 quæ in publicis Imperii Germ. aliorumque
Regnorum Comitibus ac congressibus observari par est, C. 10 ele-
ctionis & coronationis Cæsaris & Regis Rom. tum & C. 11 Re-
gum aliorum ac Principum, solemnitates, suas describit, pro-
lati ubique exemplis selectioribus ac parum obviis.

— X o X —

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Augusti, Anno MDCCXIX.

LES OEUVRES DE PLAUTE, PAR H. P. DE
LIMIERS.

h. e.

PLAUTI OPERA LATINO-GALLICA, EX
*Versione & cum notis H. P. DE LIMIERS J. U.
Doctoris.*

Tomi X.

Amstel. impensis Societatis, 1719, 12.

Alph. 9 Fig. zn. 20.

LES COMEDIES DE PLAUTE, PAR MONS.
GUEDEVILLE.

h. e.

PLAUTI COMOEDIÆ, STYLO LIBERO
*& infucato traductæ notisque varii generis illustratæ a
Do. GUEDEVILLE.*

Tomi X.

Lugduni Bat. apud Petrum vander Aa, 1719, 12.

Alph. 6 pl. 18 Fig. zn. 20.

Officii genus, quod a politissimis in Gallia Viris auto-
rum veterum plerisque exhibitum est, Vati vero Sar-
finati hactenus debebatur, præstiterunt nuper admp-
dum Limerius & Gueudevillius, Viri aliis ingenii
monumentis jam celebratissimi. Quamvis enim ante hos ex-
titerint, qui de Plauto Gallice reddendo consilia ceperunt, iidem
tamen aut elegantiz eloquentizque laudem non sunt assecuti,

T t

aut

aut in aliquot modo fabulis suam doctis comprobarunt industriam. Nunc vero ita cumulate, quicquid ad Patrem jocosum ornandum conferri poterat, in eum congestere Interpretes laudatissimi, ut videri possit, eosdem tam diuturnum neglectum insigni plane cura & cultu veluti compensandum sibi sumfisse. Junximus merito libros, quos annus natalis, forma, voluminum numerus, argumentum, alia jungunt, quanquam eosdem in multis diversissimos esse, lubenter fatemur.

Limerius nonnulla de Plauti patria, ætate, qua vixit, gente, forma, moribus, Deorum reverentia, morte, laudibus, comædiarum, quas scripsit, numero, stylo denique & difficultatibus, quæ interpreti negotium facessunt, haud ineleganter præfatus, Daceriæ dissertationem exhibet, in qua, fabulis a se editis olim præfixa, illa de triplici apud Græcos comædia, veteri, media, & nova, fatis istius artis apud Romanos, vi Comica, qua Plautus Terentium superasse videtur, de suo denique instituto exposuit. Dedit nempe Daceria prior fabulas Plautinas, nec nisi tres, Amphitruonem, Epidicum, & Rudentem; dedit & elegantis ingenii Vir Costius Captivos, quas interpretationes, cum Limerius probæ notæ esse animadvertisset, maluit illas suas facere suaque attexere, quam id, quod actum erat, iterum agere, maxime cum eandem, quam illi, interpretandi rationem sequi constituisset. Caput cujusvis comædiæ Examine ornaverat Daceria, qua fabulam ipsam ad artis regulas exegerat, idem fecit in suis Limerius; apud utrumque paginarum adversarum altera Plauti verba, altera interpretationem exhibet, hæc utrinque oratione prosa est, non neglecto tamen linguæ morumque Gallicorum genio, notulæ denique haud indoctæ plerumque inferiorem partem exornant, quamvis haud diffidendum sit, & plurimas & meliores Taubmannianæ industriæ deberi. Ultimo Tomo Limerius dedit Fragmenta Plautina Parcana industria collecta, hic vero in tres veluti cohortes, primam eorum, quæ sunt comædiarum deperditarum, sed quorum nomina extant, alteram eorum, quæ incerto comædiæ nomine vagantur, ultimam vero eorum, quæ nomina comædiarum superstitum præ se ferunt, nec in nostris Codicibus leguntur, distincta. Hæc excipiunt Electa Plautina sive Sententiæ

ex Plauti Comœdiis selectæ pariter Gallicæ donatæ. Tandem Indices duo opus claudunt, alter vocum Plautinarum Latinus, alter rerum Gallicus.

Gueudevillius Limerio non cedit industria, qui in ipsa fronte operis & Comicæ artis tot accusationibus oneratæ & Comicorum Latinorum Principis causam ampla præfatione agit ita diserte atque facunde, ut omnino in ejus sententiam eundum sit. Nihil nimis fuit Plautus in sectandis moribus, nimis in vocum lusibus, idem dici potest verbosus, obscœnus, verisimilitudinis theatraliumque legum aliquando negligentissimus; istæ tamen maculæ non faciunt, quo minus Sol Comicus habeatur, cujus nobilitatem ipsa antiquitatis prærogativa satis arguit. Post præfationem ea Gallice leguntur quæ de Vita Plauti Latine habent Petrus Crinitus & Lil. Gregor. Gyraldus. Uniuscujusque Fabulæ frontem ornat Argumentum copiose & pro dignitate fictionis deductum, calcem vero dissertatio, in qua de moribus, quæ in ipsa comœdia laudati sunt aut notati, prudenter & jucunde judicatur. Plautus ipse hic non exstat; interpretatio tamen pariter soluta oratione confecta elegans est & alteram illam ubertate, festivitate & comica vi superat. Neque enim Plautinos sales Gueudevillius modo sequitur, locupletat eosdem, auget, amplificat, quod nonnullis minus commodum videbitur, qui non nisi Plautina volent; alia tamen Plautum Latine editum decere, alia in Gallice vestito nostris; ævi Theatris aptato licere, facile crediderimus. Notæ in ora paginæ inferiore adjectæ sunt, tribus in fabulis ex Daceria, in reliquis ex communi fonte Taubmanniano putæ, maximam partem hausit. In fine operis Fragmenta comparent Plautina Gallice versa & Obscœnitatum Index, lectoribus, qui ejusmodi scopulis offenduntur, haud inutilis.

Data est Versionum notitia, elegantium certe & nitidarum, quamvis haud eamus in finibus alteram alteri suis in locis, utramque vero ipsi Plauto Romano concedere. Liceat in uno alterove loco istas contendere. Præcipuum est Plauti Romani, sæpissime ludere in verbis, quod Interpretes vix assequuntur. Ita in Amphitr. A. I Sc. I v. 4 verba: inde quasi e promptuar

cella depromar ad flagrum, in utraque versione, ipsis Interpretibus fatentibus, frigent. Ita eodem in loco v. 148 illa:

Formido male

Ne ego hic nomen meum commutem & Quintus fiam e
Sofia.

Quatuor Viros sopori se dedisse hic autumat:
Metuo ne numerum augeam illum.

nulla hodiernarum linguarum recte & pure reddi possunt; ambiguitas est in nomine Quinti; neque vero habet Gueudevillius quod hic reprehendat, ac si pugni nihil contineant soporiferi. Sopor gravior somnus est, qui adeo de morte ipsa, vel certe de animi deliquito recte dicitur, quod hospitio pugni excepto facile evenire posse, in propatulo est. De illo hospitio est in v. 140, cuius leporem neglexit Daceria, sectatus vero est Gueudevillius: *on va m' indiquer pour l' batellerie au poing levé & bien frappant*. Pugni enim hospitio legendum est cum Douza, & huc revocanda, quæ Sofias v. 7 dixerat:

Ita

Quasi incudem me miserum homines octo validi cædant; ita
Peregre adveniens hospitio publicitus accipiar?

Taceo in unica ista scena alia ejusdem commatis, v. 188:

MERC. Verbero. SOS. mentiris nunc jam.

MERC. At jam faciam ut verum dicas dicere.

& paulo post v. 192.

MERC. Ego tibi istam hodie scelestam comprimam linguam. SOS. haud potes:

Bene pudiceque asservatur.

Jocus obscenior, sed argutus plane, nec non illud, v. 227:

MERC. Amphitruonis te esse ajebas *Sofiam*. SOS. peccaveram.

Nam Amphitruonis *socium* næ me esse volui dicere.

quæ ab Interpretibus plane sunt negligenda. Sed in aliis quoque nativum decus Plautus haud raro amittit. Ita v. c. v. 163: Mirum ni hic me quasi murænam exollare cogitat, Daceria vertit: *Je crois par ma foi, qu' il a envie de me de joffer, comme un lievre, qu' on veut mettre en pate*, mira metamorphosi, quam etiam

Gueu-

Gueudevillius ad h. l. ridet. Nescimus, quis Daceriz persuaserit, v. 166 vocem *absuit* non præteriturum esse, sed subjunctivum antiquatum; malimus certe veterum auctoritatem adductam esse. Neque eo facto vinceret. Ita vero illa: MERC. Atque haud longe abesse oportet. SOS. Verum longe hinc abfuit (*abfit*)

Illic Homó superstitiosus est.

Sensu plane distorto & incommodo. Reliqui ita legunt:

MERC. Atque haud longe abesse oportet, verum longe hinc abfuit.

SOS. Illic homo superstitiosus (*divinator*) est, & cum illis Gueudevillius. In v. 171 uterque interpres dormitasse videtur:

MERC. Illic homo a me sibi malam rem arcessit jumento suo.

SOS. Non equidem ullum habeo jumentum. MERC. onerandus est pugnīs probe.

Daceria: MERC. *Cet homme vient au galop pour charger sa bête de malencontre.* SOS. *Moi je n'ai point bête a charger.*

MERC. *Il faut que je lui donne sa charge des coups de poing.*

Gueudevillius: MERC. *Cet impertinent messager avec sa bête de charge pourroit bien recevoir de moi certaines faveurs qu'il ne brigue pas.* SOS. *Sur mon ame je n'ai point d'animal de somme, pas meme un Ane a moins qu'on ne dise que c'est moi.*

MERC. *Il faut lui donner une bonne charge de coups de poing.*

Plane præter mentem Plauti, qui hic iterum Iuditin voce jumentum, quod & Interpretes & Commentatores neglexerunt.

Jumentum Mercurio Plautino est adjumentum, quod in risum vertens Sofias pro bestia farcinaria accipit. Monere debuissent imprudentes verba illa: Onerandus est pugnīs probe, quæ neutro genere erant efferenda, si Plauto fuisset ea mens, quam illi volunt. V. 236. SOS. Quid si fallar? MERC. Tum Mercurius Sofiaz iratus fiet.

Hæc Gueudevillius ita: SOS. *Mais si vous me trompiez?* MERC. *En ce cas la je consens, que Mercure, le Dieu des menteurs, se fache contre Sofie, uoi quel horrible serment?*

Sed perperam. Sofias vapulans serio cupiebat fieri inducias a pugnīs, qui ejusmodi juramento derisorio fidem non habuisset.

Sensus Plauti est planissimus. Quid si fallar, si pacto neglecto

glecto me verberabis? Respondet Mercurius: se Sofiam tum iratum fore, quo ipso Sofias de praesentia istius Dei haud edoctus ludificabatur.

Sed nec Limerius in omnibus ad palatum est. Notabimus nonnulla ex Aulularia A. II Sc. II v. 29. Megadorus de Euclione. Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior. Limerius: *Je ne connois personne, qui soit si menager que cet homme la, tout pauvre qu'il est. Non placet, nechez Gueudevillii: la pauvrete le rend le plus avar de tous les hommes.* Plautus hominum genus facit duplex, aliis paupertas sordes imperat, ne ipsis nunquam non nil sit, aliis divitiarum, ut nil unquam satis sit. Inter illos parcissimus fuit Euclio in illa urbe & ea tempestate. Quod enim Camerarius ad l. l. notat, ex paupertate dici ex ordine sive numero pauperum, vernaculae nostrae genium redolet, & doctissimo Viro per incuriam excidisse videtur. Versus 41: *Quae res recte vortat mihi tibi que tuarumque filiarum, minus recte redditur: J'ai une chose a vous proposer, qui vous fera plaisir, a vous, a moi, & a votre fille.* Meliorem habet Gueudevillius: *plaise au Ciel, que la chose tourne a notre avantage commun.* V. 65: *Quid crepuit quasi ferrum modo? Limerius: Quel bruit viens je d'entendre comme d'un fer qui se rompt; certe rectius Gueudevillius habet: Quel bruit viens je d'entendre, c'est comme des instrumens de fer.* Quid ni? Megadorus statim respondet: hic apud me hortum confodere iussi. Ita minime Euclionis in ancillam conjectae versus 71:

Si hercle ego te non elinguandam dedero usque ab radicibus Impero auctorque sum, ut tu me cuiusvis castrandum loces. apud Limerium frigent. Jocus est Plautinus paulo obscurior, sed nostra sententia admodum argutus, qui ad talionis jura suam originem refert, cum ob sexus sequioris loquacitatem mari evirato haud dispar sit femina elingua, vel, ut Pacuvius habet, lingua castrata.

Supereff ut moneatur, Limerium, cum ad Fabulam XVIII pervenisset, subito a Dacia sua defectionem fecisse, & Stichum Trinummumque carmine expressisse, daturum eodem modo ultimam fabularum Truculentum, nisi operae Typographicae ipsum

ipsum urfissent. Existimabunt nonnulli, interpretem non modo industrium, sed felicem quoque, cum totidem versibus, quot habet Plautus, duas illas Comœdias reddiderit, alii tamen præoptabunt, doctissimum Virum libero, ut antea, campo decurrisse. Tantum enim abest, ut cum Limerio statuendum sit, ligatam orationem unice & quammaxime decere Comœdias, ut potius in hoc uno ad Daceriz sententiam propius accedendum videatur, quæ solutis versionibus favet. Incongruum est atque minus veri simile, mille fraudes & imposturas, repentina consilia, liberrimos sales, ferviles jocos & probra pedibus constricta exhiberi, nisi mos jam inveteratus aliud imperet. Argumentum haud leve ducitur a summa Comitorum licentia, & Plauti in primis incredibili numerorum neglectu. Et quæ denique Interpretem urget necessitas eam viam ingredi, in qua Plautum ipsum sæpissime perdit. Dabimus specimen e Trinummio A. I Sc. I v. 6-9.

Nam hic nimium morbus mores invasit bonos,
Ita plerique omnîs jam sunt intermortui.
Sed dum illi ægrotant, interim mores mali
Quasi herba irrigua succreverunt uberrime.

Hæc Poeta noster ita reddit:

Que le vice est commun, que la licence est grande,
Presque tous les humains s'en trouvent infectez;
De ce mal dangereux que de cœurs sont gatez
Par tout, ainsi que l'herbe on voit croître le vice.

Certe licet Sofiæ Vulcanum in cornu media die geras, Plautum non agnosces.

Dicta sunt, quæ dicenda videbantur, non ea fini ut quicquam laudi Clarissimorum Interpretum, quam insigni opera Plauto navata uberrime mernerunt, detractum velimus. Utrique Versioni suum constat, constabitq; pretium. Placebit multis Plautus Gallico sed adstrictiori toga vestito junctus; placebit non paucioribus Plautus Gallicus fluxa magis, sed vere comica veste indutus; immo quibus utrumq; inter se comparare operæ videbitur pretium, si ex nitidissimarum quoque figurarum, cuilibet fabulæ in utraque editione præfixarum, collatione haud injucundum spectaculum capient.

ACA-

Norimbergæ, sumptibus Academiæ, 1719, 4.

Alph. 4 Tab. zn. 15.

NUnquam otiosi Naturæ Curiosi novum nunc elegantiorum observationum & tractatum nobis offerunt proventum, ex quibus potiora cum L. B. communicabimus.

In Centuriæ VII obs. 10 D. Adam Friedericus Pezoldus phthisin in aliquot foeminis per succum plantaginis acutæ & elixis Proprietatis sine acido curatam allegat, effectumque hunc faustum virtuti traumaticæ utrorumque istorum medicamentorum adscribit, qua pulmonum substantiæ læsæ ab infarctu sanguinis stagnantis, qui ulceri ausam dederat, prius liberatæ succurrerunt; & in obs. 12 palingenesiæ veritatem exemplis corticis & ligni schacharillæ, coralliorum & cancrorum propria experientia tuetur. D. Johannes Adamus Gorizius in obs. 15 Thee Romanum, quod in horto suo Ratisbonæ severat, describit, ejusque vires ad calculum frangendum, catarrhalem materiam incidendam, & scabiem, luemque veneream curandam deprædicat. D. Samuel Steurlin obs. 18 factum putridum ex vivæ matris utero occasione ulceris sub umbilico aperti extractum salva matris vita; & obs. 19 alvum ex esu fructuum acaciæ pertinaciter clausam per nicotianæ decoctum in lacte factum & cum linteis applicatum atque mercurii dulcis cum jalappa usum internum ex voto reseratam perhibet. D. Godofredus Heldius obs. 63 veram pestis originem ex ventribus Turcarum a Maslach frequenter comesto derivat; per Maslach vero intelligit opium, vel simplex, ex capitum papaveris albi ad maturitatem vergentium scapis decussatim incisis, sub forma succi prolectum, ut & ex thyrsis & foliis expressis collectum ac inspissatum, vel compotum instar Philonii Persici sive Mæiuz, & Romani. D. Michael Friedericus Lochnerus obs. 65 scrophulariæ aquaticæ majoris virtutem traumaticam commendat, varique de diversis scrophulariæ speciebus edisserit;

Fig. 1.





Fig. 2.



Fig. 4.



ferit; *obl.* 68 & 69 empyema ex pleuritide neglecta factum, per clysterem fortem sanatum, & pestem per incisionem bubonum ante eorum intumescantiam curandam tradit D. Johannes Christophorus Sprögelius. D. Adamus Fridericus Pézoldus *obl.* 79 veram atque genuinam spiritus vitrioli antepileptici Theophrasti Paracelsi, mixturæ simplicis, & sulphuris vitrioli anodynæ præparationem docet, eorumque vires medicas declarat, atque perniones cinere de muribus combustis optime sanari *obl.* 80 perhibet. D. Joh. Fridericus Weismannus ex resolutione ligni Syringæ cœruleæ seu Lilac Matthioli ob particulas balsamicas, resinosas, in scorbuto, affectibus pectoris, vulneribus, &c. ubi balsamica locum habent, optimo cum successu adhiberi posse illud, edoctum se esse *obl.* 83 fatetur.

In Centur. VIII *obl.* 1 D. Michael Fridericus Lochnerus de phthiriasi cordis Plinii Valeriani uberius differit occasione vermium in corde puellæ reperorum. D. Elias Camerarius contagia boum ad homines etiam transisse, iisdem hactenus innocua credita & observata, *obl.* 44 duobus exemplis probat. Lic. Christophorus Valentini peripneumoniam suppuratam per diarrhoeam purulentam terminatam *obl.* 56 recenset. L. Johannes Jacobus Dillenius Hirudinum Anatomem *obl.* 57 sistit, & D. Christianus Gottlieb Reufnerus mentionem cinguli lithontriptici *obl.* 58 facit, quod Lincio, metropoli Austriæ superioris, in Silesiam apportatum fuit, & ex linteo duplicato, cui radix quædam exotica, coloris flavi, odoris paululum virulentum, dum recens est, saporis autem nullius, infusa est, fabricatur, insimulq; quatuor personas, quæ illud non sine effectu laudabili gestarunt, allegat. D. Christianus de Helwich febrem variolæ confluentes excipientem per blanda evacuantia curari, expertum se esse *obl.* 60 dicit. D. Laurentius Heister in *obl.* 63 novam & accuratam glandulæ thyroideæ, glandularum bronchialium, & asperæ arteriæ cum præcipuis ramis in magnitudine naturali delineationem dedit, nec minus in *obl.* 64 singularem & pulcræ venæ azygæ distributionem exhibet, & ne quis amplius de membranæ hymenis existentia dubitet, eam in *obl.* 69, prout in puella 13 vel 14 annos nata conspexit, depingi curavit. Hæc

Uu

antem

TAB. IV.

Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 3.

autem non partem tantum orificiū vaginæ, sed totum amplexat, & quasi occludebat, satis robusta, in medio tamen non longum & perpendicularem, sed angustum & inæqualem hiatus habens. D. Michael Fridericus Lochnerus de Lapide Quadra Sineasi, ejusque virtute foetum, menses, calculum, serum hydropticorum pellendi, hysterica simul, carminativa, laxante, traumatica fufius agit.

In Appendice post varias Constitutiones epidemicas sequentes leguntur tractatus. Johannis Hieronymi Zanichelli de ferro ejusque nivis præparatione dissertatio; D. Rudolphi Jacobi Camerarii Stationes Baroscopica; D. Laurentii Civinini Anatomia Alexandri Marchettis; D. Godofredi Benjanini Preussii Biga observationum Medicarum, scilicet de parte Matri Rosæ prolifera fatali, addita exemplorum naturæ in tribus regnis prolifera, & variarum causarum collectione; & de abdominis totius hiatus, visceribus maximam partem pendulis, liene ventriculo incarcerato in recens nata puella; Anonymi Relatio de serpentum antró Romano; D. Marci Gerbezií Responsum de Curatione februm petechialium; D. Johannis Philippi Breynii de Alcyonio Britannici maris; D. Michaelis Friderici Lochneri Commentatio de Acriviola, ejusque novis speciebus flore pleno, & de Peruviana foliis quinquifidis; D. Johannis Adami Genselii Memoria Raygeriana; D. Michaelis Ernesti Ettnulleri disquisitio: an plantæ venenatæ ante lapsum protoplastorum extiterint? adjuncta Memoria Schmieriana.

Explicatio Figurarum.

TAB. IV. Tab. IV Fig. 1 exhibet glandulam thyroideam, quomodo Fig. 1. in adulto se conspiciendam præbet.

- A. A. Glandula thyroidea lateribus paulo expansis.
- B. Medium, ubi quasi divisa, attamen continua est.
- C. C. Pars, ubi crassissima, pollicis crassitiam superans.
- a. a. Apices partium lateralium sursum utrinque exportecti.
- a. a. b. b. Tractus lunam erefcentem sive cornutam exhibens.
- c. c. c. c. Vasa sanguifera superficiem perreptantia.

D. D. Aspe-

- D. D. Aspera arteria integra.
- E. E. Divisio ejus in duos ramos, Bronchia dictos.
- F. F. F. Bronchiorum præcipue sive majores divisiones.
- G. G. G. G. Glandulæ bronchiales, nigricantis coloris, in divisionibus & subdivisionibus bronchiorum sitæ.

H. H. Cartilago thyroides laryngis.

I. I. Musculi parvi cricothyroidei dicti.

Tab. IV Fig. 2 sistit glandulam thyroideam in infante. **TAB. IV.**

A. A. Glandula thyroidea.

â. a. Ejus cornua.

B. B. Aspera Arteria.

Fig. 2.

C. Cartilago thyroidea.

D. D. Musculi hyothyroidei. E. E. Musculi cricothyroidei.

Tab. IV Fig. 3 repræsentat totam venam azygon ex infante maturo in partu mortuo, & quidem naturali magnitudine delineatam. **Fig. 3.**

A. Truncus simplex sive unicus venæ azygæ a vena cava superiori, in quam inferebatur, resectus.

B. C. Rami ejus superiores in dextro vertebrarum latere ad secundam, in sinistro ad tertiam tantum costam ascendentes.

D. E. Rami inferiores, in sinistro latere in venam emulgentem, in dextro ad ultimam costam se inferentes.

F. Anastomosis quatuor ramorum sextæ thoracis vertebræ accumbens.

G. Vena emulgens sinistra, qua inflata omnes rami elevabantur, 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. numerus costarum, ad quas rami minores, ubique duplices excurrerant,

Tab. IV Fig. 4 Membranam Hymenem conspectui offert. **Fig. 4.**

A. A. Labia pudendi diducta.

B. Mons Veneris.

C. Perinæum.

d. Clitoris.

e. e. Duæ nymphæ.

f. f. f. orificium Vaginæ.

g. g. g. g. Membrana Hymen.

HISTOIRE DE L'ACADEMIE ROYALE DES
Sciences. Année M DCCXV &c.

hoc est,

Uu 2

HISTO-

ACTA ERUDITORUM
 HISTORIA ACADEMIÆ REGIÆ SCIEN-
 tiarum Anni 1715 cum Commentariis Mathematicis
 & Physicis ejusdem Anni.

Amstelodami, apud Petrum de Coup, 1719, 12 reg.
 Plag. 30 $\frac{1}{2}$ Tabb. zn. 18.

IN *Physica generali* nova ratione in transitum aeris & aquæ per poros quorundam corporum inquisivit *de Reaumur*. Scilicet alterum baroscopii extremum materia ad examinandum propofita aperitur: si enim aer transit, Mercurius depressetur. Hac ratione reperit, aerem transire per chartam, quantumvis spissam, lento tamen gradu, nequaquam vero patere transitum per chartam humidam, quantumvis subtilem. Eodem modo se res habet cum membrana pergamena vetere. Similiter aer non penetravit per vesicam porcelli, etiamsi externa superficies eidem exponeretur; penetravit tamen aqua, etsi admodum lente, quæ una aeris pauculum secum per poros deduxit. Aqua penetravit etiam per interiorem vesicæ superficiem: unde concluditur, membranas corporis penetrari posse a certis liquoribus, aeris extraordinaria rarefactione facta, etiamsi ordinarie transitus negetur. Quæ de fluxu & refluxu maris hactenus proposuit *Cassinus*, novis observationibus *Breslæ* factis confirmat, ut adeo pro certo habere possit, æstum maris a tribus hisce principiis generalibus pendere, nimirum a phasibus Lunæ, ab ejus a Terra distantia, ab ejusdem declinatione. *Cassinus* actionem declinationis subduplam æstimat actionis distantie. E. gr. si Luna in Perigæo existente affluxus incrementum fuerit 2 pedum; ob eandem in æquatore constitutam idem nonnisi unius pedis erit. Observat etiam affluxum fieri celeriorum, quæ major deprehenditur. Ceterum quæ de Luna modo annotata sunt; eadem in Sole quoque locum habent, etsi vis Solis multo minor vi Lunæ reperitur. De *Louville* fulminis effectus in arborem quandam describit: ubi notatu dignum, quod in arbore fissa nullum adustionis vestigium fuerit deprehensum. Rationem eandem reddit, quam de similibus effectibus dudum protulit *Mariottus* in Tractatu de

de corporum conflictu. Confugit scilicet ad aerem a fulmine propulsum. Quæ de *Lagny* de conchis petrefactis significat, exigui sunt momenti, in tanta istiusmodi observationum copia, quæ in publicum prostant. Non tamen prorsus inutile est, plures proflare. De *la Hire* quantitatem aquæ pluviz A. 1713 reperit $247\frac{1}{2}$ librarum, seu 20 digitorum cum $7\frac{1}{2}$ lineis. Solus mensis Julius quartam fere dedit partem, & ordinarie mensibus Junio, Julio, Augusto major aquæ pluvialis est quantitas quam toto reliquo anno. Maxima altitudo Mercurii in barometro fuit 28 dig. $4\frac{1}{2}$ lin. id quod contigit d. 26 Novembris. Minima 26 dig. $10\frac{1}{2}$ lin. accidit d. 29 Octobr. Declinatio acus magneticæ d. 29 Dec. observata fuit $11^{\circ} 12'$ versus occasum. Acus longitudo fuit 8 digitorum. Tandem *Godofredus* junior historiam *Gummilacche*, quam vulgo vocant, & eandem cum Cancamo *Dioscoridis* esse arbitrantur, contexit. Speciem ceræ esse ostendit, a peculiari insectorum genere apud Indos ad eum modum productæ, quo apes favos efformare solent, ut scilicet in ejus alveolis foetus producantur & conserventur. Occasione data simul de aliis materiis annotat nonnulla, quibus ad colorem purpureum inducendum utuntur.

In *Anatomicis* paradoxon declarat *Mery*, quod in systemate hydropis tympanitidis supposuerat *Littre*, cur nimirum hoc affectu laborantes nec rictum, nec crepitum ventris edant, etiamsi stomachus & intestina sint aere plena. Ratio hæc est, quod fibræ cum ventriculi, tum intestinorum paralyticæ, saltem ex parte, ob defectum elateris resistantiam sphincterum stomachi & ani vincere nequeunt. *Roubaux* studio singulari in placentam uterinam & chordam umbilicalem inquisivit: quæ vero singularia annotavit, ad tria potissimum capita redeant. I Si placenta per vasa umbilicalia infletur, aerem & sanguinem facile transire per superficiem graviditatis tempore utero continuam, nequaquam vero per alteram foetui oppositam. Hac observatione in rem suam usus *Mery* inde confirmavit, quod alias defenderat, superficiem priorem membrana esse destitutam perinde ac uterum, eadem tamen vestire posteriorem, atque hinc porro conclusit, sanguinem a matre deferri

ad foetum, & inter foetum ac matrem circulationem esse reciprocam. Equidem nonnemo hanc circulationem impugnavit, quod in canis catulos mox edituræ venis apertis, ut sanguis omnino efflueret atque ipsa moreretur, dimidia post mortem hora catulos in utero vivos & sanguine plenos reperit; sed sanguine destitutos ab aliis deprehensos notavit *Mery*, qui uterum non ante aperuerunt, quam ipsi quoque catuli mortem subiissent. Provocavit idem ad aliud experimentum, quod non immerito satis decisivum vocat *Fonsnellius*. Scilicet cum foetu in lucem edito, sed placenta cum utero adhuc coherente, chorda umbilicalis dissecta non ligaretur, ea sanguinis quantitas per venam umbilicalem propullulavit, quæ sex librarum pondus æquabat, non sine præsentissimo vitæ matris periculo. 2. Observavit præterea *Roubaut*, chordam umbilicalem præter venam & duas arterias, quarum ista habet diametrum diametri arteriæ duplam, formari ex corpore spongioso, cujus cellulae sunt liquore limido, sed glutinoso, gelatinæ instar, plæque, ut non modo vasorum mollities & flexilitas conservetur, verum etiam ne foetus motus sanguinis in iisdem motum impediatur. 3. Membranam inter chorion & amnion medianam, quam nonnulli, iudice Nostro, perperam *urinariam* vocant, ipse a loco *medianam* dicere mavult, hunc habere usum contendit, ne vasa capillaria, in qua tum vena tum arteriæ chordæ umbilicalis disperguntur, ad evitandum in partu hæmorrhagias periculi plenas, disrumpantur motibus matris. Tumores ventosos ab ære sub membrana incluso formatos describit *Littre*, & in eorum causam inquirat. Credit ærem separari a liquore propter obstructionem in parte vicina congesto. Observavit idem in cadaveribus ob sanguinis jacturam mortuorum 1. per tunicas quarundam venarum exiguas aeris bullulas sanguini innatantes, 2. exiguos venarum ramulos a corde remotos aere loco sanguinis plenos. Est piscium marinorum genus, cui *torpedinis* inditum nomen, propterea quod manui atque brachio a contactu torpedinem inducit. Effectum non esse fabulosum, observatione *Redi* atque *Borelli* constat. De *Reaumur* data occasione in eundem inquisivit & circumstantias notatu dignas re-

cenfuit, quas haftenus non fatis attenderunt hiftoriae naturalis fcriptores. Totum myfterium in eo confiftit, quod pifcis ad contactum mufculos dorfi magna vi constringat, ut figura convexa degeneret in planam vel prorfus concavam, qui maxima celeritate refilientes in manum contingentis motu violento impiangunt. Unde non mirum, quod enecato innoxii vefcantur. *Paulus Bernbardus Calvo*, chirurgus Taurinenfis, cum Academia Scientiarum communicavit obfervationem raram foetus in sacco ex membrana tubae dextrae exteriore formato concludi. Post nonum mensem cum mater tumorem prope umbilicum contraxiffet, eundem aperuit, & foetum jam putredine correptum extraxit, matre undecim ab operatione diebus elapfis mortua. Notatu dignum est, quod mater toto gellationis tempore omni prorfus lacte in mammis deftituta fuerit. *Anellius* calum memorabilem recenfet, ubi foemina sexto graviditatis mense enixa est maffam, quae ad pugni magnitudinem accedebat. In ea foetus, a chorda umbilicali feperatus, noni major comparebat, quam sub finem primi mennis effe folet, placenta tamen cum membranis ad eam magnitudinem excreverat, qualis sub finem feptimi mennis notatur. *Littre* denique herniam rariorem & *de Reaumur* vermem aquaticum fingularem defcribit.

In Chymicis *Boulduc* hiftoriam purgantium continuans analyfin Agarici repraeftentat, cui majus ftatuere pretium veteres, quam recentiores. Ope fpiritus vini tincturam extraxit refinofam, cujus una gutta ob odorem & faporem intolerabilem vomitum ciebat. Deprehendit autem, vim purgativam foli parti corticali inefse. Aqua pura nihil inde extrahit: obtinuit tamen extractum purgans ope aquae fale Tartari impraegnatae, nec non ope aceti deftillati. Deftillatio dedit falis volatilis plurimum, effentialis perpaucum. *Hombertius* defcribit modum, quem invenit, volatilia reddendi falia fixa plantarum. Insigni candore exponit, quid ea in re cafui, quid ingenio debeat. Quae enim fortuna obtulerat in cafu particulari, non fine fuffeffu imitatus in aliis ad methodum univerfalem pervenit. Scilicet cum fapo cafu exhibuiffet falia fixa, veluti fponfe fua volatilisata; falia fixa plantarum ad volatilitatem

tem dispositurus primum in saponem redegit, sponte volatilia redditurum, ad majorem volatilitatis gradum per artem evehenda. *Lemery junior* confirmat & ampliat systema suum de coloribus præcipitati Mercurii, quod A. 1712 dedit. *Boulduc* examinat vim purgantem florum & foliorum persicorum, Si surculus persici fuerit insitus stemmati pruni, vis purgans major inest floribus, quam si insitus fuerit stemmati amygdalæ. Ratio manifesta: prunis enim aliqua competit vis purgandi, amygdalis nulla. Majorem tribuit efficaciam florum gemmis, quam floribus explicatis, & tincturam ope aquæ factam præfert alteri ope spiritus vini factæ. Tincturam facilius conservari observat succo expresso. Eandem efficaciam, si non majorem, foliis junioribus vindicat & præfens contra vermes infantum remedium in eorum tinctura agnoscit. *Polius* fermentationem salium alcalinorum cum alcalinis & acidorum cum acidis confirmavit. Sal Armoniacum, sal cornu cervi & alia alcalina volatilia fermentant cum sale Tartari. Idem paravit spiritum sulphuris concentratum, qui subito cum aqua effervuit. *De la Hire junior* observavit, tectorium non alia re magis aquæ impenetrabile reddi, quam si ingrediantur ejus compositionem limatura ferri, acetum vini & sal. *Polius* genus salis petreæ tradere conatur & *Lemery junior* de phosphoris commentatur. Varia describit phosphorum genera methodo *Homborgiana* paranda.

In *Botanicis* plantam describit *Rencaume*, quæ hætenus Botanicorum Gallorum industriam elusit, dubio procul quia repertu difficilis. Etenim dimidii pedis intervallo sub aquis depressam invenit, etiamsi fluvius esset admodum humilis. Nomen ipsi dedit spongiæ fluviatilis ramosæ, fragilis & piscem olentis. Similiter *Jussieu* duas describit *Gallie* species. Prima vocatur *Gallium saxatile, minimum, supinum & pumilum*; altera *Gallium saxatile, supinum, molliore folio*. Idem A. 1714 librum edidit, cui titulus: *Planta per Galliam, Hispaniam & Italiam observata, iconibus æneis exhibitæ a R. P. Joacobo Barreliero &c.* Autor libri fuit primum Medicus Facultatis Parisiensis, deinde Monachus Dominicanus. Ordo religiosus cum eum obligaret excurrere in Provincias Gallie, Hispa-

Hispaniæ & Italiæ, occasione usus herbas collegit, æri incidi curavit & descriptiones Latinas addidit. Diem supremum obiit A. 1673 & paulo post chartæ ejus flamma ferali correptæ; tabulæ vero æneæ ætate detrimentum passiæ. Cum *Jussieu* obtinuisset quædam exemplaria, quæ Autor, cum adhuc esset in vivis, donaverat amicis Botanicis, & inde occasionem nactus esset inquirendi in opus hoc Botanicum, eidem emendando, ordinando & supplendo triennium impendit.

In *Geometricis* intersectiones, curvarum expendit *Rollius*, per quas radices æquationum determinari solent. Exempli loco adducit æquationem septimi & aliam octavi gradus. Illam construit ope quadrantis circuli & curvæ septimi gradus; hanc ope quadrantis circuli & curvæ octavi gradus. Quadrans illam in septem, hanc in octo punctis secat. *Varignonius* regulam centrobaricam *Guldini* & insignem ejus a *Leibnitio* in his Actis A. 1695 p. 493 factam promotionem demonstrat, ubi obiter novam promittit editionem ideæ novæ mechanicæ, quam olim publici juris fecit. Proponit etiam regulas generales inveniendi centra gravitatis in omni magnitudinum genere, & multa addit, quibus methodus centrobarica promovetur. In Historia refert *Fontenellius*, quæ circa resistantiam medii tentaverit *Bomic*. Scilicet problema aliquod a *Newtono* per series infinitas solutum calculo *Leibnitiano* solve aggressus, quo idem facilius & exactius solvi posse arbitratus. Problema tale est: posita resistantia medii in ratione duplicata celeritatum invenire densitatem medii in locis singulis requisitam, ut mobile curvam datam describat. *Saulmon* quadrare docet zonam circularem, quæ ad aream circuli appropinquare potest differentia quavis data minore, & methodum, qua utitur, generatim ad sectores & segmenta quævis extendit, tum etiam ope zonæ quadratæ segmentorum nonnullorum sphericorum cubationem definit. Alias sphæræ portiones cubat *deLagny*, quas pyramidum & conorum sphericorum nominibus compellat, ansa arrepta a cubatione conorum cylindricorum, quam eodem fere tempore, sed diversa ratione, dederunt *Pascalius*, *Laluberius*, *Gregorius a S. Vincentio*, *Wallisius* & alii.

Tandem *de la Hire* rationem pedis antiqui Romani ad pedem communem Parisinum definiit, variis argumentis evincens, quod 11 Parisini digitos adæquet Romanus. Pedem vero Græcorum fuisse $11\frac{1}{2}$ digitorum Parisini simul probat. Addit etiam nonnulla de mensuris aliis. Monet præterea, si Romani mensuram exactam aliquot partium in ædificiis ipsorum præcipuis literis mandassent, citra difficultatem in notitiam pedis ipsorum perveniri datum fuisse. Quamobrem præsentis pedis Parisini magnitudinem ad posteros propagaturus, mensuram variarum partium in magnificis ædificiis Parisinis sub finem tractationis consignavit.

In *Astronomicis* maculam in fascia Jovis, postquam annis quinque latuerat, redeuntem observavit *Maraldus*, & cum disco Jovis inhæreat, inde motum vertiginis Jovis determinat 9 horarum & 56 primorum, quemadmodum ope eadem maculæ eundem ante definivit *Cassinus*. Macula hæc nunquam redit sine fascia, etsi fascia aliquoties redierit sine macula. Idem d. 12 Sept. 1713 maculam observavit in quarto satellite Jovis, quam disci dimidiam partem occupasse inde concludit, quod nonnisi dimidiò tempore sub radiis Jovis dehituerit, quam motus ejus ferebat. *Cassinus* methodum determinandi refractiones siderum declarat, duabus tantum per observationem datis. Fundatur in principio Dioptrico *Snelhii*, quod sinus anguli incidentiæ ad sinum anguli refracti sit in ratione constante. Ut autem eodem in præsentis negotio uti possit, ex duabus refractionibus observatis altitudinem materiæ refractivæ primum in hypothese propagationis luminis rectiliniæ deducit 2000 hexapedarum Gallicarum. Sed cum ob diversam aeris densitatem radius per aerem transmissus sit curvilineus, in hypothese densitatis in ratione numerorum naturalium 1, 2, 3, &c. crescentis figuram hanc esse arcum circuli concludit. Atque hinc supposita refractione horizontali 32' 20" altitudinem materiæ refractivæ fere triplam & sesquialteram prioris reperit. Cumque hæc admittit altitudinem gradû decimò conveniat refractione 5' 24" cui per observationem respondet refractione 5' 28"; figuram radiorum circula-
rem.

rēm a veritate parum abesse infert. Non tamen diffitetur, quod subinde a Tabula, ex his fundamentis computata, hieme præfer-
 tim in vicinia horizontis observationes discesserint. Operam
 igitur dat, ut per complures observationes irregularitates ex di-
 verso aeris statu oriundas in posterum ad regulam quandam
 revocet. Quæ de mutabilitate obliquitatis Eclipticæ ab *Eu-
 genio de Louville* asserta in Historia refert *Fontenellius*, in his
 ipsis Actis ab ipso Autore uberius deducta Mense superiori le-
 guntur. *Delisle* junior novum, quem excogitavit, describit
 modum ope lentis prægrandis & micrometri in foco applicati
 accuratius observandi tempus solstitii, quam hætenus ab Astro-
 nomis fieri potuit, aut per *Hallejanam* methodum datur, tan-
 topere a *Gregorio* commendatum. Limbus nempe superior
 imaginis differentias altitudinum meridianarum Solis exhibet
 tanto magis sensibiles, quanto hæc imago fuerit major, ut hac
 ratione discerni possint, quæ Quadrantibus aut Gnomonibus
 ægre discernuntur. Theoria Satellitum Saturni ad exiguum per-
 fectionis gradum hætenus deducta: id quod sane mirum vide-
 ri non debet, cum difficillime observentur, duo enim interio-
 res non distinguuntur nisi per telescòpium 114 pedum. Hæte-
 nus creditum est, orbitas satellitum esse in plano annuli: sed
 præter omnem spem contrarium in Satellite quinto seu exti-
 mo observavit *Cassinus*, qui inclinationem orbitæ ad Eclipti-
 cam multo minorem deprehendit, quam annuli, nimirum
 nonnisi 15 vel ad summum 16 graduum. Atque hinc jure
 suspicatur, orbitas quoque reliquorum Satellitum non esse in
 plano annuli constitutas, sed singulis potius peculiare esse ad
 Eclipticam inclinationes: id quod successu temporis per ob-
 servationes assidua industria continuatas erit determinandum.
 In macularum Solarium observationibus, quæ hoc anno compa-
 rare, notatum habetur, quod, quæ a d. 21 Aug. A. 1714 usq; ad
 d. 29 Aug. apparuit, a *Maraldo* in hemisphærio septentrionali
 cum declinatione 15 circiter aut 16 gradum deprehensa fuerit,
 cum fere omnes, quæ intra 40 annorum intervallum compa-
 rare, in hemisphærio meridionali observatæ sint. Quantum
 momenti situm sit in divisione instrumentorum astronomico-

rum, non fugit rerum astronomicarum peritos. Quoniam itaque in receptis divisionibus omnes errores evitari non posse rem accuratius trutinans observaverat *de Louville*, omnem ingenii aciem intendit, ut, quod humana industria obtinere posset, detegeret. Novam itaque Astronomis proponit instrumenta astronomica dividendi methodum, quam communi non modo faciliorem, sed etiam magis exactam prædicat. Pendet potissimum a micrometro, ad dioptras telescopicas Quadrantis astronomici applicato. Et si hæcenus in determinanda quantitate anni tropici observationes æquinoctiorum prætulissent observationibus solstitiorum Astronomi, de *Maclezien* tamen ostendit, observationes æquinoctiorum admodum lubricas esse, cum a pluribus pendeant elementis, quorum unumquodque errorem notabilem invehere potest. Ut igitur posteris liceret, quod præfenti ævo non conceditur, novum excogitavit modum solstitia observandi, ab iis incommodis liberum, quæ observationes æquinoctiorum premunt. Adjutore usus est *Maraldo*, cum quo specimen exhibuit in solstitio anni 1714 observando, ubi in Meridiano decem scrupulis secundis occidentaliore, quam meridianus observatorii regii, id accidisse notavit d. 21 Jun. h. 11 pom. 5' 30". Ostendit in observatione sua non potuisse committi errorem 12 scrupulis primis horariis majorem, quam præcisionem in observationibus æquinoctiorum non expectat. *Maraldi* ex collatione observationum eclipsium circumjovialium Lugdunensibus *Zumbachii* cum Parisiensibus differentiam Meridianorum Lugduni Batavorum & Lutetiæ Parisiorum temporariam eruit 8' 56", ita ut Lugdunum Batavorum sit orientaliore Lutetia Parisiorum 2° 14'. Ex ejusdem observationibus determinat altitudinem poli Lugdunensem 52° 8' 8", quam *Zumbachius* facit 52° 10'. Similiter ex observatione Eclipses lunaris Upsaliensis differentiam horariam Meridianorum Upsaliensis & Parisiensis deducit 1 h. 10' 14", ut nempe sit Upsalia 17° 33' 30" orientaliore observatorio regio. *De la Hire* ex observatione eclipses lunaris, quæ mense Decembri A. 1713 accidit, *Lima* in Peruvia habita, differentiam Meridianorum Limensis & Parisini orient-

orientalioris horariam determinat 5 h. 22. Non tamen multum tribuere videtur observationi Limenfi.

In *Geographicis* mensuras veterum geographicas examinat *Delisle* & in earum quantitate determinanda hactenus aberrasse Geographos arbitratur. Vulgo milliare Romanorum idem esse putatur cum medio milliari Italico moderno, quod uni scrupulo primo peripheriæ Telluris respondet. Ast *Delisle* contendit, 75 milliaria Romana respondere gradui uni, non 60. Notatu dignum commemoratur, quod distantie itinerariæ veterum Romanorum cum observationibus astronomicis mirifice consentiant.

In *Mechanicis* refertur, *Hombertium* observasse, Siphones exiguæ diametri, veluti $\frac{1}{3}$ unius lineæ, etsi motus aquæ in vacuo sisteretur, aere tamen admissio, aquam rursus effudisse, immo si aqua ab aere liberaretur, antequam Siphon immitteretur, motum continuatum fuisse etiam in vacuo. *Varignonius* solvit problema staticum ipsi a Mathematico quodam Gallo propositum, de inveniendis quatuor potentiis, quæ quatuor funibus communi nodo junctis applicatæ secundum directiones datas inter se æquilibrantur. Tres distinguit casus, quorum unus est indeterminatus, secundus determinatus, tertius impossibilis. Primus est, quando quatuor funes sunt in eodem plano & ultra spatium semicirculare expansi: secundus, quando funes in diversis planis existentes ultra spatium hemisphæricum expanduntur: tertius denique, quando neutrum horum obtinet. Ostendit præterea, si funes duo vel tres fuerint, casus omnes esse vel determinatos, vel impossibiles; si vero plures, quam quatuor, omnes esse vel indeterminatos, vel impossibiles. Utitur in demonstrando compositione motuum, quæ alias eodem prorsus modo usus est in Tentamine novæ Mechanicæ. Referuntur quoque a *Fontenellio*, quæ de maxima perfectione machinarum ab animantibus motarum meditatae *Parentius*. Novam theoriam de centro oscillationis proponit *Bernoullius*, quæ cum totidem verbis legatur in Actis A. 1714 p. 257, non habemus, quæ de ea commemoremus. *Saulmon* meditationes suas de motu solidorum in vortice fluido conti-

nuat, quas in Commentariis A. 1712 publici juris facere cepit. *De la Hire* cum filio suo repetiit experimenta de resistentia aeris in descensu corporum, quæ olim fecerat cum *Mariotto*, & hic sub finem Tractatus de percussione publicaverat. Cum de theoria Manuarum nauticæ *Bernoulliana* jam egerimus in Actis A. 1714 p. 272; *Fontenellius*, vero in sola operis recensione acquiescat, nec iudicium Academiæ, quod in præfatione tantopere efflagitaverat *Bernoullius*, superaddat; nec hic habemus, quæ commemoremus. Quin potius colophonis loco machinam, qua ad observandos Satellites Saturni utitur *Cassinus*, repræsentamus, cujus ratio ex Schemate haud difficulter innotescit.

TAB. IV.
Fig. 5.6.7.8

Obiit A. 1714 *Martinus Polius*, Italus, ex honesta familia d. 21 Jun. A. 1662 ortus. Invito parente, ad Chymiam animum appulit, & ideo sumptus suppeditante avunculo, Romam abiit: ubi mox novis operationibus inventis famam sibi paravit. A. 1691 obtinuit facultatem Laboratorium publicum erigendi Romæ, quod A. 1700 privilegiis Pharmacopolii augebatur. Excurrit aliquoties per Italiam Chymicorum visendorum gratia, & A. 1702 in Galliam adveniens Regi secretum militare a se inventum obrulit: quod cum Rex noxium iudicaret generi humano, etsi sibi in bello tum flagrante proficuum, ut supprimeretur & una viri industria compensaretur, stipendio ac titulo Architecti militaris & Socii supernumerarii Academiæ Regiæ Scientiarum (quod tunc locus non vacaret) eum auxit. A. 1704 in Italiam reversus, & A. 1706 ingens opus sub titulo *Il Trionfo de gli Acidi* edidit, Regi Benefactori inscriptum. Contendit in eo, acida perperam accusari a Medicis, cum non morborum causa sint, sed in remediis principem quendam locum sibi vindicent. Necessaria sunt acida ad digestionem in ventriculo, iudice *Polio*, nequaquam tamen in massam sanguinis transeunt, sed cum fecibus alvi deponuntur, cum in nulla sanguinis analysi vel guttam acidi deprehendere potuerit. Monet tamen *Fontenellius*, acidi quandam partem in sanguine deprehendisse *Homborgium*, cum ejus analysi vacaret. Omnium Sectatorum Philosophiæ corpulcularis

Iaris adversarium acerrimum egit: quod in Italia mirum haudquaquam videri debere observat *Fontenellius*, cum in Italia Philosophia vetus dominetur, propterea quod vetus existat, novaq; displiceant, quia nova; quemadmodum hodie in Anglia nova non admittantur, nisi ibidem fuerint in lucem protracta. A. 1703 Pontifex maximus munus Architecti militaris primarii contra Cæsarem eidem demandavit. A. 1713 in Galliam rediit, & locum in Academia occupavit, A. 1703 a *Viviano* ipsi relictum. A. 1714 stipendium ei a Rege ultra dimidium auctum, quare jussu superiori uxorem & liberos advocavit. Qui cum Roma relicta, & supellectile omni divendita, d. 28 Julii Parisios venissent, maritum & parentem jamjam agonizantem repererunt, nec loqui amplius valentem.

§. HERMANNI SOLUTIO DUORUM PROBLEMATUM, quorum alterum Integrale ex data quadam formula differentiali per areas circulares & Hyperbolicas exhibendum postulat; alterum vero Curvam projectorum in medio resistenti construendam proponit.
Accedunt duo nova Problemata Geometris vicissim proposita.

I. **P**rimum problema, quod Calculum Integrale respicit, Autorem habet Cel. Taylorum, Geometram Anglum peritissimum, qui per Ill. Montmortium, Mathematicum itidem florentissimum, Geometris illud proponi curavit. Ipsissima D. Montmortii verba ex literis ad me suis die 21 Jan. datis latine reddita ita habent: Ecce Problema quod D. Taylor vicissim Geometris proponit: "Invenire per quadraturam

Circuli aut Hyperbolæ fluentem quantitatis $\int \frac{z^{\lambda-1} dz}{c + fz^{\alpha} + gz^{2\alpha}}$, ubi c, f, g , sunt quantitates constantes, z variabilis, δ quilibet numerus integer affirmativus vel negativus, & λ numerus quilibet

libet hujus progressionis 2, 4, 8, 16, 32, 64, &c. Dn. Taylor addit, hoc ipsis (Geometris) problema propono, *to do without any limitation by impossible roots*; hoc plus quam uno modo præstari potest, tamen si Dn. Leibniti in Actis Erudit. 1702 pag. 218 & 19 contrarium demonstrare sulceperit circa casum $\frac{dx}{x^4+a^4}$ qui est simplicissimus post hunc $\frac{dx}{xx+aa}$ qui est fluxio arcus circularis. Idem effici potest cum hac quan-

titate differentiali $z^\lambda dz: e+fx^\eta+gz^{2\eta}+bz^{3\eta}$, cujus denominator est quadrinomialium, sed peto duntaxat solutionem alterius. „

II. Hucusque Dn. Montmortius ad mentem Dn. Taylor. Etsi vero problema istud intactum præterire potuissem, quod non mihi sed iis tantum qui jam prius aliquod problema solvendum proposuissent, *vicissim* offerri videatur, in honorem tamen Dn. Proponentis & quia problema ipsum in calculo integrali alicujus momenti est, post acceptas Montmortianas literas, quibus problema continebatur, illico promisi, quamprimum alia mea negotia id permissura essent, in solutionem ejus me serio inquisiturum esse. Paulo post paucillum otii nactus fidem liberavi, literisque meis d. 20 Martii datis meam solutionem Dn. Montmortio misi. Hanc nunc publici juris facere volui, ex quo certior sum factus quod Cel. Joh. Bernoulli suam ejus problematis solutionem nuperrime ad Acta Eruditorum miserit.

III. In numeratore fractionis propositæ id primum efficiendum, ut exponens fractus primum dispareat, quod fiet si faciamus $z^\eta = x^\lambda$, vel $z = x^{\lambda:\eta}$, hoc enim valore ipsius z , ejusque elementi in formula integranda substituto prodit

$$\frac{\frac{\delta}{z^{\lambda-\eta-1}} dz}{e+fx^\eta+gz^{2\eta}} = \frac{\frac{\lambda}{\eta} x^{\lambda-1} dx}{e+fx^\lambda+gx^{2\lambda}}, \text{ vocemus hanc } dy.$$

Ut

Ut vero formula *dy* ad elementa circularia vel hyperbo-

lica reduci possit, ejus denominator $e+fx^\lambda+gx^{2\lambda}$ in suos divisores primitivos reales resolvi debet. Per hos divisores *primitivos* intelligo eos, qui in alios & simpliciores resolvi non possunt, quin in quantitates imaginarias & impossibiles incidamus. In præsentī problemate divisores primitivi denominatoris formulæ datæ sunt trinomiales hujus formæ $xx+mx+n$, ubi *m* & *n* sunt quantitates constantes, nam divisores binomiales $x+m$ inveniri non possunt, quin plerumque quantitas in iis data *m* fiat imaginaria. Itaque ante omnia indicandus est modus, quo divisores illi primitivi inveniri possint.

IV. Pro facilitandis expressionibus loco denominatoris

$e+fx^\lambda+gx^{2\lambda}$ sumam istud trinomium $aa+2nax^\lambda+x^{2\lambda}$, quod facile ad eundem reduci potest. In hoc vero trinomio *n* simplicem numerum designat integrum aut fractum, vel pro re nata etiam numerum furdum. Hic numerus *n* unitatem superat, aut ab eadem deficit, atque hinc oriuntur duo diversi casus; nam I°. Si *n* unitatem excedit, dispescitur trinomium $x^{2\lambda}+2nax^\lambda+aa$, in hæc duo binomia $x^\lambda+na+a\sqrt{(nn-1)}$ & $x^\lambda+na-a\sqrt{(nn-1)}$; nam si numerus $n+\sqrt{(nn-1)}$ vocetur *p*, & numerus $n-\sqrt{(nn-1)}$, *q*; duo binomia $x^\lambda+pa$, & $x^\lambda+qa$, in se mutuo ducta producant trinomium propositum $x^{2\lambda}+2nax^\lambda+aa$.

Quare opus est, ut ntrumque ex hisce divisoribus $x^\lambda+pa$,

& $x^\lambda+qa$ (quippe qui nondum sunt primitivi, nisi in casu quo $\lambda=2$) in alios, hi alii in novos, novos istos in simpliciores atq; ita deinceps, resolvamus, usq; dum ad simplicissimos seu primitivos pervenerimus, in quibus *x* ubi plurimas dimensiones habet, ad plures quam duas non ascendit. Hoc autem ita fit; ponendum

nempe est $x^{\frac{1}{2}\lambda}+ba^{\frac{1}{2}}x^{\frac{1}{4}\lambda}+a^{\frac{1}{2}}p^{\frac{1}{2}}$ & $x^{\frac{1}{2}\lambda}-ba^{\frac{1}{2}}x^{\frac{1}{4}\lambda}+a^{\frac{1}{2}}p^{\frac{1}{2}}$, & hæc duo trinomia inter se multiplicata producant $x^\lambda+pa$ & $x^\lambda+qa$.
Yy (2-bb)

$(2-bb)a^{\frac{1}{2}}p^{\frac{1}{2}}x^{\frac{1}{2}\lambda} + ap$ quare si medii termini coefficientem evanescere faciam ponendo $b=r$, oritur $x^{\lambda} + ap$, ergo hujus binomii divisores sunt $x^{\frac{1}{2}\lambda} + a^{\frac{1}{4}}p^{\frac{1}{4}}x^{\frac{1}{4}\lambda} r$ & $a^{\frac{1}{4}}p^{\frac{1}{4}}x^{\frac{1}{4}\lambda} - a^{\frac{1}{4}}p^{\frac{1}{4}}x^{\frac{1}{4}\lambda} r$. Et si $\frac{1}{2}\lambda$ non sit 2, hi duo divisores nondum sunt primitivi atque adeo in simpliciores resolvendi, ponendo pro duobus prioris divisoribus $x^{\frac{1}{2}\lambda} + ba^{\frac{1}{8}}p^{\frac{1}{8}}x^{\frac{1}{8}\lambda} + a^{\frac{1}{4}}p^{\frac{1}{4}}$, & $x^{\frac{1}{4}\lambda} - ba^{\frac{1}{8}}p^{\frac{1}{8}}x^{\frac{1}{8}\lambda} + a^{\frac{1}{4}}p^{\frac{1}{4}}$, ex horum enim ductu nascitur $a^{\frac{1}{2}\lambda} + (2-bb)a^{\frac{1}{2}}p^{\frac{1}{2}}x^{\frac{1}{2}\lambda} + a^{\frac{1}{2}}p^{\frac{1}{2}}$, adeoque si coefficientens medii termini $2-bb$ fiat $=r$, seu $b=r(2-r)$: erunt $x^{\frac{1}{2}\lambda} + a^{\frac{1}{8}}p^{\frac{1}{8}}x^{\frac{1}{8}\lambda} r(2-r)$, & $x^{\frac{1}{4}\lambda} - a^{\frac{1}{8}}p^{\frac{1}{8}}x^{\frac{1}{8}\lambda} r(2-r)$, & $a^{\frac{1}{4}}p^{\frac{1}{4}}$. Sin vero coefficientem $2-bb$ faciamus $-r$, quia in altero divisore $x^{\frac{1}{2}\lambda} - a^{\frac{1}{4}}p^{\frac{1}{4}}x^{\frac{1}{4}\lambda} r$, & $a^{\frac{1}{4}}p^{\frac{1}{4}}$ medius terminus habet signum -, inveniemus $b=r(2+r)$ atque adeo ejus divisores $x^{\frac{1}{2}\lambda} + a^{\frac{1}{8}}p^{\frac{1}{8}}x^{\frac{1}{8}\lambda} r(2+r)$, & $a^{\frac{1}{4}}p^{\frac{1}{4}}$, & $x^{\frac{1}{4}\lambda} - a^{\frac{1}{8}}p^{\frac{1}{8}}x^{\frac{1}{8}\lambda} r(2+r) + a^{\frac{1}{4}}p^{\frac{1}{4}}$. Ex hisce jam sufficienter constat, quemadmodum ulterius sit progrediendum si ultimo inventa trinomia nondum sint divisores primitivi quantitatis propositæ, & quod idem sit processus cum altero binomio $x^{\lambda} + qa$.

II. Si in trinomio $x^{2\lambda} + 2nax^{\lambda} + aa$ numerus n est infra unitatem, trinomium non potest primum in duo binomia, ut antè, resolvi, sed primum divisorum par statim dat duo trinomia $x^{\lambda} + ba^{\frac{1}{2}}x^{\frac{1}{2}\lambda} + ax^{\lambda} - ba^{\frac{1}{2}}x^{\frac{1}{2}\lambda} + a$, hæc enim in se mutuo ducta iterum præbent $x^{2\lambda} + (2-bb)ax^{\lambda} + aa$, quare si faciamus $2-bb=2n$, atque adeo $b=r(2-2n)$, duo primi divisores emergent $x^{\lambda} + a^{\frac{1}{2}}x^{\frac{1}{2}\lambda} r(2-2n) + a$, & $x^{\lambda} - a^{\frac{1}{2}}x^{\frac{1}{2}\lambda} r(2-2n) + a$, ex hisce duobus eodem, quo ante, artificio reliqui divisores atque ex iis primitivi eliciuntur. Pro utroque casu quo n major & minor est unitate,

tate, amplam divisorum tabulam Dn. *Montmortio* transmissi, quam tamen, quia artificium eam construendi hoc loco sufficienter descripsi, huc transcribere nil attinet. Hoc itaq; unum nunc annotasse contentus ero, quod numerus divisorum primitivorum trinomiali $x^{2\lambda} + 2nax^\lambda + 2aa$, semper futurus sit tantus, quot unitates numerus λ continet.

V. Quod si divisores primitivi ex hoc quadrinomio $x^{3\lambda} + max^{2\lambda} + naax^\lambda + a^3$ inveniendi sint, discerpi primum potest in factores $x^\lambda + ba$; $x^\lambda + ca$, & $x^\lambda + ea$ in quibus quantitates constantes b, c, e , dantur per hanc æquationem cubicam $p^3 - mpp + np - r = 0$, aut si ea nil nisi radices imaginarias continet, aut saltem valores impossibiles alicui ex tribus b, c, e assignat, etiamsi tertiæ valor realis sit, idem quadrinomialium dispelci poterit in trinomialium $x^{2\lambda} + pax^\lambda + qaa$, & binomialium $x^\lambda + ra$, quæ in se mutuo ducta producent quadrinomialium, quod cum dato comparatum dabit coefficients p, q, r ; ex hoc trinomio & binomio deinceps reliqui divisores, & ex iis denique primitivi inveniri poterunt sequendo præcedentium vestigia. Nihil ergo amplius restat, quamut solutionem ipsam tradamus.

VI. Trinomiali $x^{2\lambda} + 2nax^\lambda + aa$, divisores primitivi per §. §. IV & V inventi dicantur breviter A, B, C, &c. eritque adeo $x^{2\lambda} + 2nax^\lambda + aa = A. B. C. \&c.$ & dividendo utramque partem per $(x^\lambda + na)^2$, fiet $\frac{x^{2\lambda} + 2nax^\lambda + aa}{(x^\lambda + na)^2} = \frac{A. B. C. \&c.}{(x^\lambda + na)^2}$ Hu-

jus æquationis elementa logarithmica dabunt $\frac{2\lambda x^{2\lambda-1} dx}{x^{2\lambda} + 2nax^\lambda}$

$\frac{2\lambda nax^{\lambda-1} dx}{+ aa} - \frac{2\lambda x^{\lambda-1} dx}{x^\lambda + na}$ (seu reducendo has duas fractiones sub idem nomen, & vocando post hanc reductionem binomialium $x^\lambda + na$ in denominatore = R ad abbreviandum) = $\frac{Y}{Z}$ $\frac{2\lambda}{2\lambda}$

$$\frac{2\lambda.(m-1)aa x^{\lambda-1} dx}{R.(x^{2\lambda} + 2max^{\lambda} + aa)} = \frac{dA}{A} + \frac{dB}{B} + \frac{dC}{C} - \frac{2\lambda x^{\lambda-1} dx}{R}. \quad \text{Multi-}$$

plicetur utraque pars æquationis per $Rx^{\delta-\lambda}$, inveniaturque

$$\frac{2\lambda.(m-1).aa x^{\delta-1} dx}{x^{2\lambda} + 2max^{\lambda} + aa} = \frac{Rx^{\delta-\lambda} dA}{A} + \frac{Rx^{\delta-\lambda} dB}{B} + \frac{Rx^{\delta-\lambda} dC}{C} - 2\lambda x^{\delta-1} dx.$$

Jam quia δ & λ sunt numeri integri, & A, B, C , &c. trinomia primitiva, manifestum est singula membra æquationis ad dextram posita excepto ultimo $-2\lambda x^{\delta-1} dx$ reducibilia esse sub hanc formam $dM + \frac{\alpha dN}{N} + \frac{\beta dx}{N}$, ubi dM est quantitas data

per x & dx absolute integrabilis, N quodlibet ex trinomiis A, B, C , &c. α & β sunt quantitates constantes ex resolutione membrorum $\frac{Rx^{\delta-\lambda} dA}{A}, \frac{Rx^{\delta-\lambda} dB}{B}, \frac{Rx^{\delta-\lambda} dC}{C}$, &c. ortæ; sed ut

ea quæ ex singulis hisce membris nascuntur a se invicem melius distinguantur, dM_1, α_1, β_1 , designabunt eas, quæ ex primo membro derivantur, dM_2, α_2, β_2 , eas quæ ex secundo, & sic dM_3, α_3, β_3 , eas quæ ex tertio, atque ita deinceps. Quare si arcus circulares, quorum tangentes sint rA, rB, rC , &c. dicantur K, P, Q , &c. eorum radii k, p, q , &c. dico quod

$$2\lambda.(m-1)aa \int \frac{x^{\delta-1} dx}{x^{2\lambda} + 2max^{\lambda} + aa} = \left[\begin{array}{l} M_1 + M_2 + M_3 + \&c. - \frac{2\lambda}{\delta} x^{\delta} \\ \alpha_1 \text{ Log. } A + \alpha_2 \text{ Log. } B + \alpha_3 \text{ Log. } C, \&c. \\ \frac{\beta_1 K}{kk} + \frac{\beta_2 P}{pp} + \frac{\beta_3 Q}{qq} + \&c. \end{array} \right]$$

Jam si fiant $a = c: r(eg)$, & $n = f: 2r(eg)$; fractio $x^{\delta-1} dx: x^{2\lambda} + 2max^{\lambda} + aa$, mutabitur in formulam $gx^{\delta-1} dx: gx^{2\lambda} + fx^{\lambda} + c$; quare ex invento integrali facile deducetur fluens formulæ Taylorianæ.

VII. Quod

VII. Quod si nunc integrale seu fluens hujus æquationis

$$dy = x^{\delta-1} dx : a^3 + naax^\lambda + max^{2\lambda} + x^{3\lambda}$$

invenienda sit, ea per quadraturam Circuli & Hyperbolæ etiam dari potest, nam si divisores primitivi denominatoris sint iterum A, B, C, &c. æquatio ista similiter deducetur ad sequentem $\phi \lambda x^\delta dy =$

$$\frac{Rx^{\delta-\lambda} dA}{A} + \frac{Rx^{\delta-\lambda} dB}{B} + \frac{Rx^{\delta-\lambda} dC}{C} + \&c + \theta ax^{\delta-1} dx - \psi x^{\delta-1+\lambda} dx,$$

existente $R = x^{2\lambda} + \beta ax^\lambda + \gamma aa$, ubi $\phi, \theta, \psi, \beta, \gamma, \&c.$ sunt quantitates constantes. Quod autem singula membra æquationis ad dextram, exceptis duobus ultimis, ad elementa circularia & Logarithmica reduci possunt, constat ex præcedenti paragrapho, quod autem fractio ipsa proposita facile ad alteram Dn.

Taylorii reduci possit $z^{\delta-\eta-1} dz : e + fz^\eta + gz^{2\eta} + bz^{3\eta}$, ostensu facillimum; fiant enim $z = x^{\lambda:\eta}$, item $a = e : \sqrt[3]{ceb}$; $n = f : \sqrt[3]{ceb}$, & $m = g : \sqrt[3]{cehb}$, & altera in alteram transformabitur.

VIII. Sed illustranda est uno alterove exemplo generalis nostra solutio. Sit æquatio $g\eta dy = zbdx : x^\eta + 2nax + aa$. Queritur ejus constructio per quadraturam Circuli & Hyperbolæ.

Construct. Fig. I Radio $CA = \sqrt{\left(\frac{1}{2}a + \frac{1}{2}na\right)}$ descripto Circulo CBD quem indefinita ER tangat in quolibet puncto R, in hac tangente sumatur portio $AO = \sqrt{\left(\frac{1}{2}a - \frac{1}{2}na\right)}$ ac per punctum O agatur parallela rectæ CA in qua abscindendum $OL = \frac{a + na\sqrt{a + na}}{(2a - 2na)\sqrt{a}}$, quo facto inter asymptotas EA, AI ducatur

per punctum L Hyperbola LMN. In tangente vero Circuli jungantur sursum & deorsum segmenta æqualia $OE = OF = x$, junganturque CE, CF, hisce deinceps in Asymptota AQ fiant æquales AG & AI respective, erigantur in G & I normales GH & IK ad AQ hyperbolæ occurrentes in punctis H & K, hisce factis

dico fore $y = \left(\frac{\text{Sæctori BCDA, + KIGA}}{CA^3} \right) \cdot \frac{K}{\eta a}$

Y y 3 Eadem

Eadem constructione posita, erit $y = \left(\frac{\text{Sect. BCDA, - KIGA}}{CA^3} \right)$.

$\frac{k}{\eta}$, æquatione differentiali existente $g \eta dy = kx \eta dx : x^\eta +$
 $anaxx + aa$. Si jam in utraque formula fiant $x = z^{\frac{1}{\eta}}$, $a =$
 $c: \sqrt[\eta]{eg}$, & $n = f: 2\sqrt[\eta]{eg}$. prior mutabitur in $dy = kz^{\frac{1}{\eta}-1} dz : c + fz^\eta$
 $+ gz^{2\eta}$, altera vero in $dy = kz^{\frac{1}{\eta}-1} dz : c + fz^\eta + gz^{2\eta}$ quæ duæ
 nonnisi in coefficiente k differunt a duabus formulis, quas habet
 Cel. Newtonus in Tractatu suo de Quadraturis Curvarum pag.
 34 sub forma sexta, in quibus coefficientis ipsi est d . Utriusque
 formulæ integrale seu fluentem exhibuit per quadraturam
 Circuli, sed in casu tantum faciliore, quo f superat $2\sqrt[\eta]{eg}$. Sed de
 altero eoque difficiliore, quo $2\sqrt[\eta]{eg}$ superat f , seu n nobis est in-
 fra unitatem, nihil habet: hunc propterea casum in utraque for-
 mula solutum dare volui.

Quod si f vel $n = 0$, & in nostris formulis pro a , scribatur
 aa , ad complenda homogenea, factisque $\eta - g = b = 1$, erit
 $dy = dx : x^\eta + a^\eta$, cujus integrale ergo per præcedentem con-
 structionem jam constat pendere non quidem a sola Circuli, nec
 a sola Hyperbolæ quadratura, sed ab utraque simul, & hoc id
 ipsum est in quod Cel. Leibnisius inquiri optaverat in loco ex
 Actis Erud. 1702 supra citato. Adhuc multa dici possent su-
 per hoc ipsum Problema, sed tempus vetat, quo minus plura ad-
 dam, quare transeo ad sequens Problema.

IX. *Construere curvam, concessis figurarum curvilinearum quadraturis, quam grave quoddam secundum quamlibet directionem projectum describet in medio resistenti secundum quamlibet multiplicatam rationem celeritatum actualium mobilis, in suppositione quod gravitas uniformis sit, & directionibus inter se parallelis ad horizontem tendat.*

Quia Cl. Keilius hoc problema, sed in sola resistentiarum
 medii quadratis celeritatum proportionalium hypothesi, soli
 Cel. Joh. Bernoulli proposuit; ab eodem itidem abstinere po-
 tuissem. Cum tamen in Phoronomia hoc ipsum Problema in
 hypo-

hypothesi Dn. Keilii pro jactu horizontali jam solutum dederim, neque adeo multum operæ requisiverit id cum Cel. Bernoulli (qui suam solutionem jam Lipsiam misit, etsi nondum mihi constet an jam impressa sit) generaliter solve, non abs re fore duxi, si solutioni præcedentis Problematis Tayloriani meam solutionem vel constructionem præsentis Problematis ut illud acutiss. Bernoullius sibi solvendum proposuit, & solvisse dicitur, adderem. Supponam ergo quod resistentiæ fiat ut u^{2n} , si u velocitates actuales mobilis, & n quemlibet numerum designent.

In Fig. 10. sit AC linea horizontalis, Aa directio jactus, seu **TAB. IV.**
 recta secundum quam missile projicitur ea velocitate, quam **Fig. 10.**
 corpus grave motu naturaliter acclerato acquirere potest in vacuo cadendo ex altitudine verticali MA. Super linea indefinita IL erigatur normalis FGX, & circa axem GF ac centro G descripta sit Hyperbola æquilatera ihgkl, per cujus verticem g ducatur gI, quæ cum gG angulum faciat GgI = angulo aAC, & per punctum I, indefinita OIU parallela ad Gg, Hyperbolæ occurrens in i. Circa hanc OI descripta sit Parabola Iβæ, cujus parameter = li, abscissæ vero Id, I(I) sunt ut potestates (βd)²ⁿ⁻¹, (æi)²ⁿ⁻¹ respectivarum applicatarum βd, æi. Productis deinde singulis hyperbolæ ordinatis il, hk, &c. usque ad occursum cum parabola in α & β, & ductis per ea hyperbolæ puncta per quæ hæ ordinatæ ad axem GF transeunt, rectis indefinitis iU, hW, gx, ky, lz, &c. fiant in li & ll, segmenta æqualia lli, & Ll₂ = æI, in æqualibus hH & kK segmenta Hh₂, & Kk₂ = respectivæ ordinatæ δβ in Parabola, & nascetur inde curva i₂g₂l₂ quam Hyperbolæ vicariam nominare liceat, factaque in li parte IO = 2MA vel duplo illius lineæ per quam cadens grave celeritatem in vacuo acquirit æqualem illi cum qua in medio resistenti secundum directionem Aa projicitur mobile. Sit porro GF media proportionalis inter OI & gG, & per quodlibet punctum U in linea OI deorsum producta ducatur UZ parallela ad IL fiantque $Ww = \frac{li_2h_2H}{Gg}$, $Xx = \frac{li_2h_2g_2G}{Gg}$, sic $Yy = \frac{li_2h_2g_2kk}{Gg}$, atq;
 ita deinceps; in IU vero sumatur IP, quæ sit ad Gg in duplicata ratio.

ratione GF ad li. Fiat deinde HQ: IP:: (IU) <sup>' : ' : (Hw) ^{' : ' :}
 & GR : IP :: (IU) <sup>' : ' : (Gx) ^{' : ' :}, & sic reliquæ ordinatæ KS, L, F
 sint in reciproca ratione radice *n* ex respectivis ordinatis Ky,
 Lz curvæ Uxz, oriatur inde nova curvæ P Q R S, a cujus quadra-
 tura pendet constructio lineæ ABC, quam projectile in medio re-
 sistenti describet. Fiant enim $Ad = \frac{IPQH}{Gg}$, $Ab = \frac{IPRG}{Gg}$; $Ac =$</sup></sup>

$\frac{IPRSK}{Gg}$, & in *d*, *b* erigantur normales *dm*, *ba* ad AC, quæ rectæ
 Gg

Aa, occurrant in *m* & *a*; ac si puncta *r*, *s*, & *t*, sint ea, in quæ per-
 pendiculares ex centris gravitatis arearum IPQH, IPQG, &
 GRSK in IL demissæ incidunt, faciendum est in linea *md* se-
 gmentum *Dd* quod sit ad totam *md* :: *rG* : *IG* & in linea *ab* se-
 gmentum *bB* quod sit ad totam *ab* :: *sG* : *IG*, eruntque puncta D, B
 in parte curvæ ADB ascensu descriptæ. Per supremum ejus
 punctum B agantur Bθ parallela Aa, & Bω æquidistans AC, &
 linea eE perpendicularis ad AC linea Bθ occurrat in φ, ipsi Bω
 vero in ε, fiatque eE : φε :: Gr : IG eritque punctum E in parte
 BEC curvæ quæsitæ descensu descriptæ. Q. E. F. Multa ex
 allata constructione deduci possunt, sed brevitatis gratia pauca
 tantum annotabo.

1. Quod ductis gH, gK anguli GgH & GgK sint æquales
 illis, quos tangentes curvæ ABC in punctis D, E cum horizon-
 tali AC formant.

2. Radius osculi in puncto curvæ D erit ad ordinatam re-
 spectivam HQ in triplicata ratione ipsius hH ad gG in Hyper-
 bola *igl*. Adeoque radius concavitate curvæ projectilis in su-
 premo puncto B erit = GR.

3. Si IU fiat infinita, resistentia medii fiet infinite parva
 seu nulla, quare inmutabitur tunc curva PQR in lineam rectam ipsi
 IL parallelam, & constructio præcedens producet tunc pro cur-
 va ABC eam ipsam *Parabolam*, quam missile secundum Aa &
 cum supra assignata velocitate projectum in vacuo describere
Galileus aliique demonstrarunt.

4. Si $n = 1$, curva *tzgzlz* congruet cum hyperbola *igl*, qua-
 re si

re si dicantur insuper $Gg=1$, $GR=1$; m , erit $Kk=\sqrt{1+mm}$; m & elementum $GK=-dm:mm$, quare duplum elementi areæ $GgkK=-2dm\sqrt{1+mm}:m^2$, quare si dupla area data quantitate aucta dicatur Q , erit $Q=\int -2dm\sqrt{1+mm}:m=Ky$; hinc si rectangulum $xGR=1$, erit $KS=1:Q$, ergo elementum areæ $GRSK=-dm:mmQ$ adeoque area ipla $GRSK$, cui (propter $Gg=1$) abscissa Ad æqualis $=\int -dm:mmQ$. Ipla vero $Bb-Ee=GRSK$. $Gr=\int -dm:m^2Q$, nam solidi $GRSK$. Gr elementum est $-dm:m^2Q$, ergo $Ec=Bb+\int dm:m^2Q$, quæ omnia consona sunt cum determinationibus in Phoronomia pag. 354 §. 617 datis, nisi quod ibi lapsu vel Typothetæ aut calami positum sit $x=\int dm:mmQ$ pro $x=\int -dm:mmQ$.

X. Postremo cum ab Eximiis Geometris consuetudinem problemata curiosa & nonnisi difficultates involventia ad incrementum scientiæ proponendi, quæ tempore *Pascalis*, *Fermatis* aliorumque Celeberrimorum Geometrarum non sine fructu viguit, nunc denuo renovari videam; liceat mihi Eruditorum Geometrarum curiositati commendare sequens Problematum par.

I. Si more consueto x & y designent coordinatas curvarum, A vero aream his ordinatis & arcu cujusdam curvæ conclusam, fitque $A=axy+bx^e y^f$, queritur curvæ æquatio, quam dico semper fore algebraicam si a, e, f fuerint numeri rationales; præsertim vero queritur methodus directæ procedens a priori sine præcognita forma æquationis curvæ quæ sit.

II. *Invenire Curvas Algebraicas indefinite non rectificabiles, quæ tamen unum, duos vel quos volueris arcus habeant absolute rectificabiles.*

M. **Johann George Leutmanns** neue Anmerkungen vom Glas, Schleiffen &c.

hoc est:

M. **JOHANNIS GEORGII LEUTMANNI**
Annotationes novæ de poliendis Vitris &c.

Wittenbergæ, apud Samuelem Hannauerum, 1719, 8.

Plag. 7 Tabb. zn. 21.

Lz

quod

QUAM Cl. *Hertelius* edidit praxin poliendi vitra atque ex iis machinas dioptricas construendi, in Actis A. 1716 non sine laude Autoris representatam, cum sua consonam se apprehendisse profitetur Cl. *Leutmannus*, ab annis bene multis in eadem arena versatus. Quoniam tamen experientia domestica eidem hinc inde suppeditavit, quæ ab *Hertelio* animadversa non sunt; has de vitris poliendis ac machinis dioptricis construendis annotationes instar paralipomenorum ad *Hertelii* Technicam dioptricam optimo consilio edidit, ne absque necessitate urgente repetitorem agere necesse haberet. C. 1 nonnulla de machinis ad polienda vitra necessariis annotat. Postquam defectus machinæ vulgaris emendare studuit, quos tamen proforsu tollere non potuit; eam, qua ipse utitur, quoad minutissimas partes accuratissime describit, cum artificia tractandi metalla ac ligna ipsi optime sint perspecta & praxi domestica probata. Explicat etiam modum, quo utitur, catinos politorios excavandi. C. 2 polituram vitrorum sphaericorum describit & differentiam methodi propriæ ab alienis assignat. Inprimis hic notandum, quod, ut catinus situm suum constantius tueatur, eundem stannio fuso ad axem politorium firmet; quod axem politorium ope cochleæ in situ stabili detineat; quod similiter axis rotæ super unico puncto decurrat, & ope cochleæ ad situm convenientem redigatur; quod ope styli chalybei capulo ligneo infixi vitrum a centro catini ad peripheriam adducat & a peripheria ad centrum reducat, digitis duobus ultra capulum ad stylum applicatis, ut adeo triplex fiat motus, nimirum 1 motus catini in gyrum, 2 motus vitri a perimetro ad peripheriam, & 3 motus vitri in gyrum sub stylo. C. 3 probat methodum *Hertelii* formandi vitra singularis figuræ, inprimis parabolica, hyperbolica & elliptica, licet eandem nondum expertus fuerit, nec quicquam de suo superaddit, cum ingenue fateatur, se frustra istiusmodi vitrorum figuras tentasse. Sed operæ pretium faderent *Hertelius* & *Leutmannus*, si vires methodi, de qua sibi tam præclara promittunt, experirentur & nobis vitra parabolica, hyperbolica & elliptica darent, examini accurately submittenda: ad quod eos publice hortamur. Progreditur C. 4 ad vitra

vitra plana & machinam suam poliendi polyhedra inprimis representat. C. 5 docet formare vitra caustica, quae plures uno habeant focos, e. g. duos, tres &c. E. g. Si vitri foci requirantur duo, vitrum causticum, cujus latitudo est 4 vel 5 digitorum, in catino diametri 10 digitorum perpolitum in medio tegatur orbiculo chartaceo, qui pice liquata mox illinitur, ne humorem attrahat, & denuo annulus circumcirca in catino minoris diametri, e. g. 6 digitorum, poliatur. Quae C. 6 de perspicillis in usum presbytarum & myopum affert, nihil singulare continent, nisi quod meniscos praeferat vitris plano-concavis. Cum C. 7 suam microscopiorum rationem declarat, inter alia docet, quomodo tum in simplicibus, tum in compositis objecta lumine sive Solis, sive candelae accensae a speculo concavo reflexo illustret. Nimirum duplo distantiae foci in microscopio simplici describit segmentum circulare & hujus subsidio parat speculum concavum ex lamina argentea, in medio pro ratione aperturae microscopii perforandum & eidem ita applicandum, ut lentacula sit in medio ipsius. C. 8 pro tubis meniscos commendat. Ait enim, se meniscum, cujus convexitas fuerit 6, concavitas 8 digitorum, combinasse cum oculari plano-convexo unitus digiti, & tubum hunc paria praestitisse cum astronomico sex pedum, in contemplandis satellitibus Jovis. Idem se tentaturum promittit in meniscis focum longius distantem habentibus. Fulcrum describit admodum simplex ad sustentandos tubos majores e. gr. 30 vel 35 pedum a se excogitatum; tubum etiam singularem a se inventum, per quem ad metam collineet bombardam explosurus; tubum denique non minus singularem, quem ad observandas eclipses Solares in libero aere commendat. Nimirum ad tubum astronomicum aptatur exigua camera obscura, in qua paries a est vitrum planum politum & charta tenui (quae terebinthina Veneta agglutinatur) intus obductum; ipse autem tubus in fulcro ita firmatur, ut commode attolli ac deprimi possit. Reliqua ex figura sunt manifesta. C. 9 in usum camerae obscurae meniscos iterum commendat: C. 10 vero speculum concavum Laternae Magicae ex vitro Moscovitico fieri jubet. C. 11 fideliter recenset, quae in deformandis imaginibus per polyhedra re-

TAB. IV.
Fig. II.

stituendis praxis ipsum docuit. Tandem C. 11 de micrometro ad tubos applicando & C. 13 de modo observandi luminis refractionem differit: quibus colophonis loco C. 14 superaddit structuram machinæ opticæ curiosæ. Constat ex cylindro cavo vitreo, charta superinducta, in qua varii generis figuræ incise, circa axem versatili. Collocatur in medio candela cerea accensa, ut lumen per crenas chartæ transpareat, quæ figurarum ductus representant. Ipse autem cylindrus in media cista quadrata constituitur, cujus unus paries ex charta oleo inuncta constat, ut figuræ in eum projectæ transparent.

TAB. IV.

Fig. 12.

*M. FABII QUINTILIANI DIALOGUS DE
causis corruptæ eloquentiæ, recognitus, emendatus & il-
lustratus a CHRISTOPH. AUG.
HEUMANNO.*

Gottinzæ, sumtu C. H. Meieri, 1719, 8.

Plag. 15.

Dialogus hic elegantissimus, Tacito vulgo tributus, bis duxat separatim editus fuit. Utræque tamen editio cum non sit in tabernis librariis obvia, Cl. Editor studiosæ juventutis bono illi reeudendum duxit, eumque quam fieri posset emendatissimum ornatissimumque. Quo fine in consilium adhibuit plures Criticos in hoc dialogo emendando versatos, Schurzleischium, Muretum, Acidalium, Lipsium, Freinshemium, Rütgersium, Modium, Rhenannum, Barthium, Pithœum, Schellium, Gronovium, Schultingium, Gesnerum ac Richterum: de quorum singulorum emendationibus suum exponit iudicium. Nec vero omnes omnium emendationes adduxit, sed elegit atque exhibuit eas, quas post legitimam examen probandas censuit: nisi quod eas quoque protulit, quæ falsæ quidem erant, sed magna tamen veri specie gaudebant, adeoque accuratius resellendæ videbantur. Ipse quoque suo ingenio non pauca loca pristinæ restituit integritati, religiose, ut ait, secutus leges illas & cautiones, quas in dissertatione sua *de Arte Critica* præscripsit, quam in his *Actis* A. 1712 p. 280 sqq. recensuimus.

Scilicet

Scilicet triginta circiter loca hujus Dialogi ab injustis Criticorum invasionibus defendit, octoginta ipse vetustis liberavit maculis. Ceterum cum de auctore hujus dialogi dissideant Critici, Noster cum Quintiliano vindicat tribus usus argumentis. Nam primum, inquit, Quintilianum de hoc argumento librum edidisse, in confesso est. Deinde stylus hujus libelli plane geminus est stylo Quintiliani. Denique opiniones in hoc dialogo disseminatæ amicissime conspirant cum iis, quas in Institutionibus suis fovet Quintilianus. Refellit etiam argumenta, quibus usi sunt Dodwellus, Vossius, Barthius & Schurzfleischius ad hunc dialogum Quintiliano abjudicandum. Hæc e Præfatione adducenda nobis videbantur. Præfationem sequitur *Argumentum hujus Dialogi*, itemque *Judicium de eo*. Hic stylus dialogi cum Bœclero vehementissime probatur & in exemplum commendatur. Ad ipsam disputationem quod attinet, cum tres hic inducantur personæ, Maternus, Aper & Messalla, Editor noster docet, Maternum se strenuum præbuisse patronum pedantissimi; Aprum pro galantissimo, quem vocant, literario diserte verba fecisse; Messallam denique (qua sub persona ipse Quintilianus latere videatur,) satis bene de literarum studiis philosophari, proniorem tamen in pedantismum esse, quam galantissimum.

Ut ex Editoris annotationibus nonnihil repetamus, p. 5 sq. ostendit, *vulgaria* ipsi Ciceroni vocata fuisse *communia*. P. 15 sq. docet, præstantissimos scriptores Romanos *officium* dixisse pro *munere publico*. Brutum, Cæsar's interfectorem, etiam poetam fuisse, p. 71 manifestum facit. Cumque Quintilianus Ciceronem notet ob sæpius usurpatam formulam *esse videatur*, Noster p. 78 observat, Ciceronem in sola oratione *pro lege Manilia* omnino decem periodos conclusisse per *esse videatur*, præterea unam per *esse videamus*, & unam per *posse videamur*. Ceterum *Quintilianus*, inquit, *id non debebat exprobrare Ciceroni, cum ipse uno capite rō VIDETUR eodem plane modo sexies usurpaverit*. P. 80 annotat, vocabulum *fortis* pro *robusto* usurpari cœpisse ævo Latinitatis argenteo demum. Eadem ætate vocabulum *vxare* molliorem induisse notionem, docet p. 82

sq. *Acta apostolorum* Latinissime dici, contra Erasum probat p. 123. Advocatos in foro olim stetit, iudicibus sedentibus, p. 139 copiose demonstrat.

Subiicit huic Dialogo Cl. Editor duas epistolas criticas, quarum posteriore, Plinio duce, scholasticam vitæ genus prædicatur beatissimum, simulque Plinii epistola tertia libri secundi a mendis aliquot liberatur; priore disputatur de jure Latinam linguam novis augendi vocabulis. In hac & rationibus, & Criticorum summorum suffragiis, & omnis ævi exemplis docet, aliquando nova cadere vocabula jus fasque esse, duosque hanc in rem expromit canones criticos. Hoc fundamento nixus in civitatem Latinam adscribi jubet *Flintam, Musquetam, Pistolam, Scarostam, Woywodam, Bassam, Turbanum, Fontangiam, tabacum, Brihaniam, Theam, Coffeam.*

Subiuncti sunt ad Quintiliani Dialogum duo Indices accuratissime confecti, alter rerum, alter verborum. In priore p. 186 observatur, fragmentum aliquod *Hortensii* Ciceroniani in hoc dialogo exstare, quod omiserint adhuc Editores fragmentorum Ciceronis. In posteriore p. 190 animadvertitur, ævo argenteo Latinos *ambitionem* dixisse pro *adulatione*; p. 198 *habeo expectandum* formulam esse ejusdem ævi; *hodieque* esse voculam Latinitatis plebejæ, non elegantis & oratoricæ: ubi simul ostenditur, quomodo aureæ Latinitatis Autores vim istius voculæ expresserint, Cicero, Nepos, Ovidius.

FABULARUM ÆSOPICARUM COLLECTIO, quosquos Græce reperiuntur; accedit interpretatio Latina.

Oxoniz, e Theatro Sheldoniano, 1718, 8.

Plag. 20.

QUOD multis præcæ ætatis viris accidit, ut temporis intervallo memoria eorum vel prorsus exolesceret, vel tamen in dubium vocaretur a posteris, quicquid de iis commemorari solet, id etiam Æsopo egregio illi fabulatore, ut passim a scriptoribus vocatur, contigisse novimus, qui hæc cum Orpheo, & Homero, aliisque veteris sapientiæ antistitibus communia quasi fæta

fata expertus, & in eorum censum relatus est, quorum nomina ficta, & ex hominum cerebro prognata vulgo arbitramur. Certe quod Neander, Camerarius, Dilherrus, & qui haud longe ab illis discedit, Cl. Heumannus, ad eorum sententiam, qui ullum unquam Æsopum extitisse negant, admodum proclives fuerint, ex scriptis illorum manifestum est, a quibus tamen paullo longius abire videtur celeb. Hudsonus, qui suppresso suo & assumpto ab aula Marix, cui præest, *Mariani* nomine, Æsopi fabulas nitide ac elegantur typis exscriptas in lucem emisit, iisque non solum vitam Æsopi a se concinnatam adjecit, sed etiam præterea tot veterum de Æsopo adduxit testimonia, ut nihil amplius causæ superesse videamus, quam obrem Æsopum extra humani generis terminos eliminare, eumque in terrarum orbe olim floruisse præfracte negare velimus. Equidem de fabulis quæ Æsopo vulgo attribuuntur, res nondum confecta est, quod imprimis controversia, quæ inter duos doctissimos Anglos Richardum Bentlejum, & Carolum Boylium quondam exarsit, satis testari poterit, & ipse Cl. Hudsonus, cujus pecus sit, se nihil curare, ingenuè fatetur, qui id modo sibi negotii datum existimavit, ut quas ab Isaaco Neveleto acceperat, fabulas multo emendatius, & nova cum accessione publici juris faceret. Atque ea re sine dubio magnam ab æquis rerum æstimatoribus gratiam inuit, præcipue cura antiquam Latinam versionem, ubi hiulca erat, & Græcis non respondere videbatur, emendaverit, & novam quoque, prout necessitas requirebat, adjecerit. Hac enim ratione Æsopi fabulæ multo facilius a pueris tractari poterunt, quibus & omnino plus utilitatis in addiscenda Græcorum lingua pollicentur, quam Plutarchi de puerorum educatione libellus, qui præpostero sane consilio in quamplurimis scholis hodie legi solet, quum tamen nec stylus, nec materia, quam Plutarchus pro ratione illorum temporum tractat, puerorum ingeniis ita accommodari queat, ut puerorum magistri vulgo sibi persuadent. At enim ea de re plura forte dicentur, quando nova fabularum Æsopi editio, quam Jo. Frid. Gleditschius bibliopola suis sumptibus in scholarum apud nos usum jam adornari iussit, in publicum prodibit.

CHRI.

**CHRISTIANI FALSTERI QUÆSTIONES
Romanae, sive idea Historiæ Literariæ Romanorum ipsi-
horum Græcorumque veterum testimoniis &c.
comitata.**

Lipſiæ & Flensburgi, apud Balhaf. Otton. Boffeckium, 1718, 8.
Alph. 1 plag. 4.

UT moribus ſeculi noſtri, quod historiæ literariæ ſtudio mi-
rifice flagrat, ſe Cl. Autor accommodaret, ideam historiæ
literariæ Romanorum, ipſis horum, ut ait, Græcorumque ve-
terum testimoniis comitatam nobis exhibuit, & tribus libris,
quicquid ad rem Romanorum literariam ipſi pertinere viſum
eſt, comprehendit. Quilibet liber ſuis abſolvitur capitibus, in
quibus omnia excutiuntur quæſtionibus, quod Plutarchi, Cice-
ronis, Senecæ aliorumque exemplo Autor excuſat, & metho-
dum *ζητητικὴν* ad proponendum historias valde idoneam eſſe
arbitratur. *Libri primi* c. 1 de lingua Latina ejuſque diſiſione
agit, ubi relicta Clerici & Scioppii ſententia, Iſidoro Autor ſub-
ſcribit, qui linguam Latinam in priſcam, Latinam, Romanam,
& mixtam diſpeſcere aggreſſus eſt. C. II de origine & incremen-
tis linguæ Latiniæ diſſerit, quo origo linguæ Latiniæ ex Græco-
rum lingua, & Æolica inprimis dialecto deducitur, & uſum lin-
guæ Græcæ ita in Romanorum ſcholis invaluiſſe commonſtra-
tur, ut fœminæ etiam Romanæ Græco ſermoni operam dediſſe
perhibeantur. C. III de literis Romanorum inſcribitur, ubi de
Autore & numero literarum apud Romanos agit, & eorum
refellit opinio, qui Romanos in ſcribendo uncialibus, ut vo-
cantur, literis uſos fuiſſe contendunt, qua occaſione de ſcriptu-
ra Longobardica ex Scioppio de art. Crit. p. 1 & Clerico art.
Crit. p. 3 Sect. I c. 1 quædam auñectuntur. C. IV de ſcholis Ro-
manorum tractat, & expoſita vocis ſcholæ origine varia de
ſcholis apud Romanos publicis affert, conſpectumque clarifi-
morum Iudi magiſtrorum, inter quos L. Plotius Gallus, Quinti-
liano teſte, eminuit, exhibet. *Libri ſecundi* C. I Bibliothecas
Romanorum inſtigat, quarum primus apud Romanos au-
tor, ut Plinius perhibet, Afinius Pollio fuit; atque heic de Biblio-
thecis

theſis publicis & privatis earum ornamentis, & locis, in quibus collocatz fuerunt, breviter differitur. C. II ad Bibliothecarios progreditur, quibus, rejecta voce bibliothecarii, tanquam minus latina, titulus a bibliotheca, bibliothecz cuſtos, qui bibliothecz præſt, veterum monumentis adſcribitur, & de munere ac dignitate eorum commemoratur. C. III bibliopolas & librarios veterum Romanorum producit, quorum olim officium fuit, ut ſcripta doctorum virorum cumularent, deſcribenda curarent, & in tabernis librariis, quarum celebriores enumerantur, venum exponerent. C. IV de profeſſoribus Romanorum, quo nomine Grammaticos inprimis & Rhetores appellare ſolebant, de titulo Profeſſoris, Magiſtri, & Doctoris diſputat. C. V de Stipendiis & Salariis, ut dicuntur, literatorum apud Romanos quædam tradit, quo etiam incitamenta honorum, cupido ſcilicet libertatis, jus civitatis, libido famæ, exempla Græcorum, præmia Principum referuntur. C. VI de Gymnaſiis veterum Romanorum, eorum ornamentis, & diſputandi exercitiis agit. C. VII de peregrinationibus literariis principum, nobilium, & literatorum apud Romanos exponit. *Liber tertius* ſtudia Romanorum ſublīmiora complectitur, & ſeptem capitibus de Theologia, Philoſophia, Poëſi, Hiſtoria, Oratoria, Jurisprudentia, & diſciplinis mathematicis ordine differit. Quod autem Medicis in hoc libro nullum aſſignatum videas locum, Autor in præfatione hanc rationem adducit, quod Plinius L. XXIX H. N. c. I ſervilem & exoſam veteribus Romanis artem medicam prolixè oſtendit, & Iſidorus L. IV Orig. c. ult. numero artium liberalium medicinam excludit, quod illæ ſingulares continent cauſas, hæc vero omnium. Atque iſthæc, quæ jam recensuimus, etiamſi forte ſtrictius, quam res poſtulabat, tractata videantur, nihil tamen laudi & induſtriæ Cl. Autoris derogare poterunt, quandoquidem non hiſtoriam literariam, ſed hiſtoriæ literariæ ſe tantum exhibuiſſe ideam profeſſus eſt, & omnis ex antiquis & fide dignis ſcriptorum monumentis deſumſit. Quæ in fine libri reperiuntur *memoria obſcura clariffimorum quorundam ingeniorum & monumentorum apud veteres Romanos*, ad ſupplendam hiſtoriam literariam permultum faciunt,

atque eo cariores debent esse literarum studiosis, quò diutius in suis latebris reconditæ fuerunt.

CHRISTIANI FALSTERI COGITATIONES
varie Philologicae.

Lipsiæ, & Flensburgi, apud B. O. Boffeckium, 1719. 8.

Plag. 13.

Opusculum hoc Philologicum tribus absolvitur partibus, quarum *prima* Cl. Autor ostendit utilitatem Philologiæ in studio Theologico; *altera* differit de laboribus eruditorum, qui in re Philologica vel desiderantur vel redudant; *tertia* controversias aliquot philologicas componere amittitur. *Prima* igitur Partis Capite I refellit eos, qui literarum humaniorum studium a Theologiæ cultore abesse jubent. Cap. II docet, prius Philologiæ vacare studiosum oportere, quam totum sese tradat Theologiæ studio. Cap. III damna exponit, quæ ignorantia Philologiæ superioribus sæculis Theologiæ attulit. Cap. IV Historiæ ecclesiasticæ cultores non esse debere expertes historiæ profanæ, docet. Cap. V negat, Philologiam sacram carere posse auxiliatricibus profanæ Philologiæ manibus. Cap. VI Theologiæ naturalis cultores excutere jubet libros Ethnicorum. Adducit hac occasione scriptores, qui concinnarunt Theologiam Platonis, Aristotelis, Hippocratis, Homeri, Ciceronis, Luciani. Ipse hic exhibet *Theologiam* Apuleji. Cap. VII Theologiæ moralis studium conjungi debere contendit cum Philosophiæ gentiliùm morali. Qua occasione duo Capita Matthæi Evangelistæ, quintum & sextum, illustrat dictis *sermone* M. Antonini Philosophi.

P 37-
37-43-

Secunda Partis Cap. I desiderat *Lexicon criticum purioris Latinitatis*, ejusque ideam exhibet. Profert quoque Specimen ex *avendæ Phære Latinitatis* Christiani Ostensfeldii, Professoris quondam Academix Hafniensis. Capite II justam *Græcorum Historiam literariam* desiderat, pariterque ejus ideam describit. Cap. III ad Cl. Fabricii *Bibliothecam Latinam* Supplementa exhibet. Cap. IV notat imperfectionem *Indicem Latinitatis*, autoribus classicis adjectorum. Cap. V ostendit,

dit, displicere sibi illas veterum Auctorum editiones, quæ plura exhibent variarum lectionum.

Tertia Partis Cap. I memorat dissensum philologorum de ætatibus & autoritate scriptorum veterum Latinorum. Ipse quidem existimat, autoritatem singulorum non tam ætate, quam eloquentiæ & dictionis præstantia esse metiendam. *Cap. II* exemplum Theologorum imitatus scripta Latinorum dividit in libros canonicos & apocryphos. *Cap. III* judicia veterum de prisca autoribus præferenda censet judiciis recentiorum. *Cap. IV* de orthographia Latina differit, eamque non tam monumentis antiquis, quam ex analogia, etymologia, & consuetudine eruditorum petendam esse censet. *Cap. V* de etymologiis vocum modeste disputandum esse, docet, finemque huius libello imponit.

ZOSIMUS IN CLEMENTE XI REDIVIVUS,
sive dissertationes duæ Ecclesiasticae CHRISTOPHORO
LEOPOLDO oppositæ, juxta cum dissertatione Jubilee
de Schismate Protestantibus immerito imputato; itemque
Instrumentum Appellationis IV Episcoporum Gallie
Auctore & Editore JO. FRICKIO,
S. T. P.

Ulmæ, apud Danielem Bartholomæi, 1719. 4.

Alph. I plag. 6.

EXaminaverat Cl. Frickius, Ulmensium Theologus eruditissimus, sexennio abhinc *Inclementiam Clementis XI* Bullæ suæ adversus P. Quesnelli Meditationes in Testamentum novum proditam, duabus Dissertationibus junctim editis, & in his Actis mense Julio A. 1715 p. 292 sqq. recensitis. Impugnavit vero hoc Examen Frickii *Christophorus Leopoldus*, Jesuita Augustanus, *Dissertationibus VIII Historico-Polemicis*, Augustæ Vindelicorum A. 1718 junctim editis, & non absque fuce multo & aculeis; sed suppresso auctoris nomine, scriptis, quibus vero duas dissertationes perdoctas sub Zosimi in Clemente XI redivivi titulo *Frickius* opposuit, simulque tertiam quandam dif-

fertationem Ecclesiasticam de schismate Protestantibus immerito imputato adiecit. Quid ad scommata & aculeos illos Leopoldo Frickius responderit, quantaque dicendi vi spumantem illius magniloquentiam represserit, & fucum deterferit in præfatione præmissa, de eo nihil nunc attinet dicere. Potius argumenta, quæ in ipsis dissertationibus pertractata sunt, paucis enarrabimus. Neimpe cum *de finibus potestatis Papalis, ultra id, quod decet, in causa Pelagiana protensis* agere, eademque opera *Zosimum in Clemente XI P. R. redvictum* sistere in dissertatione *prima* sibi Frickius proposuerit, inde capite I hujus dissertationis totam causam Pelagianorum sub Innocentio Iac Zosimo, Pontificibus Rom. agitatum ab umbilico velut enarrat, ut fucum illum fallacem, quem Leopoldus historiz Pelagianæ non sine multo artificio in scripto suo illinaiverat, eo felicius ab ea abstergeret; simulque varios detegit Leopoldi, Jesuitæ, in eadem causa lapsus & errores. Excanduerat Leopoldus, quod Frickius sententiam Zosimi in causa Celestii & Pelagii latam velut falsam & præcipitem traduxerat, tum quod Zosimo animum despotici regiminis, ultra quam dici poterat, avidum tribuerat. Quem contra Apostolico fervore & animi magnitudine Innocentio, antecessori suo, haut quaquam dissimilem & æquissimum in causa Pelagiana judicem, Leopoldus prædicat. At contrarium ejus rei Frickius inter cetera ex eo probat, quod non tantum Casaubonus & Vossius Zosimum præcocem Hildebrandulum nominaverint, sed quod Marcus Antonius Capellus quoque, homo magnæ, ut Garærius, Jesuita, de eo scribit, eruditionis & ingentis zeli pro honore Pontificio tuendo, epistolas Zosimi Papæ falsi redarguerit; velut indignas sancto Pontifice, & a Pelagianis nefarie suppositas, ad odium Zosimo conciliandum. Qua in re quamvis falsus mirifice conjectura sua Capellus fuerit; nihilominus id tamen ex historica hac commemoratione liquere putat Frickius, quantam Zosimi æquitatem in causa Pelagiana fuisse vel ipsi Romani scriptores credant. Hoc vero ut eo clarius appareat, præservidum inde Zosimi, qui ultra annum & menses novem sedi Roma-

Roma-

Romanæ non præfuit, ingenium & factum pluribus Frickius delineat, quem se vel exinde satis probatum dedisse putat, quod Zosimus Afris non satis æquus, & Eroti ac Lazaro, qui Celestio & Pelagio palam adversabantur, palam inimicus, judicia Episcoporum Africanorum plane pro nihilo duxerit, & integræ causæ Pelagianæ decisionem a sua unius autoritate pendere voluerit. Quam igitur potestatem judiciariam licet Leopoldus Papæ Romano ex eo Christi dicto: *pasce agnos meos, pasce oves meas*, declamatorio satis modo vindicet; tamen hanc Christi vocem non *imperii*, sed *amoris* injuncti argumentum & indicium esse, Frickius ex luculento quodam Augustini loco comprobat, simulque Pontificum in primatu Petri, ad quem Christus verba illa dixerat, successione apud ipsos Pontificios, ut dicunt, orthodoxos etiamnum controversam esse, ex propria Leopoldum confessione sua convincit. Quando deinceps vero Leopoldus doctrinam Celestii ab hujus libello distinguit, atque non illam, sed hunc solummodo, i. e. libellum Celestii Catholicum a Zosimo dictum comminiscitur, Frickius ad hanc distinctionem respondet, quod hac admissa distinctione versuta Hieronymus distinguere etiam debuisset inter libellum & doctrinam Arianam, quorum ille forte Catholicus fuisset, propter subscriptionem ejus a Patribus in synodo Ariminensi factam, non autem hæc; item quod eadem distinguendi facilitate, quando Papa in posterum Augustinam Confessionem damnaverit, credi possit & debeat, quod non doctrina sed libellus solummodo Augustinæ Confessionis fuerit damnatus. Deteguntur hic & alii Leopoldi lapsus ac hallucinationes plures, quibus commemorandis non immoramur, id saltem addentes, quod sicuti Frickius in capite secundo res gestas in causa Pelagiana sub Innocentio I Papa ejusque decreta recenset, & in capite tertio de actis scriptisque Zosimi Papæ in causa eadem speciatim tractat, hicque simul Vicariatum Pontificis in Ecclesiam Gallicanam a Zosimo primum per Patrocli fraudes introductum, ostendit, ita capite quarto Concilium Patrum Africanorum plenarium exhibet,

& de mutata in melius Zofimi mente agit, simul impotentiam & criminationes Leopoldi Jesuitæ passim notat, nec non libertatem cleri veteris ad Papam scribendi cum moribus hodiernis confert, & Clementem XI in emendatione sui prorsus dissimilem fuit. In dissertatione *secunda dogma de Primatu Episcopi Romani* Frickius excutit, idque eum in modum, ut non quidem plenam & prolixam totius questionis evolutionem exhibeat, sed ut ea saltem attingat, quæ ad responsionem Leopoldo Jesuitæ dandam e fontibus antiquitatis genuinis erant proferenda. Inde quando capite primo hujus dissertationis de institutione & fonte Primatus Ecclesiastici tractat, Primatum Petri nullum in Scriptura adinventiri, sed principatum inter discipulos quaesitum vel ipsi Christo maxime adversum fuisse, jusque Episcoporum super Presbyteros tantum humanum esse docet, simulque factum Leopoldi Jesuitæ circa epistolas Isidori decretales errorem notat. Sed capite secundo ortum Primatus Romani ex canone 28 Chalcedonensi deducit, ac indolem illius primatus apud veteres primis seculis describit, lapsusque Leopoldi in allegandis pro primatu Papæ veterum testimoniis enodat, tandemque quantum Pontifices Romani a recto privilegiorum sedis suæ tramite deflexerint, ostendit. In dissertatione *tertia*, quam prioribus duabus ob affinitatem materis Frickius adjecit, doctam & accuratam *de culpa Schismatis Ecclesie Protestantium immerito imputata* disquisitionem instituit, quam A. 1717 in memoriam Reformationis per B. Lutherum duobus abhinc seculis coepta conscripsit. Vindicavit in ea Frickius masculæ priorum nostrorum Confessorum innocentiam, & debita prius cum schismatibus Veterum, Novatiano, Donatistico, hisque collatione insistenti culpam schismatis omnem non Ecclesie Evangelicæ, sed Pontificiæ imputandam docet, quæ etiam schisma illud per professionem fidei Tridentinæ indices augeat. Sequitur postremum *Instrumentum Appellationis solemnis*, a Constitutione Unigenitus Clementis Papæ XI ad Concilium generale futurum, per IV illustrissimos Gallie Episco-

Episcopus interposita, cui & sacra Facultas Parisiensis ac Rhe-
mensis adhaesit.

ALBERTI Junii Selde, PROFESSORIS THEO-
logi, Analecta Disquisitionum de rebus sacris, ecclesiasti-
cis & literariis, in Academia Kiloniensi
publice habitarum.

Lubeccæ, apud Petr. Bœckmannum, 1719, 4.

Alph. I pl. II $\frac{1}{2}$.

Complectitur hoc volumen allocutiones publicas, in Aca-
demia Kilonensi superioribus annis a Max. reverendo
Autore habitas, easque bonæ frugis plenissimas. *Prima* enim
Oratione differit de methodo tradendi Theologiam. Opti-
mam in eo putat consistere, ut doctrinæ Theologicæ tradantur
e purissimo fonte sacri Codicis, adeoque repudiatur autoritas
Scholasticorum, Aristotelis, Canonum Papalium atque Con-
ciliorum, deinde ut ablineatur a quæstionibus non necessariis
nec in S. Codice definitis, fugianturque inanes Scholasticorum
concertationes. Peccasse proinde putat Zuinglium, alios,
Philosophicis rationibus usos in definiendis quæstionibus theo-
logicis, & Scholasticas disputationes in Ecclesiam reducentes.
Porro vult Cl. Autor, ut Theologi utantur stylo puro ac dilu-
cido; ut auditoribus suis potissimum sacram Scripturam in-
terpretentur. Unde notat eos Theologos, qui satis habent,
collegio recentissimarum controversiarum & homiletico ha-
bitu studiosos in patriam remittere. Præterea statuit, Theo-
logum non segnem esse debere in oppugnandis erroribus, ea-
que occasione Jo. Frid. Mayeri dissertationem *de Pbil. Me-*
lanchthonis nimia lenitate refellit, Philippique patrocinium
suscipit. Denique contendit, Theologiam ita esse traden-
dam, omnia ut referantur ad usum fidei ac pietatis. *Secunda*
Oratione studiosis commendat diligentiore[m] Augustanæ Con-
fessionis ejusque Apologiae perustrationem. Triplicem
potissimum utilitatem istorum librorum laudat, quod contra
varios

varios errores animum fatis præmuniant, quod pacem in Ecclesia procurent, denique quod in vita Christiana haud levem usum præstent. Hac occasione notat Fabricium, Helmstadiensis Academix Theologum, errores Pontificios excusantem, producitque gravissima Melanchthonis judicia, quibus errores Pontificios pronunciat pestilentissimos & antichristianos. *Tertia* Oratione disquirat de causis, cur pauci sint hodie Theologi. Cur igitur rarissimi sint hodie, qui munere Professoris Theologiæ fungi possint, hasce profert causas. Primo ait, ut quis evadat excellens Theologus, requiri summum & omnibus dotibus instructum ingenium; vulgo vero Theologiæ studio dicari ingenia obtusiora & stupida. Deinde in plurimis disciplinis versatum esse oportet Theologum, ita ut & linguas cal'eat, Græcam potissimum atque Hebraicam, & Philosophiæ sit peritus, maxime Logices ac doctrinæ moralis, & artis exegeticæ. Denique causas externas commemorat, minus rectam constitutionem scholarum, paupertatem studiosorum Theologiæ, Theologorum contemptum & exiguos redditus honoresque. *Quarta* Oratione historiam emendationis sacrorum in Ducatibus Bremensi & Verdenf exponit. Huic annexit aliquot diplomata Papparum, aliaque monumenta rariora. *Quinta* eademque ultima Oratio recenset merita Theologorum Academix Kiloniensis, ac magna tribuit præconia *Petro Museo*, (ad cuius dedecus si quis referre velit, quod non in omnibus cum Calovio senserit, eum videre jubet, ne quis alius ad Calovii dedecus referat, quod is a duobus Musæis in nonnullis dissenserit) *Christiano Kortholto*, *Christophoro Franckio*, (qui cum Limborchium singulari libro refutarit, miratur Noster, ejus libri nullam mentionem fecisse Jo. Clericum in Vita Limborchii,) *Matthia Wasmutho* & *Henrico Opitia*.

 ERRATUM.

Pag. 357 lin. 19 & ib. in margine pro Fig. 1 lege Fig. 2.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Septembris, Anno M D C C X I X.

*BURCARDI GOTTHELFFII STRUVII HI-
storia Juris Romani, Justiniani, Græci, Germanici, Ca-
nonici, Feudalis, Criminalis & Publici, e genuinis Monu-
mentis illustrata; accesserunt Prolegomena de Scripto-
ribus Historiæ Juris atque Indices
necessarii.*

Jenz, apud viduam Mayeri, 1718, 4.
Alph. 5 pl. 20.

Inter auguria haud vana, quæ Jurisprudentiæ nostræ faci-
em in Germania olim meliorem fore atque plane excel-
lentem prædicunt, haud immerito collocamus insigne
illud Historiæ Juris excolendæ poliendæque studium, de
cujus utilitate atque præstantia nostra ætas ita quidem est per-
suasa, ut hoc argumentum trium Clar. Virorum industriam
uno fere eodemque tempore exercuerit. Unus certe annus,
isque proxime elapsus tres nobis dedit Juris Historias, quod
olim vix ab integro Seculo expectare licebat. Primum locum
merito sibi vindicat liber celeberrimi Struvii, cujus modo titu-
lum retulimus, cum ob maturatam editionem, tum ob argu-
menti amplitudinem atque ubertatem, accuratamque tracta-
tionem; qua Historiam Juris Romani sub Regibus & libera
Republica, ejusdem sub Cæsaribus, Justiniani, Græci, Gothici
& Longobardici, Justinianeique restaurati, Germanici, Canoni-
ci, Feudalis, Criminalis, Publici, decem capitibus complexus
est, Prolegomenis etiam de Historiæ Juris Scriptoribus univer-
so operi præfixis.

B b b

Appa-

Apparent ibi ordine Juris, Fori, Formularum Romanarum Scriptores, Pomponius cum commentatoribus Legum Regiarum, XII Tab. singularium Interpretes, quotquot Indices, Fragmenta, Vitas, Sectas Veterum Jctorum collegerunt, Justiniani Seculi Autores, qui denique Jura Græca, Germanica, Hispanica, Gallica, Anglica, Suecica, Danica, recentiorum Jctorum Vitas, Canones, Feudales, Criminales, publicas Leges illustrarunt. His ita traditis, ad ipsam Juris Romani Historiam sub Regibus & libera Republica, uti jam diximus, primum conversus Excell. Autor, Romuli Leges, Numæ Jus Pontificium, reliquorum etiam Regum Constitutiones, Servii Tullii imprimis, qua occasione de Legibus curiatis & centuriatis simul dicitur, tum Jus Civile Papinianum, Leges Sacratas, XII Tab. alias, disputationem Fori, Legis Actiones, Plebiscita, Scta, quæ ita ad liberæ Reipublicæ leges referuntur, Prætorumque Edicta explicat, insertaque Magistratum Romanorum & Legis Annalis, Consulum imprimis, Censorum, Prætorum, Dictatorum, Quæstorum, Tribunorum, Ædilium, reliquorumque minorum notitia, Civium Romanorum, Municipiorum, Coloniarum, Præfecturarum, Latii, Italiz, Provinciarum Jura Comitia P. R. varii generis, Judiciorumque cum capitalium tum civilium ordinem declarat. Lex Regia, Orationes, & reliquæ Principum constitutiones, Prudentes & eorum responsa, Præfectus prætorio cum reliquis Magistratibus ad Imperium pertinentibus, Ciceronis, Pompeji, Cæsaris conatus de Jure civili in ordinem redigendo, Hadriani Imp. Edictum perpetuum, Institutiones, receptæ sententiæ, Regulæ, Quæstiones, Responsa, Pandectæ veterum Jctorum, & denique collectiones, Constitutionum Principalium Gregoriana, Hermogeniana, Theodosiana II Capite, Jurisprudentiam sub Cæsaribus exhibente, expli-
cantur. In capite III, Justiniano Juri destinato, Justiniani Imp. Theodoræ & Triboniani vita, aut, si mavis, vitia recensentur, sub juncta Codicis, Pandectarum, Institutionum, L Decisionum, Codicis repetitæ prælectionis, Novellarum, eartundemque maximam partem Græcarum, a Juliano vero Epitomatore, Barbaro Glossatore, & Gregor. Haloandro diversa ratione in Latinum sermo-

sermonem conuersarum, authenticarum denique Codici infer-
tarum Historiam. Ex capite IV studia Græcorum, Theophi-
li, Thalelzi, Basilicorum notitiam & quæ hæc insecuta sunt,
Compendiorum seriem; ex capite V Wisigothorum legiti-
mam scientiam, Aniani & Papiani conatus, Ostrogothorum
etiam & Longobardorum Leges, tenuia Juris Romani in Italia
fata sub Francis Germanisque Imperatoribus, latiora Codice
Florentino reperto, lætissima Jure Romano ope scholarum,
Irnerianæ, Accursianæ, Bartholinæ, Cujacianæ, ubique fere ter-
rarum postliminio restituto, addiscere licet.

Habet sua Jura Germania, communis mater, bonis mo-
ribus olim regi solita, quod vero ita est immutatum, ut sub le-
gum scriptarum pondere nunc fere succumbat. Sunt illa an-
tiquissimorum Populorum, Francorum, Alemannorum, Bipo-
riorum, Saxonum, Longobardorum placita, quæ inter Lex illa
celebratissima Salica eminet, Regum Francorum capitularia,
Imperatorum Saxonorum, Francorum, Suevicorum, Habs-
burgicorum constitutiones, Consuetudines Germaniæ in duo
specula alterum Saxonieum, alterum Suevicum collecta, Jura
Provincialia, & Municipalia, inter quæ Lubecense insigne no-
men adeptum est, antiquissimæ denique consuetudines de cæ-
libibus, manu mortua, decimis, obstagio, duellis, naufragorum
bonis &c. de quibus omnibus & singulis C. VI disseritur, ita ut
nonnulla de Judiciis antiquis in Germania inspergantur, & non-
nihil de usu & autoritate Juris Justiniani & collisione ejus cum
patriis Juribus annectatur.

Peculiarem Jurisdictionem & a civili diversam tempo-
rum vitio sibi sumserunt Ecclesiastici, cui fini Leges, a civilibus
diversas, cæu novum Juris Corpus, partim ex Veterum Ecclesiæ
dictorum placitis, partim ex Pontificum Romanorum Epi-
stolis sibi confinxerunt. Principibus nostris, excusso summi
Pontificis jugo, consultius visum est, legibus noviter latis istam
Jurisdictionem emendare, quam universam tollere, quo fa-
ctum est, ut Jus circa sacra triplex haberi possit, Canonicum,
Pontificium, Ecclesiasticum. Ad prius pertinent Canones cum
Apostolorum, tum Successorum in regendis ecclesiis, aut ex

operibus singulorum eruti, aut ex congregatorum in conciliis decretis delibati, Gratiani inprimis Monachi opera, qui antiquiorum Collectorum scriniis compilatis, suas tandem quisquillas sub Decreti nomine orbi obtrufit. Pontificum Epistolas varii collegere, primus autem Gregorius IX V Decretalium Libros instar Legis æternum valituræ suis promulgavit, quibus cura Bonifacii VIII Decretalium Liber VI, Clementis Clementinæ, Joannis XXII Extravagantes accessere. Sunt & Extravagantes, quæ communes appellantur recentiorum Pontificum, sua autoritate non destitutæ, qua carent labores privati, Jo. Pauli Lancellotti Institutiones & Petri Matthæi VII Decretalium, quamvis Corporis Juris Canonici editionibus fere jungi soleant. Principum nostrorum in sacris libertas Transactione Passaviensi, Pace religiosa, & Westphalica nititur, quam per Constitutiones Ecclesiasticas & Consistoria administrant & tuentur. Hæc sunt, quæ capite VII leguntur, larga manu & de receptione atque autoritate inimici illius Juris in nostris foris disceptationibus admixtis.

De Feudorum nomine, origine, quæ Germanis eosque inter Francis tribuitur, Vasallis & Germaniz nobilibus, multa c. VIII disserit Cl. Autor, atque ita ad consuetudines Germanorum, Saxonum, Suevorum, Longobardorum, Feudales transit, diversas illarum collectiones recenset, & qua apud nos sint autoritate, pluribus exponit. Crimina Germani nostri olim læbant *новоштра*, aut pœnas debitas variis ordaleorum speciebus evitabant, per duellum puta, ferrum candens, calidam, frigidam, per juramentum, per sacram Eucharistiam, crucis signum, caseum exsecratum, quæ fusius traduntur cap. IX, junctis iis, quæ de Jure cruentandi, de Judiciis Vehmiciis, seu Westphalicis, de Banni, Centenz Principum Judiciis, de ordinationibus criminalibus, Nemesi inprimis Carolina dici possunt.

Ultimum sibi locum vindicat Juris publici Scientia, nostræ patriæ peculiaris, cujus initium Cl. Autor a Ludovico Germanico arcessit, periodos autem seu mutationes constituit septem, primam sub Ottone M. secundam sub Henrico IV, tertiam in interregno, quartam sub Carolo IV, quintam sub Maximi-
milia-

miliano I, sextam sub Carolo V, septimam constituta Pace Westphalica, cujus & reliquarum Imperii Legum Historiam & scriptores hic ordine reperies. Indices II a Christiano Gottlieb Budero Budissino confecti, Autorum alter, alter verborum & rerum, claudunt opus univcrsum, quo ipso de Jurisprudencia bene esse meritum Celeber. Virum nemo negabit, quamvis moles illius admodum minui potuisset, si Autori in describendis Autorum locis pariori esse libuisset.

CHRIST. GODOFR. HOFFMANNI, J. U. D.
Historia Juris Romano-Justinianei, pramittitur Viri Ill.
CHRISTIANI THOMASII Delimitatio Historie Juris
Civilis; accesserunt FR. HOTOMANNI Anti-Fribonianus
& Prefatio de utilitate & necessitate Historie Juris
Romani, nec non indices necessaris.

Lipfiz, impensis hæredum Jo. Grossii, 1718, 4.

Alph. 2 pl. 13.

Sunt, qui jejuna Institutionum, Pandectarum, Codicum, Novellarum, Justinianearum notitia tradita, & celebri illa sententia: *contrarium aliquid in his positum nullum sibi locum vindicare, si quis subtili animo diversitatis rationes excutiet*, suis probe inculcata, Juris Historie abnnde satisfactum putant; nec defunt alii, qui ad rem tenuem summum nisum atque conatum afferunt, & difficulter inventis, quæ salva legitima scientia reliqui ignorant, ambitiose sibi plaudunt, nec quod pueri in faba se reperisse clamitant. Utramque sententiam merito in præfatione improbat Consultissimus Autor, qui simul duo alia Jctorum genera notat, alterum eorum, qui in suis Juris Compendiis sprete veteri Jurisprudencia usum modernum, & praxin nostri fori ubique crepantes, splendidis illis titulis turpem ignorantiam velare, eademque opera, & hamatis illis artibus imprudentium Juris Tyronum applausam colligere annituntur; alterum eorum, qui, dum multa immo plurima Juris Civilis Romani capita cum nostræ Reipublicæ statu pugnare animadvertunt, nihil amplius Justinianeis Legibus tribuunt, suam Juris nature sen-

sum secuti, novam sibi Jurisprudentiæ Civilis faciem ex proprio ingenio effingunt. Sunt leges Romanæ haud paucæ, quas tacitus utentium confessus approbavit, & quas Principum nostrorum voluntas pro certo jure custodiri patitur; eas resingere, & ubi libitum est, e nostra Republica ejicere, in privati manu positum haud est; Jcti potius officio continetur, illas omnes atque singulas nosse, tenere non verba, sed vim atque potestatem, genuinasque rationes, & ex his denique adnota Juris, Historiæ & antiquitatum face probe cognitis, quo apud nos loco haberi debeant, inferre.

Satis adeo præsidii est Consultissimo Autori in his rationibus, cui talium rerum minus intelligentes facile objicere poterant, huic argumento post tot aliorum labores, suam etiam sed incassum navasse operam. Dedit ille nobis delineationem Historiæ Juris Romani Thomasiæ observationibus notisque perpetuis iisque locupletissimis illustratam, ita ut a Romuli regno, primisque populi Romani initiis ordiatur, Justiniano vero seculo exposito deficiat. Habet autem hoc præ reliquis præcipuum, quod Leges Romanas earumque naturam, ortum pariter atque mutationes, ex ipso Reipublicæ statu derivet, novos ob defectus ex Jurisprudentia legislativa & scriptorum veterum monumentis explicet, artes Patriciorum magistratuumque Romanorum detegat, & in Flavianis maxime moribus operibusque veritati potius, quam communi opinioni libet, qua in re quantum dispendium non est Illustris Thomasiæ vestigia eam legere, multa tamen e proprio quoque penu, certe optimis subsidiis instructo, deprompsisse non imus infitias, Habet & alia, que in Struviano opere frustra quæras, v. g. seriem Legum Romanarum tyronibus non inutilem, Legis Regiæ fragmentum in zenis Tabulis Romæ nobis servatum, Salinianorum & Cassianorum Indicem, Sctorum illustrium, que, quaterus legum numero censentur, merito ad Imperii tempora refert, notitiam non spernendam, que ideo hic a nobis monentur, nequis existimet, ita idem argumentum ab utroque Clarissimo Viro esse pertractatum, ut harum rerum studiosus uno libro evoluto, alterius lectione facile supersedere possit. Delineatio Thomasi-

p. 49.
131.
147.
178.

masiana ad nostra usque tempora decurrit, & integra hic legitur, una cum Fr. Hotoimanni celeberrimi Jcti Anti-Triboniano; utrumque scriptum, cum dudum manibus doctorum teratur, hic recensere nostri non est instituti.

*SAM. REYHERI JC. DUCIS SAXO-GOTHA-
ni Consilarii, Regiæ Societatis Borusso-Brandenburgicæ
Socii, in illustri Hofiatorum Universitate Ansecessoris, su-
periorum atque inferiorum Mathematicarum Professoris
Publ. celeberrimi, Historia Juris universalis, in qua præ-
missis generalibus isque solidis & genuinis principiis,
divina & humana ut & præcipuorum Regnorum, Princi-
patuum atque Rerumpublicarum Jura & Juris
Consulti recensentur, additis Personarum
& Juris Textuum Indicibus.*

Lubece, apud Petrum Boeckmannum, 1718, 4.

Alph. 3.

Integram Libri titulum damus, ut statim cuilibet pateat in opere molis non adeo magnæ non modo Juris Historiam, rem scilicet nimis sterilem, atque infœcundam, sed ipsa etiam Juris omnis principia solida, si diis placet, atque genuina tradi. Libertas est status hominis sine omni lege, quem si per impossibile finxeris, tum demum intelliges variis gradibus eam restringi, ex quibus Jus Naturæ, Jus Gentium generale, Jus Civile generale, Jus Gentium speciale seu feciale, qua occasione de jure militari nostri etiam temporis differitur, Jus Civile speciale seu Municipale, Jus statutarium, quo nomine Jura Collegiorum veniunt, Jus Familiz, Votum, Pollicitatio, Constitutum, Pactum, ipsa etiam æquitas profluit. Hæc sunt Juris omnis principia, prioribus novem capitibus explicata, in quibus Paulum Apostolum, Ciceronem, Ovidium, Tribonianum, Grotium & Confutium, pari autoritate allegatos videas. Jura ipsa sunt vel protoplastis ante lapsum data, vel post lapsum, eademque vel antediluviana vel postdiluviana, hæc vel Gentium seu septem præcepta Noachica, vel Civilia Patriarcharum, Judicum, Re-
gum

gum temporibus lata. Divina Jura in his descripta esse ex capite XVI demum colligere est, ubi postdiluviana humana traduntur, Ægyptiaca primum, Chaldaica & Assyriaca, Israelitica, Persica & Medica, Indica, Græca, paucis verbis & superficialiter, tum Germanorum c. XVII, quod Indicem Judiciorum antiquiorum ex Schottelio habet, Romanum tandem Regium, Reipublicæ, Imperii. Jctorum, qui ante Justinianum usque ad Edictum perpetuum floruerunt, nuda nomina caput XXI exhibet, reliqui usque ad Justiniani tempora cap. sequenti uberius paulo exponuntur. C. XXIII nomenclaturam Autor exhibet Jctorum, qui in Indice nostri comprehensi, in Pandectis tamen honorifice allegantur. Codicum, Gregoriani, Hermogeniani, Theodosiani, corporis Justiniani, & Basilicorum notitia, vix quatuor folia in forma, quam quartam appellant, occupat. Pari ratione de Pandectarum Codicibus, editionibus, præstantia, Juris Justiniani in Imperio Romano-Germanico receptione & æquitate c. XXV & XXVI brevissimis dicitur. Jcti post Justinianum florescentes, quorum primus hic habetur Irnerius, cap. XXVII, XXX, XXXI gregatim adducuntur, ordine tamen omni studiose neglecto, quo pertinet, quod c. XXVIII de fatiis Juris Justiniani nescio quid dicatur, c. XXIX Index Scriptorum in Tractatu Tractatum occurrentium exhibeatur. Nec meliora de Jure Feudali & Doctoribus Feudisticis, de Jure Imperatorum Romano-Germanicorum, Canonico, Ecclesiastico offeruntur, quo facto Jura reliqua cum Provincialia & Municipalia, Saxonicum, Schlesviga-Holsaticum, Lubecense, tum externa, Juticum, Danicum, Suecicum, Norvagicum, Borussia, Hanseaticum, Dithmarficum, excursione nempe in Jura Germanica facta, Livonicum, Polonicum, Lithuanicum, Russicum, Hispanicum, Lusitanicum, Gallicum, Anglicum, Scoticum, Hybernicum, Belgicum, Frisicum, Venetum, Helveticum & ne Asia & Africa Europæ succenseat, Turcicum, Persicum, Sinesse, Japonicum, Indicum, Abessinum, & Regni Guinææ totidem capitibus sed levi admodum tractatione explicantur. Si mitissime de hac incondita farragine judicandum est, sunt Schedæ defultoria opera

opera & ea de causa collectæ, ut B. Reyhero, Juris quondam Historiam suis in Academia Kiloniensi Auditoribus, debito ordine & selectu accedente, tradituro, essent ad manus. Scias autem B. L. memoriæ Clarissimi cum viveret Viri nos non insultare, sed insignem injuriam eidem post fata factam dolere, qui aliis in rem literariam meritis conspicuus fuit, & ineptis, qui in præfatione allegantur, æstimatoribus rectius de suis scriptis ipse judicavit, neque unquam se adduci passus est, ut monstruosum factum luci publicæ committeret. Si qua duriora aliis videbuntur, ea his tantum, qui lucrum inde intempestive sperarunt, dicta sunt.

*D. HECT. GOTTFR. MASII, IN UNIVERS.
Hafn. S. Theol. Prof. S. R. M. Concionatoris aulici, &
Consist. Assessoris, Dissertationes Academicæ cum Appen-
dice Orationum. Omnes recensuit, summaris, alicubi
etiam supplementis, auxis, ac Præfationem adjectis SE-
VERINUS LINTRUPIUS, Theol. & Eloqv. Prof.
Hafn. & Consistorii Assessor.*

Tomi II.

Hamburgi, sumtibus Sam. Heylii, 1719, 4.

Alph. 8 pl. 1.

MAsius, cujus Opera hic exhibemus, ut e præmissis discimus Programmate, in pago quodam dioceseos Razeburgensis A. 1653 d. 13 Aprilis natus est. Vix duodecennis a patre, illius pagi sacerdote, in Lubecense missus Gymnasium, egregios ibi fecit progressus in literis. Delatus hinc in Academiam Gissensem, sedulam & Philosophiæ & Theologiæ navavit operam. Postea Argentoratum se contulit, magistris ibi usus Seb. Schmidio & Bebelio. Literaria deinceps defunctus peregrinatione per Helvetiam & Belgium, Galliam quoque visendi nactus est præclaram occasionem, Legato Danico A. 1682 adjunctus sacerdos, quatuor annis post revocatus Hafniam, & a Rege tum Concionator aulicus, tum Theologiæ Professor constitutus. Bis viduus factus est, ac laudabiliter rebus gestis A.

Ccc

1709

1709 d. 20 Sept. diem obiit supremum. Ingenii sui complura reliquit monumenta, quorum Catalogus hic exhibetur. Quæ quidem duobus hisce voluminibus continentur, paucis recensenda sunt. Igitur *Tomi primi* dissertatio *prima* de Theologia naturali agit, & Atheis, Deistis ac Naturalistis est opposita. *Secunda* exhibet vindicias Spenerianas in controversia Bilsfeldiana de subiecto veræ Theologiæ sive de quæstione: an in irregnitate cadat vera Theologia? *Tertia* docet, existentiam demonum e solo lumine naturæ non posse a priori demonstrari, et probabiliter colligi ex effectibus, nempe spectris, operationibus magicis, oraculis, obsessione, somniis. *Quarta* de origine animæ humanæ disputat, ejusque propagationem per traducem propugnat. *Quinta* breviter exponit doctrinam de libero arbitrio. *Sexta* quæstionem illam expendit: an caro possit dici τὸ λόγῳ adjunctum? *Septima* de passione Christi agit, & *octava* de passione animæ ejus. *Nona τὸν γυναικοβαπτισμόν* in casu necessitatis legitimum esse ac validum, ostendit, ac Reformatorum objectiones diluit studiosissime. *Decima* realem præsentiam corporis & sanguinis Christi in S. Cœna asserit adversus Joannem Claudium. *Undecima, duodecima & decima quarta* Communionem sub una speciosâ a Bossueto ornatam argumentis impugnat ac refutat. *Decima tertia* exhibet historiam communionis eucharisticæ publicæ a prima repetitam origine & per omnia secula deductam. *Decimam quintam* conscripsit oblata occasione a scelerato quodam milite, qui ad sacram admissus mensam, hostiam consecratam ex ore suo rursus extraxit, ea abusus ad philtum, incantationes, feriendi certitudinem, cutis indurationem, aliasque diabolicas artes. Hic gravissima pœna contendit afficiendam esse istam hostiæ profanationem, eosque, qui scelus illud supplicio capitis persequendum esse negant, irreligiosorum hominum in numerum referre non dubitat. *Decima sexta* infallibilitatem Ecclesiæ Romanæ a Langevino, Doctore Sorbonico, recentissime defensam destruit. *Decima septima* Sirenium cantum, id est, unionem Protestantium cum Romana Ecclesia caveri jubet, Dezioque Jesuitæ, qui singulari libro conatus erat Lutheranos re-

con-

conciliare Romano Pontifici, respondet. *Decima octava* edificavit contemptum Concilii Tridentini in Gallia. *Decima nona*, quae de contemptu Concilii Dordraceni in Anglia agitur, & Anglicana Ecclesia, veritatis Evangelico-Lutheranae testis citatur, Cl. Lintrupium, Respondentis munere functum, habet auctorem, ab eoque nunc recognita & magnopere aucta est. *Vicesima* Masius, exponit *Interesse*, quod vocant, Principum circa religionem Evangelicam. Hic Cap. I Atheos docet capitali supplicio esse afficiendos. Cap. II contra veterum Ethnicorum calumnias religionem Christianam tuetur, tanquam nutricem ac tutricem tranquillitatis civilis. Cap. III sectas Christianorum notat, quae fovent doctrinas reipublicae noxias, Anabaptistas, Weigelianos, Socinianos, Pontificios, Reformatos. Capite IV contendit, nullam religionem tam honorifice sentire de magistratu politico, quam Lutheranam. Id quod ex eo probat, quod Ecclesia Lutherana doceat, magistratum esse ordinationem divinam, imo esse a DEO immediate; Regis potestatem non esse in populo radicaliter; Regem esse summum DEI in his terris vicarium, nec Pontifici nec ulli hominum subjectum; illi competere curam externam sacrorum sive jus episcopale; & clericos & laicos subesse magistratui civili; subditos nunquam absolvi posse a juramento fidelitatis; magistratui resisti non posse, imo ne tyrannum quidem licere e medio tollere. Cap. V docet, *absoluto* Regum *dominio* nullam prorsus religionem tantum favere, quantum Lutheranam, ac Lutheranos *ius illud regium*, i Samuelis VIII memoratum, non de facto vel consuetudine iniqua interpretari, sed de jure Regis æquissimo & iustissimo. *Vicesima prima* dissertatione ostenditur, immortalitatem animae ex lumine naturae non posse demonstrari apodictice. *Vicesima secunda* iudicium suum exprimit de controversia: an fidelis in hac vita actu habeat vitam æternam? *Vicesima tertia* exhibet compendium Theologiae polemicæ; *Vicesima quarta* Synopsin Theologiae anti-Socinianæ. *Vicesima quinta* & sequenti Auctor sistit Daniam orthodoxam, fidelem & pacificam, adversus Sam. Andreæ; Theologum Reformatum, defendens suam dissertationem de Interesse Principum

circa religionem Lutheranam, simulque ex historia docens, quam religiose adhæserint Dani libris symbolicis, & ab omni hæresium contagio immunes fuerint. *Vicesima Septima* est dissertatio vel potius liber de Diis Obotritis seu idolis Meclenburgensium, præcipue Radegasto, cui notas adjecit Andreas Borrichius.

Accedimus ad *Tomum secundum*, cujus *prima* disputatione Autor vulgarem tuetur sententiam de uxore Lothi in statum falis conversa. *Secunda* de capillo Abfolonis agitur, contenditurque, Scripturam S. hic proprio sensu capiendam esse, adeoque omnino Abfolonis capillum quotannis resectam pondere suo æquasse ducentos siclos. *Tertia* locus Hofæ II, 19, 20 de desponsatione fidelium cum Christo explicatur. *Quarta* illustratur *sal theologicum* Matth. V, 13. *Quinta* exhibetur Orthodoxia Lutherana de origine imperii divina & immediata. *Sexta* realis præsentia corporis & sanguinis Christi in S. Cœna defenditur. *Septima* docetur, doctrinam dæmoniorum, ab Apostolo 1 Timoth. IV notatam, deprehendi in Ecclesia Romana. *Octava* e 2 Tim. IV, 13 disseritur de pallio Pauli. Hic rejecta eorum sententia, qui locum istum capiunt de vestimento, contendit, intelligi codicem veteris Testamenti. *Nona* agitur ex Coloss. III, 5 de mortificatione membrorum terrestrium. Adjunguntur tres Autoris Orationes, quarum *prima* est Jubilæa in annuam memoriam Reformationis Lutheri. *Alter*a docet, olim in urbe *Kiriath-Sepher* Israelitas habuisse Academiam sive Gymnasium literarium, itemque in urbe Abela, cujus mentio fit 2 Sam. XX. *Tertia* excutitur illa quæstio: ubi ante Lutherum fuerit Lutherana religio? & ad testes veritatis, in medio Papatu subinde ortos, provocatur.

BIBLIOTHEQUE DES AUTEURS SEPREZ &c.

i. e.

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM A COETU ECCLESIAE Romanae separatorum seculi XVI & XVII, Autore LUDOV. EL. DUPIN, Doctore Theol. Parisiensi.

Tomus I.

Paris

Parisiis, apud Andream Pralard, 1718, 8 maj.

Alph. 2 pl. 9.

Quod summopere cavent Doctores Ecclesie Romanæ, ne in notitiam suorum perveniant scripta eorum, qui separatos ab ipsis cœtus diversa doctrina imbuunt & communiter Hæretici habentur, id insuper habuit Cl. *Dupinius* Doctor Parisiensis, qui ut nihil, quod ad perficiendam suam Scriptorum Ecclesiasticorum Bibliothecam pertinet, intermitteret, qui per duo proxima secula extra cœtum Romanum vixerunt, scriptores eorumque ingenii monumenta singulari opere exponere aggressus est. Dedit hujus laboris *Tomum I* anno superiore & in præfamine, in quo instituti sui rationem reddit, nota vult esse suis illa celebrium extra suum cœtum doctorum scripta, quæ nihil quicquam a communi doctrina alienum continent, & explicationem Scripturæ sacræ literalem, quæstiones criticas, momenta disciplinæ Ecclesiasticæ historixque & eruditionis tractant, negatque in eo argumento, quod Grotius & Labadie in suis libris de veritate religionis Christianæ, idem Grotius de jure belli & pacis, Bullus de Trinitate, Vossius de baptismo & in historia Pelagiana, Usserius in annalibus, Bochartus in operibus, Capellus in Critica sacra, Waltonus in prolegomenis Scripturæ sacræ, & Blondellus in Pseudo-Isidoro exposuerunt, ullum recte versari posse, qui eos consulere neglexerit. Complectitur autem hic Tomus eos Scriptores, qui seculo decimo sexto vixerunt, sequentisque initium attigerunt, & cum in tres partes divisus sit, in *prima* comparent ii, qui Autores novorum dogmatum audiunt. Auspiciam faciens Autor a cœtu *Evangelico*, primo omnium sistit C. I *Martium Lutherum*, cujus vitam cum alibi expresserit, hic ejus scriptorum, ut in septem tomis Latinis Wittebergæ impressis conjunctim leguntur, dat summam, ubi quædam, quæ is contra Pontificis Romani dignitatem disputat, tolerat, quæ autem communi Romanæ Ecclesie doctrinæ adversantur, improbat & detestatur, ea vero, quæ de moribus insipidis in expositione decalogi protulit, maximo-pere laudat, optatque, ut quibus instruendi sunt Ecclesie Romanæ

manæ cives, ejus catechismum conferre, eoque prudenter uti possint. Dum ejusdem iudolem animiquæ dotes depingit, fatetur, eum fuisse Hebraice & Græce doctum, scripsisse bene Latine, melius vero & pure Germanice, fuisse quoque in eo summam ingenii vim, sed cum impetu vehementi conjunctam, & polluisse dicendi facultate, quæ flecteret animos & commutaret. Ubi colloquiorum ejus a Rebenstockio editorum meminit, ad *Philippum Melancthonem* transit, cujus scripta, ut Wittebergæ quatuor tomis inclusa sunt, percurrit, & eidem non tantum eruditionis sed etiam moderati animi laudem tribuit. His duobus Evangelicæ religionis ductoribus primariis addidit alios duos, *Andream Osiandrum*, cujus certaminis, quod ipsi fuit cum aliis de justificatione, & libri, qui inscribitur Papa non Papa, quem laude dignum censet, mentionem quandam facit, & *Sebastianum Munsterum* literis Hebraicis eruditum, cujus Scripturæ V. T. versionem eis, quas Pagninus ac Ariæ montanus adornarunt, cum eruditis multum præfert. Inde agit de iis, qui eodem tempore, quo Lutherus inclaruit, vixerunt, *Conrado Pellicano*, qui impetrato a Paulo Pfedersheimero, converso Judæo, Bibliorum Hebraicorum volumine, se studio Hebraicæ linguæ dedit, in eoque a Reuchlino adjutus tantos fecit progressus, ut Scripturam sacram V. T. & libros Judaicos transferre ac Grammaticam Hebraicam conscribere valeret, *Ulrico Hutteno*, *Gerhardo Geldenbauero*, *Wolffango Fabricio Capitone*, *Paulo Fagio*, *Caspate Crucigero*, *Caspate Hedione*, *Sixto Betseljo*, *Erasmio Sarcerio*, cujus scripta nullius pretii ei videntur, *Jacobo Bearlino* Tubingensi Theologo, *Andrea Gerharo Hyperio*, cujus opera satis laudare nequit, & *Laurentio Villavincentino* non tam vitio vertit, quod ejus opusculum de ratione studii Theologici ediderit, quam quod sub suo nomine apparere voluerit, & *Nicolao Amstorfio*, Nobili Misenenfî & Numburgensi Episcopo. Tum progreditur ad cœtum *Reformatorum*, datque C. II duces sacramentariorum in Helvetia, *Ulricum Zwinglium*, *Johannem Oecolampadium*, cujus epistolarum librum imprimis lectu dignum censet, & *Andream Bodenstein* seu *Carolo-Padium*, linguarum notitia eruditioneque Theologica solida desti-

destitutum; C. III autem primarios doctores sectæ Calvinianæ in Gallia, *Jo. Calvinum*, cujus institutiones & opuscula cum curâ recenset, *Theodorum Bezam*, cujus N. T. versionem omnibus aliis a Protestantibus adornatis longe anteponit; scriptum vero, quod nomine Papismi & Christianismi edidit, ejusmodi esse existimat, quo nunquam injuriosius in Ecclesiam Catholicam prodierit, eumque ob sententiam de hæreticis supplicio afficiendis premit, *Petrum Martyrem*, cujus scripta commendat, quemque eruditione ac linguarum notitia Calvino multum antefert, *Guilielmum Farelum & Petrum Viretum*, & tandem C. IV primos religionis Anglicanæ autores *Bucerum & Fagium*. Post hæc C. V in conspectum veniunt hæreseos *Sociniana* conditores, *Lælius Socinus*, qui nihil contra S. S. Trinitatem in lucem emisisse dicitur, *Michael Servetus*, cum suo libro rarissimo de Trinitate, in quo tamen nihil aliud agit, quam ut tres personæ, in una eademque divina essentia, divinitatem Christi & Spiritus S. neget, Jesum solum hominem & Spiritum S. Dei virtutem in hominibus operantem esse contendit, qua ratione sacrarum literarum dicta pervertit, ne quid mysterii in hac doctrina sit, & ratione comprehendi possit; *Bernbardinus Ochinus*, ex cujus triginta dialogis, qui de eo, num Jesus sit Messias, de Trinitate, polygamia, divortio, ecclesia & supplicio Hæreticorum & aliis agunt, ex labyrintho de prædestinatione & libero arbitrio & ex sermonibus de sacra cœna excerpta proferuntur, & *Faustus Socinus*, qui manuscriptis Lælii usus varia edidit, & tractatum quoque de autoritate Scripturæ, primum Italice scriptum, postea Latine versum ac sub nomine Dominici Lopez vulgatum, emisit, atque cum Francisco Davidis de adoratione Jesu Christi, cum Andrea Volano de divinitate Christi, cum Jacobo Coveto de ejusdem satisfactione, de aliis cum aliis disputavit. His subjungit Autor alios, qui in condendo propagandoque Socinianismo studium atque operam consumserant, & cum ejus fundamenta posita sint a Lælio Socino, Abbate Buccali, Julio Trevisano, Valentino Gentili, & Paulo Alciato, qui ad divinitatem Christi in dubium vocandam primum in locum ditionis Venetæ clam convenerant, sed metu inquisitionis

inde

inde iterum aufugerant, de his aliisque eadem cum illis docentibus agit, & commemorat quosdam de *Jo. Valdeso*, Jcto Hispano, *Valentino Gentili*, Neapolitano, qui confessionem de Trinitate & theses contra Symbolum Athanasianum scripsit, *Francisco Lismanino*, qui primum sodalis ordinis Francisci Reginae matri Sigisimundi Regis Poloniae a confessionibus audiendis fuit, postea vero ad Protestantium & tandem Socinianorum sacra transiit, quorum causa explicationem doctrinae de Trinitate, literas & collectionem locorum contra Trinitatem reliquit, *Georgio Blandrato Halo*, *Joh. Paulo Alciato*, *Martino Cellario* seu *Borrhao*, *Ludovico Heizero*, *Joh. Campano*, *Cliviacensi*, *Matthaeo Gribaldo*, Paduano Jcto, *Nicolao Paruta*, *Andrea Fricio Modrevio*, *Petro Gonesio*, *Petro Statorio*, *Jo. Wisnovio*, *Gregorio Pauli*, qui condendo Socinianorum catechismo imprimis operam dederat, *Stanislao Lutomirscio*, *Adamo Pastoris*, antea Rudolpho Martini dicto, cui liber differentiae verae & falsae religionis tribuitur, *Martino Crovittio*, *Alexandro Vitrelino*, *Stanislao Cicovio*, *Joh. Nicmojevio*, *Martino Czechovicio*, *Stanislao Farnovio*, *Stanislao Wisnovio*, *Francisco Davidis*, *Jac. Palaologo*, Graeco, *Christiano Franken*, *Stanislao Paclesio*, *Andrea Dudicio*, & *Erasmo Johannis*. C. VII narrat particularium errorum autores, *Guilhelmum Postellum*, *Jacobum Acontium*, a quo stratagemata Satanae, & *Julium Casarem Vaninum*, a quo dialogi de admirandis naturae Reginae Deaeque mortalium arcanis & Amphitheatrum aeternae providentiae divino-magicum, Christiano-physicum, nec non astrologico-catholicum, adversus veteres philosophos, atheos, Epicureos, Peripateticos & Stoicos edita sunt, quos libros, ut intelligatur quid contineant, summam percipiet Autor, quibus & *Franciscum Puccium*, Florentinum, & *Petrum Boyvinum*, qui exegeticae divinae atque humanae *novitates* scripsit, subjicit.

In parte *secunda* exhibet Autor illos scriptores ab Ecclesiae Romanae doctrina abhorrentes, qui a medio saeculi decimi sexti usque ad ejus finem vitam prodixerunt, & quidem iterum C. I *Evangelicos Lutheranos*, inter quos primum locum dat *Wolffgango Musculo*, quem excipiunt *Joh. Rivius*, insigni laude ab eo ornatus,

natus, Jo. Sleidanus, Jo. Bugenbadius, Alexander Alefius, Jo. Matthesius, Jo. Agricola, Jo. Draconites, Victorinus Strigelius, Paulus Eberus, Jo. Lonicerus, Jo. Brentius, Joachimus Marlinus, Joach. Westphalus, Ludovicus Rabus, Jo. Pseffingerus, Abdias Godeschalcus Prætorius, Joachimus Curavi, & Benediclus Arctius. Quem ab hoc proximum esse voluit Joachimum Camerarium, æternum Academix nostræ decus, mirifice laudibus evehit, & non tantum Scaligeri, Turnebii, Gruteri, Lipsii, Vossii, Naudæi, Casauboni, & Huetii, Virorum celeberrimorum, elogia illi data approbat, sed etiam addit, se satis mirari non posse, quod unus homo tanta scientia totque disciplinis fuerit eruditus, peritusque & linguarum & communium literarum & politioris humanitatis & philosophiæ & historiæ & antiquitatum. Inde pergit ad Georgium Majorem, Hieronymum Wellerum, de cujus vita se quicquam scire negat, Matthiam Flactum Jlyricum, contra quem Catholicorum causam agit, & quicquid contra eorum rationem interpretandi Scripturam assertit, propellit, Martinum Chemnitium, cujus Concilii Tridentini Examini aliquantisper inhæret, eumque in antiquitate sacra quidem probe versatum esse, sed Ecclesiæ Romanæ multas opiniones affinxisse judicat; Jac. Schegkium, Medicum, Matthæum Hofum, Jo. Wigandum, Tilemannum Heshusium, Henricum Mollerum, Jac. Andrea, Matthæum Vogelium, Nicol. Selneccerum, Christopharum Cornerum, Fridericum Sylbergium, Petrum Paulum Vergerium, Jacobum Heorbrandum, Davidem Chytraum, & Jo. Epinum. Ne quos omisisse videatur, pauca addit de Sebaldio Heidenio, Tymotheo Kirchnoro, Theob. Thamerio, Jo. Matthei, Luca Loffo, Balb. Bidembachio, Christophoro Duce Wurttembergensi, cujus jussu Confessio fidei edita & impressa, Georg. Cælestino, Valent. Erythrao, Jo. Thoma Freigio, Abrab. Bucholzere, Laurentio Codomanno, Niomedo Frischblino, Hermannio Hamelmanno, Paulo Constantino Pbrygione, Petro Palladio, Christophoro Hoffmanno, Leonbardo Culmanno, Paulo Egardo, Job. & Erasmo Marbachii & Nic. Hemmingio. Pari modo sese gerit C. II in commemoratione sacramentariorum seu Calvinianorum, qui posterioribus ejus sæculi quinquaginta

annis in Gallia, Helvetia & Germania vixerunt, *Henrici Bullingeri*, cujus scripta de cultu sanctorum & missa percurrit, *Joach. Vadiani*, Medici; *Conradi Pellicani*, qui in tanta ignorantia Clericos sub initium seculi decimi quinti versatos esse refert, ut in tam vasta Germaniæ regione ne unicum quidem novum Testamentum Græcum sit inventum, sed primum ex Italia fuerit apportatum, *Sebastiani Castellionis*, qui a patria Chatillon cognominatus, Bibliorum versionem Latinam dedit, quam Autor perstringit, *Leonis Juda*, *Theodori Bibliandri*, *Conradi Gesneri*, cujus Bibliothecam permagni æstimat, *Jo. Wolffii*, *Stephani Zegedini*, qui in carcere Turcico libros scripsit, *Josia Smleri*, *Emanuelis Tremellii*, cujus versio Bibliorum omnes alias Protestantium superet, *Zacharia Ursini*, *Ludovici Lavateri*, *Rudolphi Gualteri*, *Christophori Herdesiani*, *Jo. Sturmii*, *Hieronymi Zanchii*, *Francisci Hotomanni*, *Augustini Marlorati*, *Jo. Lasicii*, *Antonii Sadeelis* seu Chandieu, *Cornelii Bonaventura Bertrami* (Bertrand) Galli, *Lamberti Danai*, *Philippi Marnixii*, *Huberti Langueti*, *Georgii Buchanani*, *Roberti Rolloc*, & *Francisci Junii*, cui laudem eruditionis non denegat, quod tamen a Scaligero factum. Finem facit C. III iis autoribus, qui eadem ætate in Anglia docuerunt, qui sunt *Jo. Christophorus*, *Jo. Foxius*, *Guilhelmus Fulsius*, *Jo. Hopkinson*, & *Guilhelmus Wittakerus*.

Parti tertia includit certamina, quæ inter supra commemoratos doctores primarios de aliquot fidei capitibus fuerant, ubi simul eorum confessiones fidei ac colloquia recenset. Inchoat hanc narrationem C. I ab ultima concertatione, quam inter se habuerunt Lutherus, Carolostadius, Oecolampadius & Zwinglius de sacra cœna, in qua doctrina Lutherum inconstantiam accusat, tum C. II progreditur ad ea, quæ in comitiis Augustanis inter Evangelicos & Sacramentarios gesta sunt, in quibus separatas fidei confessiones utriusque exhibuerit; dehinc C. III transit ad ea, quæ inter eos ab anno ejus seculi trigesimo secundo usque ad trigesimum nonum, C. IV, quæ ab hoc tempore usque ad mortem Lutheri, & C. V, quæ ab hac usque ad seculi finem evenerunt; inde descendit C. VI ad concertationes illo-

illorum de Justificatione & libero arbitrio, & C. VIII speciatim ad disceptationes eorum de sacra cœna in Anglia, finemque facit C. IX. disputationibus Socinianorum cum Lutheranis & Calvinianis in Polonia, Lithuania, Walachia & Prussia.

Subjunguntur hujus Bibliothecæ Tomo primo tabulæ chronologicæ, in quibus illorum autorum res ab anno decimo septimo seculi decimi sexti usque ad annum decimum octavum seculi sequentis ordine breviter sunt descriptæ, deinde aliæ tabulæ chronologicæ seu potius catalogus scriptorum eorum autorum, qui in opere ipso fuere recensiti, qui satis amplus est, & aliquid eorum vitæ simul ac argumentum librorum cum anno locoque quo impressi sunt, exhibet, tum Index materiarum, in quo indicatur, a quibus singula fidei Christianæ capita, aut libri Codicis sacri fuerint explicati, extremoque Indices autorum & materiarum secundum ordinem alphabeticum.

Egregius hic est labor, nec sua defraudandus laude: ast habet etiam menda sua indigetque correctione, imprimis ubi per errorem Autor lapsus est. Ut ab extremo fiat initium, certamina Evangelicorum & Sacramentariorum nimis concise describuntur, ut quid ex utraque parte gestum sit, intelligi nequeat. Eadem ratione se gessit Autor in vitis autorum: ut plurimum eæ sunt nimis breves, & tametsi quædam sint longæ, non tamen tam accurate sunt descriptæ, ut quo tempore ad urbem aliquam quis pervenerit, quidque ibi egerit, recte discerni possit, unde & locorum & numerorum aliaque sphalmata ibi se offerunt, quorum quædam in Catalogo seu tabulis Chronologicis autorum & scriptorum sunt emendata, quædam vero eodem modo repetita, imo aucta, ne de librorum titulis, locis & annis, quibus impressi sunt quidquam addamus. Cum in opere Paulus Egardus dicitur fuisse Northorpi in Alsatia (en Alsace) p. 550, & Viretus mortuus esse A. 1557 p. 191, illud p. 784 per Holfatiam (en Holface) hoc per 1551 p. 706 corrigitur. In ipso opere Autor ignorat Bened. Aretii scripta vidisse lucem, sed in catalogo eadem recenset. In utroque porro, cum in opere tum in catalogo chronologico, sibi persuadet, Philipp. Melanchthonem mortuum esse X Apr. qui XIX fuit, &

Joachimum Westphalum ortum trahere ex Westphalia, eum Hamburgi sit natus; in utroque his apparent Conradi Pellicani vita & scripta, in opere p. 94 & 662 & in catalogo p. 683 & 790, quod non nisi *αβελυσία* tribuendum. In catalogo hoc chronologico Stutgardia est ipsi in Suecia (en Suede) p. 720, cum in opere sit urbs Germaniz, num Sueviam (Suabe) in animo habuerit, ignoratur, cumque in opere ipsi fuerint duz personz Jo. Wilsnovius p. 341, & Stanislaus Wilsnovius p. 346, in catalogo sunt una, & ut p. 723 ita & p. 725 Jo. Wilsnovius cum suis scriptis omissio Stanislao proferatur. Tum Francofurtum ad Oderam urbem Saxoniz habet, quz est mediz Marchiz, Bergam, ubi Formula concordiz perfecta, urbem, quz non nisi conebium prope Magdeburgum, p. 526, oppidum in quo Flacii & Strigelii colloquium habitum Weinheim, quod Vinaria in Thuringia, p. 489, & Julium Pflugium tum Numburgensem, tum Martisburgensem Episcopum p. 445. Affirmat porro, Marlorum exulem se contulisse Vivarium (Viviers) quz ad Cemmeni montes, qui Viviacum potius oppidum lacus Lemanni adiit, sic enim Beza in Iconibus scribit: *Viviacensis videlicet Ecclesia haud procul extremo lacu Lemanno designatur*; & de Andrea Gerardo Hyperio tradit, eum Noviomagi docuisse (*il enseigne a Nimegue*) p. 102, cum, ut Marpurgi permaneret ibidemque publice doceret, cum eo egerit Dominus Gerhardus *Noviomagus*, ejus Academiz doctor, ut est in Wigandi Orthii oratione, quam in ejus laudem habuit. Quamquam tandem in chronologico catalogo inferuerit quosdam & quidem Socinianos, Joh. Somerum & Mattheum Glirium p. 730, quos in ipso opere omisit, multo plures tamen sibi desiderantur, nihilque de Georgio Principe Aulstirno, Justo Jonz, Georgio Spalatino, Joh. Forstero, Urbano Regio, Simone Grynzo, Petro Cholino, Jo. Frobenio, Adamo Sibero, aliisque ibidem habetur. Quicquid vero hujus rei sit, docemus tamen hujus Viri obitum nuper nobis nunciatum, & ut sequentis hujus Bibliothecz Tomi, si eodem perfecerit, sed accuratiore lima a viro aliquo docto perpoliti & emendati, quam primum lucem aspiciant, optamus.

VOYA-

h. e.

*ITINERA LITURGICA GALLIÆ SEU
Pervestigaciones in diversis hujus regni locis facta a
DN. DE MOLEON, in quibus varii singulares ritus
& instituta Ecclesie exhibentur, simulque anti-
quitates Ecclesiastica & gentiles
deseruntur.*

Parisii, apud Florentinum Delaulne, 1718, 8.

Alph. I pl. 14.

Desiderium paulo accuratius cognoscendi ritus sacros in Gallia receptos impulit Dn. De Moleon, ne illud regnum obiret, adiretque varias urbes & monasteria, quorum templa sacraque summo cum studio consideravit, & in hoc libro delineavit. Loca, quæ in itinere lustravit, sunt Vienna Allobrogum, Lugdunum seu Augusta Sequanorum, Clarus mons seu Augustonemetum Arvernorum, Burdigala, Pictavium, Nannetz, Andegavum ad Meduanum, Theoduadum, Fons Ebraldi, Majus monasterium, Turones, S. Sigirannus in Britania, Biturizæ, Nivernum, Lemovicum ad Viennam, Matiscæ ad Ararim, Cluniacum ad Grauniam, Cabilonium ad Ararim, Vesantio, Divio, Antistodorum ad Icatnam, Senonæ, Remi ad Vidulam, Meldi ad Matronam, Aurelianum ad Ligerim, Jargogilum, Cleriacum, Blesæ, Cenomanni ad Sartam, Carnotum ad Auduram, Valles Carnaji, Portus regina, Lutetia Parisiorum, Rotomagus & Landunum. In his observavit primum *loca sacra* in iisque altaria, eorum vela & paramenta, lampades ceteros, candelabra, pulpita &c. deinde personas sacras, seu clericos, canonicos, sacerdotes, archidiaconos, sacrificarios, custodes primitivios & pueros clericos cum eorum amictu vario splendidoque, tandemque *ritus sacros*, quorum ingens est numerus. Annotavit enim, quæ eidem in cultu publico seu solenni missæ se obtulerint, quæ die illa celebrentur, quæ qualibet persona, quam vi legum canonicarum aliquid in ea præstare oportet, agat, qui hymni canantur, & quæ ejus diversitatis ratio in die-

Ddd 3

bus

bus solennibus & diebus jejunii, quæ ratio communicandi non tantum religiosorum & sacerdotum, cum illi consecrantur, hi ordinantur, sed etiam infantum die baptismati per calicem, confirmandi hos, si adfit Episcopus, explorandi catechumenos, inclinandi ac prosternendi tam religiosorum quam sacerdotum, agaparum adhuc usitatarum, distribuendi pauperibus panem in missa defunctorum, manumittendi eos, qui sunt in servitute Ecclesie, redimendique captivos per Episcopos. Pari modo descripsit juramentum fidelitatis seu obedientie Metropolitano ab Episcopo, & Episcopo Diocesano ab Abbatibus & Abbatissis præstandum; penitentiam publicam, cineres, virgas, cilicium quæ die cinerum conspiciuntur, lectum cum cinere, in quo expirant ægroti, lavatorium seu locum, ubi mortui ante sepulturam lavantur, cœnaculum die jejunii, tabulas donationum Ecclesiis & monasteris factarum, quæ sunt sub altaribus; annunciationem diei, quo festum paschatos celebrandum; processiones publicas, in quibus religiosi comparent, ut & Clerici & monachi cum bacillis, & quidem nudis incedunt pedibus, processiones, quæ in festis majoribus ante missam & vespertinas preces instituuntur, ad Episcopum e sua domo in templum deducendum, & processiones, quæ fiunt, ut altaria, templum, clerus, populus, dormitoria, valetudinaria, cœnobia, putei &c. aqua lustrali aspergantur; tandem etiam illis admiscet sepulchra sumptuosa, urnas, quibus cineres corporum combustorum conservantur, amphitheatra, aqueductus, balnea publica, pyramides, alyla, & veteres inscriptiones cum Ethnicas tum Christianas. Par est; ut quædam lectu digna huc transferamus. Notat p. 24, in templo S. Mauricii Viennæ ita sacerdotem baptizare infantem, ut dicat: *Ego te baptizo in nomine Patris*, & tum eum primum in aquam immergere, *& Filii*, tum secunda vice, & *Spiritus S.* tum tertia vice, & p. 26 communionem infantum adhuc seculo duodecimo in Gallia in usu fuisse; die lunæ post Dom. Quinquagesimam initium statim fieri ibidem jejunii quadragesimalis, sponfos æ sponfas a die Rogationum usque ad Trinitatem non copulari benedictione, & pauperem ibidem solenniter ut canonicum hunari. Descriptio-

nem

nem horologii celeberrimi, quod est in templo S. Johannis Lugdunensi, p. 41 exhibet, & indicat p. 51, in missali Lugdunensi & quibusdam aliis in formula, qua benedicitur aqua, non legi pietatis tuae *rore*, ut in plerisque, sed *more*, in quo etiam, p. 67, de novo igne, qui in vigiliis Paschatis accenditur, hæc legantur: *Extinguatur totus ignis existens in Ecclesia, & recipiatur ignis novus, & si aliquis voluerit portare ignem benedictum proponendo in foco suo vel alibi, prout ei bonum videbitur, honeste portet.* In templo Clarimontis refert p. 76, nocte Epiphaniarum Cantorem ita annunciare festum Paschatis: *Audiat Dilectio Vestra, Fratres Clarissimi, quod Pascha presentis anni die N. mensis Martii (vel Aprilis) expectamus venturum*, ibidem omnes auditis verbis symboli descendit de caelis in genua procumbere, sed audito & *resurrexit* iterum resurgere; in templo S. Mauritii Andegavensi p. 82 conspici inscriptionem sepulchralem Episcopi Eulgerii, cujus cum Pentametrum secundum omiserint Samaritani Fratres in Gallia Christiana, integram hic eam exhibet:

Hic jacet Eulgerius teneris consuetus ab annis,

Lingua, mente, manu fructificare Deo.

Hujus opus multis prodesse, docere, monere,

Extirpare scelus, consolidare fidem,

Flentem solari, nudum vestire, superbum

Frangere, nec quenquam lædere, recta sequi.

& ibidem moris esse, p. 84, ut quilibet Canonico sua peccata ita coram quatuor conventibus fateatur: Ego, Domini, fateor coram Deo & Ecclesia, me varia commisisse peccata in thoro, ego me subijcio animadversioni, qua in me uti placet Capitulo. Differit etiam p. 103 de columbis super ciboria suspensis, de urna singulari p. 104, cui inscriptum: **VXORI OPTIMÆ T. FLAVIVS AVG. LIB. ASIATICVS.** de amphitheatro *Doadi*, p. 106, cum arena, in qua gladiatores & athletæ congressi sunt, hominesque bestiis ad devorandum projecti; de religiosis Fontis Ebraldi ægrotis p. 108, qui non cubantes in lecto sed in sacello confitentur peccata, & in templo recipiunt extremam unctionem. Ubi accessit ad tem-

templum S. Gatiæni Turonense, p. 119 commemorat, in ejus bibliotheca extare Pentateuchum mille annorum literis uncialibus scriptum, & Evangelistas mille & ducentorum annorum literis Saxonice exaratos, qui cum Hilario Pictaviensi a quibusdam tribuantur, eosdem ex inscriptione: *Ego Holocundus*, refellit; nec silentio præterit, antiquitus Reges Gallia antequam educerent in expeditionem exercitum, p. 121, ad tumulum S. Martini Turonensis supplicatum ivisse, ejusque tunicam ante illum portasse. Nonnulla etiam affert p. 151 de lavatorio mortuorum lapideo Cluniaci ad Graunam, p. 160 de benedictione uvarum, p. 170 de parochis adstantibus Episcopo celebranti missam, (vocantur Presbyteri Cardinales eo quod stent ad cardines seu oras altaris,) p. 174 de exorcismo intermittendo, si in casu necessitatis infans sit baptizatus a laico & sacerdote offeratur, p. 177 de ritu benedictionem impertiendi sponso sponsæque, dum sacerdos manus eorum junctas utroque extremo stolæ ad formam crucis operit, p. 219 de vase lustrico in templo S. Maximini ad Ligeritum, cui inscripta verba Græca: NYON ANOMHMATA, MH MONAN OWIN; de libro bibliothecæ monasterii quod audit Valles Cernaji p. 233, ex quo pateat hymni: *Jesu dulcis memoria* &c. autorem non esse Bernhardum sed alium religiosum, & de illustribus forminis p. 236, quæ in morbo veste moniali indui ac in eadem sepeliri voluerunt, unde in cujusdam sepulchro legatur:

In requie multa sit Normæ veste sepulta

Luceat æterna sibi lux in pace superna.

Peculiare quid est, quod p. 263 diebus festis solennibus *Parisi* in templo S. Dionysii missa canatur Græce, & aliis diebus evangelia & epistolæ & Latine & Græce legantur; item, quod de quiritatione, quæ *Rothomagi* & in tota Normannia fit, *Clameur de Hero* dicitur, affert, cujus causa is qui criminis & violentiæ cuipiam illatæ reus deprehenditur, se continuo captivum tradere debet, qui detinetur donec veniat lictor, & continuo sine ulteriori citatione judici, quicumque demum sit, sistitur. Qui in agro degunt, probe scire istam quiritationem, & si clamanti opem ferre intermittant, multam solvere cogi; quod si lictor

flictor eum ad iudicem deducere solit, ad repetitum clamorem
 viduos & cives accurrere, & lictorem, ut sui quod est officii fa-
 ciat, compellere teneri. Dum p. 302 mentionem facit ratio-
 nis adorandæ die mortis Christi ejusdem crucis, ex ordinali
 Rothomagenfi hæc addit: *Adoratio omnium ita fiat, ut uni-
 uscujusque venter in terra bareat, dum enim juxta Augusti-
 num in Ps. XLIII genua flectitur, adhuc restat, quod humilietur,
 qui autem sic humiliatur, ut totus in terra bareat, nihil in eo
 amplius humilitatis restat;* simulque indicat p. 312 hæc de
 diebus festis Sanctorum ibi legi: *oportet nos festivitates
 Sanctorum discernere qualiter celebrentur, ne sint nobis fasti-
 diose, si superflus agimus, aut frivolis reticemus, eorum juvamine
 careamus.* Tandem etiam quædam affert p. 319 de tabula
 paschali, (seu calendario ecclesiastico,) quæ quolibet anno ibi in
 templò S. Mariæ sistatur, & epactas festaque mobilia contineat,
 qualem exempli causa tabulam paschalem M DC XXVII adjecit,
 p. 324 de penitentiâ publica, quæ ibi stricte observatur, p. 348
 de liberatione hominis ob crimen commissum in vincula con-
 jecti die ascensionis, cum solennis instituitur processio, p. 375
 de hebdomatario, qui die ultimo prostratus in terram Deo gra-
 tias agit, & ab eo veniam eorum, quæ in obeundo suo officio
 neglexit, submisit petiit, qui nec, p. 379, durante hebdomate,
 e templo egreditur, sed in conclavi peculiari constanter perma-
 net; de pulsu campanarum, p. 381, Rothomagi, cujus ultimus
 dies dicatur ignitegium, p. 400 de eo quod die viridium totus
 conventus post verba: *surgite, eamus hinc, secedat in conacu-
 lum bibitum potum charitatis;* & p. 420 de eo, quod sacerdos,
 cum benedixisset panem & vino, panem in vinum intinctum sponso
 sponsæq; in signum unionis symbolumq; amoris & fidei conju-
 galis porrigat. Appendicis loco accedunt quæstiones & respon-
 siones liturgiæ Ecclesiæ orientalis, in quibus de Episcopis, Sa-
 cerdotibus & aliis Ecclesiasticis c. I, de diebus festis c. II, de jeju-
 niis c. III, de officiis divinis c. IV, de cereis, aqua & pane bene-
 dicto c. V, de templis & altaribus c. VI, de missa & processionibus
 c. VII, de ornamentis ecclesiasticis c. VIII, de vestitu c. IX, de lo-
 cis templorum & salario Ecclesiasticorum c. X, de precibus & ce-

remonis missæ c. XI, de festo nativitatæ Christi, Paschatos & Pentecostes c. XII, de sacramentis in genere & baptismo c. XIII, de Eucharistia c. XIV, de confirmatione c. XV, de pœnitentia c. XVI, de indulgentiis, excommunicationibus & interdictis c. XVII, de oleo & viatico sancto c. XVIII, de extrema unctione c. XIX, de sepultura c. XX, de ordine c. XXI, de matrimonio c. XXII, de exorcismo & aqua benedicta c. XXIII, de patriarchis orientalibus c. XXIV, de communione c. XXV, de monachis & monialibus c. XXVI, de throno Episcopi, umbone & crucis imagine c. XXVII, de jejunio c. XXVIII, de quatuor festis principalibus c. XXIX, de amictu & vita orientalium c. XXX agit. Paucæ vero sunt, quæ de quolibet argumento affert, quæque interdum Goaris testimonio confirmat.

*E LITERIS CHRISTFRIDI WACHTLERI,
occasione L. fin. C. de sponsal.*

Antequam Jo. Leunclavius 1575 ederet *Eclogam Basilicam*, nullum hujus textus vestigium repertum fuit a præcis Jctis, atque etiam medicæ, vel infimæ ætatis, sive in Codice Justiniano, sive etiam in ipso corpore Pandectarum, quantum scio. Nam & Ludovicus Ruffardus quum lucæ publicæ Jus Civile 1561, atque iterum 1567 sifteret, nihil admodum noverat de ista accessione nova, sed sinit tit. 1 Lib. 5 Codicis de sponsalibus & proxenet. verbis ultimis legis quintæ, *De Kal. Jul. Martiano & Zenone Const.* Multoque minus titulo *D. de proxenetis* ulla istius sit mentio. Eo igitur tempore etiam Cujacium latuit, legem aliquam sextam vel tertiam hic vel illie in partu esse. Quumque 1569 prodiret *Observationum Liber XI* (certe constat ex Papirio Massonio,) nondum ibi occurrunt, reor, c. 18, quæ hodie ibi leguntur. Nee moveat, quod in *Paratitlis C. de sponsalibus & proxenetis*, adjecta in fine videmus quædam: neque enim retulit nobis Massonius, quo anno *Paratitla* ista viderit orbis. Apud *Harmenopolum* certe, cujus *Ἡρόδοτος* Coloniz 1556 recusum, deprehenderat Cujacius *Libro 4 Tit. 3 §. 15, summulam cujusdam Constitutionis Græcæ,*
sed

sed quæ non extaret. Incipit summtula, ἡ διάταξις βέλτατος τὸν. -- καὶ τῆς προγαμίας δωρεᾶς ἐπιζητεῖν. *Vult constitutio, sum qui nuptiis conciliandis -- Et ante nuptias donationis postulare.* Hæc autem Versio Latina Joan. Merceri 1556 nondum prodierat, sed extabat alia Bernardi a Rey. Similiter Antonius Contius, quum Codicem Justinianeam 1562 repurgasset, siluit plane hic perinde, ut in titulo D. de nova aliqua lege. Scripsit tamen post ultima verba L. 5 C. de sponsal. & proxenet. * *Constitutio Græca hic deest, de proxenetis.* Deinde statim : *Argumentum Græca Constitutionis de Proxenetis, ex Constantino Harmenopulo Lib. 4 tit. 3.* Sequuntur eadem verba Græca. Versionem Latinam adjecit Contius novam, quæ tamen non fuit recepta. Ad oram rubricæ præterea annotabat, * *al. additur Constitutio Græca,* sed nondum monstrari potuit, ubi tunc temporis ista fuerit addita. Sic enim poterat Contius carere argumento ejusdem ex Harmenopulo. Quum igitur Jo. Leunclavius promulgaret 1575 Eclogam Βασιλικῶν, reperit ibi atque exhibuit Libro LIV Tit. 15 post c. 2 & 3 novum caput quartum, velut augmentum tituli D. de proxenetis & proxenetis. Continet autem primo quidem eandem summtulam Harmenopuli totidem verbis, deinde sequitur recens lacinia, a verbis εἰν ἡ προῖξ ἀχρῆ διακοσίαν λετραῶν ἐσι χροῦσις — ἐκ ἐπιτρέπει τῷ προζενητῇ λαμβάνων. Miror hic, Leunclavium non distinxisse argumentum Græcæ Constitutionis, quod est apud Harmenopulum, a reliquis verbis textus Constitutionis, siquidem existimasset, se in textum ipsum incidisse. Reliquit autem hanc rem totam in ambiguo. Latine tamen transfudit tum Harmenopuli tum nova Eclogæ suæ verba. Atque hæc versio ætatem tulit. Sed nondum existimabat apud se, tuto mutari sedem, neque ex titulo D. quicquam in titulum Codicis hætenus transposuit. Quoniam enim ad oram Eclogæ scripserit, *debet esse lex ultima C. de sponsalibus,* poterat tamen eadem facilitate scribere, *debet esse lex quarta D. de proxenetis.* Nam & in libris Digestorum recitantur subinde Principum Constitutiones. Etiam Cujacius neutrum tunc quidem ausus erat : quum enim circa idem fere

tempus incidisset in nescio quod MSC. deprehenderetque novam ibi laciniam, a verbis, *ὅς ἐς τέλει ἐσὶν ἡ προῖξ*, usque ad finem, *τοῖς παρὰ τὰντα πράττειν ἐπιχειροῦν*, iterum non definivit, quoniam ex his omnibus ad argumentum textus, quæve ad Constitutionem ipsam Græcam pertineant. Vidit MSC. suum esse ἀκέραιον, & incipere eodem modo, sicut summa Harmenopuli, *ἡ διάταξις βέλταται, τὴν προξενεῖται γάμον μάλιθα μὲν μηδὲν λαμβάνειν*. Vidit etiam, suspectæ fidei esse, quicquid repererat, neque adeo publice edī voluit integrum. Itaque paulo timidior hīc fuit utique, debuitque saltem separare qualecunque argumentum a Constitutione Græca, etiam si esset imperfecta. Nam hoc certum est, totum hunc & satis amplum contextum, quem exhibet Cujacius, nullibi potuisse repræsentare unicam vel solam epitomen cujuscunque demum constitutionis; si verum est, talem unquam vel in Oriente, vel Occidente latam. Monstruosa autem esset epitome, quæ κατὰ πόδα recitaret nunc verba Principis, nunc mentem illorum iterum contraheret. Neque vidimus, occurrere exemplum simile alibi. Non credam ergo, quod ipse ait, *verba*, quæ c. 18 recitantur, *relata (singula) esse in Basilicis hoc eodem modo, & esse verba Constitutionis*. Ipse enim fatetur statim, partem illorum priorem extare apud Harmenopulum, & manifeste continere nudum argumentum. Indicandum igitur erat eadem opera, sequentia ea, quæ non habuit Harmenopulus sed in Ecloga extant, e medio Constitutionis hausta esse, imperfectæ tamen, & quæ neque caput haberet in MSC. neque finem. Neque poterat Cujacium deinceps destituere probanda illa acrimonia judicii in decidendo, utrum crederet, publicam lucem aspexisse hunc qualiscunque Imperatoris factum, quibusque temporibus ac locis id factum sit, & fato nomen tantum Autoris intercidisse. Nobis nunc autem singula hæc videntur in spongiam incubuisse. Nam in Basilicis, in quantum illa debentur Fabrotto atque thesauris Bibliothecæ Regiæ Parisiensis, post obitum Cujacii usque ad annum 1647 ac ne nunc quidem inventa est ista Constitutio Græca, quam nobis propinavit Cujacius; sed totidem verba Eclogæ adscribuntur

hantur ibi Libro LIV Tit. I § corpore Digestorum, omiſſa plane acceſſione Cujaciana. Neque etiam auſus eſt Fabrotus, titulo iſto XV. ex verbis Leunclavii facere novam legem quartam; quæ immo, quod nos tantum non male habere poterat, ad oram iterum ſcripſit librarius, *debet eſſe lex ultima C. de ſponſalibus*. Enim vero nemo dubitaſſet, deſcripta eſſe ſingula ea verba ex Leunclavio, ſi maxime abſtinuiſſet ab illorū aſſumendo. Nam Fabrotto ſane obſcurum eſſe non poſſit omnino, Ludovicum Charondam eodem anno 1575, quo edidit Leunclavius Eclogam, dediſſe ſimiliter orbi erudito Jus Romanum univerſum, ibique citra hæſitationem collocaſſe verba Cujacii Græca omnia ad titulum *C. de ſponſalibus*, iisque præterea impoſuiſſe magno animo numerum legis SEXTÆ, quod ante eum nemo fecerat. Arbitrabatur enim excuſari id omne, ſi præmitteret, *hujus legis epitomen retuliſſe Contium ex Harmenopulo, ſed eam integram ex Baſilicis edidiſſe Cujacium libro XI Obſ. C. 18*. Ac nemo non largietur, Charondam tunc quidem non potuiſſe fidem MSC. Cujaciani in dubium vocare; id enim ipſi, perinde ac totum opus Fabrotti, adhuc erat abſconditum. Nobis autem hodie promptum eſt decernere plane aliter, ſecundum illa ſcilicet, quæ nunc ſunt in aprico. Et Charondas, ſi viveret, mutaret ſententiam ipſe fortaiſſis nobiſcum. Nam adhuc deeſt nobis iſta Conſtitutio Græca ac ſemper deerit, quamdiu non ſuppletur vel in opere Fabrotti vel ex alio Codice MSC. noviter reperto. Ipſe Charondas tamen videtur non potuiſſe concoquere, quod ex epitoma Harmenopuli fieret pars prior Conſtitutionis, ſi ſequamur hypotheſin Cujacii. Cogitavit ergo de alio & novo argumento, idque præſcripſit legi ſuæ modernæ, ut hac ratione argumentum Harmenopuli tutius transmigraret in textum Conſtitutionis: *Cujus eſt, inquit, hujusmodi argumentum*. Deinde omittit pleraque verba Harmenopuli, ne videantur coincidere cum priori, quod honeſte ſepeliendum potius decreverat. Atqui paſſim pellucet Harmenopulus adhuc. Tum vero ultima verba Charondæ, *ſed ſe proxeneta nihil ſibi cauerit, non poteſt non promiſſam mercedem extra ordinem petere*, idem illud dicunt, quod

quod Harmenopulus in prima fere linea dixerat: *si quidem nihil ea de re conuenit, nihil omnino consequatur*. Imo magis perpicuum fiet hoc, si kribas apud Charondam, non potest mercedem, non promissam, extra ordinem petere. Non est tamen apud Cujacium, *extra ordinem*. Istud etiam non expecto, quare neque Cujacius neque Charondas adiecerint versionem aliquam Latinam. Forte persuadere sibi aliisque maluerunt, totum illam conspectum Græcum facilius representare totum continuum Constitutionis Græcæ, neque incidere hæc ratione in oculos omnium hominum, quid dissentiret æra lupinis. Si enim recitassent primo eadem verba Harmenopuli Latina, atque tunc eadem verba Leunclavii, prodidissent statim totum inventum suum. Mansit ergo hoc tantillum gloriæ Julio Pacio sepositum, qui in Editione 1580 in hæc vestigia Charondæ; quasi jam e tripode pronunciatum esset, Tit. I C. de sponsalibus habere leges non amplius V sed VII. Compendificavit autem Pacius Charondæ inscriptionem: *Hujus legis epitomen retulerat ex Harmenopulo Contius, sed eam integram ex Basilicis edidit Cujacius Libro XI Obs. C. 18*. Atque ita argumentum Charondæ omisit totum. Præterea scripsit ad oram, *Leunclavium initium tantum hujus Constitutionis invenisse in Ecloga Basilicâ*, ut reprehendatur simul Cujacius, non ipsi deberi totum textum, sed postremam tantum appendicem, Claudicat tamen vel sic etiam iudicium Pacii. Cur non enim masculè potius graviterque scripsit, confundi hæcenus ubique argumentum Harmenopuli cum verbis reliquis, neque allegari posse a Cujacio fidem Basilicâ, quamdiu non exhibetur Codex ille MSC. in quo se suamque sententiam fundare voluisset. In ea tamen parte functus est Pacius officio boni JCI, quod aperte retinuit interpretationem Leunclavii, *Constitutio vult, ne proxima, usque ad ista accipere non permittit*. Adjecit enim oræ, *hæcenus interpretatio Jo. Leunclavii. Sequitur* (in reliquis usque ad finem) *interpretatio Julii Pacii*. Sed hic monebit Carolus Labbeus, Pacium non debuisse retinere, *παιζου*, *majoris*, quod placuit Leunclavio, neque *τῆς νεωτερωτάτης*, quod habet Cujacius, velut ex MSS. Labbeus enim die post obitum utriusque, 1606 gloriabatur aliis de MSS. Codicibus

hæc

bus Basilicorum uno pluribus a se repertis, & ex iis nunc multa protulit in lucem auctiora & emendatiora. Fatendumque est, multa nos adhuc debere istis Labbei observationibus & emendationibus in Synopsin Basilicam. Tametsi enim Fabrotius postea non pauca inde suppleverit, restant tamen subinde itidem alia, quae diligentiae nostrae relinquuntur. Dic mihi autem, qui fieri potuerit, ut Labbeus non incidere in eandem Constitutionem Graecam MSC. quam jactat Cujacius? Nam Labbeus integram illam edidisset haud dubie, maxime post mortem Cujacii, quae jam 1590 praecesserat. At ille appendicem Cujacianam ne vidit quidem; neque tamen sustinuit, in eandem animadvertere. Et Dionysius noster Gothofredus ipso adeo, anno 1587, quo Harmenopuli *νεώτατον* locupletius in publicum prodire fecit, nondum adhuc quidquam audierat vel de usu Charondæ, vel de imitatione Pacii: nec enim annotasset alias in margine Tit. III Libri IV §. 15: *Hæc Constitutio*, (cujus argumentum recensuit Harmenopulus) *in nostro Jure non reperitur*. Mox autem, quam 1589 totum Jus Romanum iterum daret excudendum, secure pressit anteriora Pacii vestigia, retinuitque etiam perbreve istius inscriptionem, ac solum versionem Latinam ad nos ab eo tempore in hunc usque diem transmisit. Ubi taceamus cetera fortasse rectius, quam ut crabrones irritandi sint. Nervum vero totius rei intuentes paulo accuratius, etiamnum dubitant, an ulli Imperatorum instrumentum potuerit venire, vicestimam partem dotis & ante nuptias donationis proxenetæ dandam, eo casu, quo dos ad ducentas usque libras auri pertingeret, quodque hic modus placuerit vel 2vo Justiniano, vel iis, quae secuta sunt, velut bonus & relictus, dummodo cum proxeneta ita conventum esset. Si enim ex mente Honorii & Theodosii Imp. periniquum est, redempti forsitan, i. e. prese vel pretio corrupti tutoris aut curatoris arbitrium præferre patris voluntati, *L. 4 C. de sponsalib.* sordidum est, ex mente Ulpiani, totum illud proxeneticum, quod petitur ab eo, qui in emtionibus venditionibus, commerciis, & similibus contractibus utilem se suamque operam non adeo improbabili more exhibuit, *L. 3 D. de proxones.* quid dicitur.

dicemus de X libris auri, cum quota minuendæ dotis & donationis propter nuptias, in conventionem deducta? Nam homines isti ministerium suum quale quale, si hic modus placuerit. Legislatori, nunquam accomodabunt, nisi super ipso hoc enormi quanto ante omnia conventum sit. Plane aliter Valentinianus, Valens & Gratianus, ubi de nuptiis sermo est. *Nuptias nobiles nemo redimat, nemo sollicitus, sed publice consulatur. affinitas, adhibeatur frequentia procerum. Sequæstres vero atque interpretes, taciti nuncios, renunciisque corrupti,* (ecce proxenetæ sordidi characterem,) plane cessent. L. 1 C. Theod. de nupt. Auri sane ducentæ libræ nomine dotis, non cadunt facile in plebeja connubia. Ac semper extiterunt tales turpium libidinum ministri, qui ex isto questu quotidiana sibi vitæ præsidia comparant, iudicio Jac. Gothofredi, *ad d. L. 1. Videratque is, quum 1665 demum illuxisset Codex ipsius Theodosianus,* jam pridem, quid contra omnem analogiam L. Cinciz & doctrinam Celsi, L. 97 §. 2 D. de V. O. molirentur Caspius, Charondas, Pacius, atque ipse pater Dionysius, dissimulavit tamen totum istum conatum. Sed & placuit ei, solius meminisse Harmenopuli, ac summæ illius §. 15. Nam hujus verba tantisper toleranda omnino esse judicabat, donec Constitutio Græca adspiceret solem integra. Nunc quum spes ista plane decollet, quam per tot secula frustra aluerunt doctores, subfecerit nobis Justinianum nunquam vidisse vel Harmenopulum autorem *περοχέας*, vel passuros fuisse omnes illius Successores, ut intercideret hæc constitutio, si argumentum istius usque ad Harmenopuli ætatem durasset. Conscriptum fuit *περοχέων* hoc anno 1143. Atqui tot prochirecum exemplaria varie in orientis partibus fuisse interpolata & concisa pro lubitu, observavit Suaresius dudum, in notitia Basilicæ. Maluit itaque Jacobus remittere lectorem ad Constantini M. L. 1 C. Theod. de rapta virg. de libra liquentis plumbi in fauces ingenda, quam X libras auri sordidis proxenetis dandas vi conventionis, maluit etiam purgentia loca Chrysothomi, Hieronymi & Ammiani Marcellini afferre, quam consentire in Dionysii Patri aliorumque scæntias. Scio, Petrum Gregorium

Syntaxm.

Syntagm. 8, 8, 1, provocare ad Platonis librum VI de LL. Sed nulla ibi fit mentio hujus instituti. Melior est allegatio Alciati, *Lib. I Dispunct.* c. 22. Nam apud Aristophanem, *Nubibus v. 41, 42*, Strepsiades diris potius devovet mulierem, quæ illum impulerit ad istas nuptias. Similemque locum Euripidis *Hippolyt. v. 539* addidit Spanhemius. Chryostomus certe, *Serm. quales ducenda sint uxores*, videtur mores seculi pingere. *Uxorem ducturus non solum civile jus, sed etiam ecclesiasticum legato. Tu vero externi juris peritos diligenter consulis, & sollicitè disquiris, quid futurum sit, si ea decedat nullis relictis liberis, quid item si duo tresve fuerint supersites? circumspiciens ne quid ex Uxoribus bonis ad agnatos ipsius redeat.* *Tom. VI Ed. Front. Ducai f. 15.* Mox ad exemplum Abrahami respiciens, non advocavit amicos aut cognatos, non alium quenquam, sed Deum adjunxit famulo sequastrum ac comitem. Obligavit se nobis, inquit, ipse pollicitus est terram hanc mihi se daturum. Et nunc Dionysius Areopagita, *de caelesti Hier. C. XIII f. 53 τὸν προξενῶντων ἀγγέλων* meminit in quaestione de studiis sacris. Tantoque faustius erit omne connubium, quod his proxenetis coaluit. Satis de historia paleæ.

HISTORIA VITÆ CLARISSIMI VIRI ADAMI SIBERI *exposita, addita justa serie omnium Preceptorum & Oeconomorum illustris Scholæ Grimensis; studio & labore M. HENRICI AUGUSTI SCHUMACHERI, Provincialis Scholæ, quæ Grimæ est, Conrectoris.*

Grimæ, impensis Autoris, 1719, 8.
Alph I pl. 2.

Digna omnino est Adami Siberi memoria, ut ab oblivione vindicetur, aliisque pietatis, virtutis, doctrinæque statuatur exemplo. Quod cum probe cognosceret Cl. hujus scripti Autor, quæcunque de Sibero ad memoriam pervenere nostram, hoc commentario exponere laboravit. Sub feliciora fidei per Lutherum renovatæ auspiciâ Sibero nascendi obtigit felicitas,

p. I.

Fff

anno

- p. 4. anno 1516 d. 8 Septembris, Patria ipsi fuit Schœnavia, pagus quidam inter Cygneam & Schnebergam, ubi parens ejus, Stephanus, paullo post doctrinam denuo restauratam amplexus, Pastoris officio fuit fructus, sæpiusque ideo a scriptoribus sui seculi reformatæ religionis homo dicitur, quia scilicet primus fuit, qui doctrinam veram per D. Martinum Luthernam revocatam Schœnavienfibus exposuit. Omnes enim, qui ante annum hujus seculi trigesimum emendatæ fidei nomen dederant, reformatæ religionis focii dicebantur. Neque id quibusdam mirum esse debet, quod Stephanus Siberus, qui ex sacerdotii Pontificiorum legibus cœlibem vitam degere debebat, filium anno 1516 genuerit, cum Lutherus anno 1517 solennissime doctrinæ cœlestis emendationi manum admoverit. Id enim dubium facile ex eo diluitur, quia sub istius tempestatis initia ejusmodi sæpe viri in summa ista doctorum hominum penuria muneribus sacris admovebantur, qui vel prima doctrinæ Christianæ elementa cœtui publico explicare valerent, sive cives juniores, sive scribæ, sive alius conditionis fuerint homines, ex quorum forte ordine etiam nostri Adami Siberi fuit parens.
12. Ceterum hæc Siberorum gens nulla, quantum constat, sanguinis conjunctione attingit vel Justo Siberi stirpem vel amplissimam Siberorum, qui Lipsiæ hæctenus in curia claruere, familiam. Vnicum noster habuit fratrem, Henricum, qui totam vitam institutione nobilium & dein Principum Germaniæ transegit, duasque sorores, Apolloniam & Martham, quarum pauperiem sua benignitate noster sæpius sublevavit.
14. Cum vero in Adamo Sibero Parens ejus præclarissimas ingenii dotes naturæ munere concessas observaret, ipse primum omnem in eo instituendo collocavit operam, dein Jo. Rivii, primi & præcipui elegantioris doctrinæ in patria nostra restauratoris, fidei & dexteritati eum tradidit in istarum, quæ ab humanitate nomen habent, literarum cultura imprimis formandum, quocumque etiam Cygnæ, Annæbergæ & Fribergæ noster satis diu hæsit, donec Vittebergam ad altiora Theologiæ & Philosophiæ studia diligenter pertractanda mitteretur, ubi Stephani Rothii, Cygni, liberalitate & beneficiis sustentatus, Martinum Luthe-
16. rum,
- 23.

rum, Philippum Melancthonem, Justum Jonam, Jo. Bugen-
hagium, & Casparem Crucigerum audivit. Posthæc Lipsiam
concessit, Camerarii opera in Græcis usus. Verum mature
admodum ob pauperiem, ipsi Academiis erat valedicendum &
vitæ commoda honesta ingenuarum mentium institutione
conquirenda, quod Annæbergæ primum, inde Calæ in
Thuringia, & Schnebergæ, privatos ubique forsitan intra parietes,
est dextre executus, donec postea Fribergam in locum G. Fabri-
cii ad spartam Pro-Rectoris seu Supremi, uti tunc vocabant,
Collegæ suscipiendam anno 1539 evocaretur, ubi conjunctissi-
mos laborum Scholasticorum socios Jo. Rivium, suum olim
doctorem, nunc Fribergenium Rectorem, Jobum Magdebur-
gum, qui tertii Collegæ officio fungebatur, & Jo. Herman-
num, Musices peritissimum, nanciscabatur. Postquam vero
Jo. Rivius scholasticam cum aulica vita mutarat, ad consilia
ecclesiastica & principum juvenum Saxonorum institutionem
evocatus, Rectoris dignitatem, ut paullo ante Magistri Vit-
tenbergensis titulum & honores, est consecutus. Verum opi-
nionem citius hanc spartam relinquere coactus est Siberus, Scho-
læ quippe Fribergenis statu a rudi Senatorum & turbatorum
Ecclesiæ & Scholarum plebe admodum turbato, quandoqui-
dem illi novam & perversam doctrinam sectati omnes bonos &
fideles doctores vel ejicere vel tyrannidem in eos exercere stu-
debant, inter quos præcipue eminebat novus quidam, uti Sibe-
rus in epistolis vocat, Evangelista. Mutata igitur sede & mu-
nere deposito, Halam Saxonum A. 1545 abiit & Rectoris pro-
vinciam ibidem ornavit, donec anno 1548 Chemnitium voca-
retur, eodem munere ibi functurus. Et hinc tandem A. 1550
Grünam ad illustrem ludum, modo ibi institutum, ornandum
regendumque a D. Mauritio vocatus, primus ejusdem Rector
existit. Digna sunt notatu, nostro quidem judicio, quæ heic
veluti in transitu enarrat Cl. Editor. Cum scilicet in Scholæ
hujus recens exstructæ usum Cænobii Nymitschenis, quod
alias Thronus Mariæ seu B. Virginis dictum & ordini Monia-
lium Cisterciensium fuit sacrum, redditus destinarentur, facultas
emigrandi & Pontificiorum regulas & Canones repudiandi

P. 38.

40.

48.

51.

53.

62.

data est virginibus, quarum postea unam, non vero Abbatissam, ut Varillafius existimat, & quidem nobili ortam gente, Catharinam a Bohren D. Lutherus conjugem sibi elegit, quæ relictis Cœnobii hujus claustris, ipsa hebdomade sancta quæ Paschatis diem festum præcedit, ope civis cujusdam Torgaviensis, Leonard Coppenii, A. 1523 una cum aliis octo sui ordinis puellis excessit, meliora jam de vitæ innocentia ex Lutheri scriptis edocta, & A. 1525 d. 25 Junii Vittenbergæ solenni nuptiarum ritu eidem desponsata est. Nee lectu minus jucunda ea sunt, quæ de origine vocis oppidi hujus, Grimæ, in mediũ afferuntur, quæ de re antiquitatum harum scrutatores mirum in modum dissentiunt, dum alii eandem a cremando, quia Sorabi - Vandali hunc tractum ante multa secula incolentes idolo suo, Zœrnevitz dicto, dextra lampadem ignis, gladium sinistra tenenti, quotannis hominem solennitate summa vivicomburio consecraverint; alii a Chrema, oppido in signum Tartariæ a Slavis condito, inde postea expulsis, uti hodieque Tartaros Præcopenses a sede sua primaria Chremeos dicere solemus, deducunt; alii Grimam Astrapæam dictam esse volunt, quod Vandalorum lingua fulgetrum seu coruscationem notat; alii denique Vandalorum lingua vocabulum Chrem seu Grim idem notare ac adorare, implorare ajunt, & Janum bifrontem in ponte collocatum olim in hoc loco cultum fuisse contendunt. Sed ad Siberum nostrum reduces bis maritum fuisse ipsum annotamus, primo Annæ Heinemannæ, Valentini Hertelii Rectoris Chemnicensis filiam, ex qua tres liberos sustulit, Annam, Christophori Schellenbergii Scholæ kujur Collegæ Tertii conjugem, Joannem, & Philippum Adamum: dein Annæ, Wolfgangi Fusii, sacrorum apud Chemnicenses Antistitis filiz, e qua undecim liberos suscepit, in quibus duo imprimis filii sunt notandi, Adamus Theodorus, Eloq. Professor Vittenbergensis, cujus vita strictim breviterque heic recensetur, & Henricus Dionysius, Pastor Ecclesiæ Sprottæ. Ceterum ejus pietatem in Deum, zelum pro doctrinæ puritate & gratum pro beneficiis a Deo acceptis animam cognoscere licet præsertim ex carminibus quibus Dei merita & beneficia decantavit. Non minor fuit ejusdem industria,

qua

p. 66 sq.

75.

76.

92.

102.

117.

qua munere suo arduo satisfacere allaboravit, cui a prima fere juvenate præfuit. Quodsi autem a laboribus his ipsi vacare integrum erat, haud parum voluptatis in describendis perscrutandisque herbis quærebat. Ceterum bono scholarum natus & factus videbatur, quippe noverat accuratissime discipulorum animos, & ex eorum moribus callidissime conjiciebat, qualis quisque futurus esset, quod patuit, ubi de Nicolao Cællio, Saxoniz postea Cancellario, eum pestem Patriz futurum pronuntiavit. Reliquas Siberi virtutes & corporis dotes paucis hisce depinxit olim ipse Filius: quod fuerit ingenio acer, ore liber, candoris amans, fraudis & mendacii nescius, moribus antiquis, fide plane germanus, industria incomparabilis, laboribus invictus, eruditione non vulgaris, autoritate venerabilis, & corpore quidem mediocris, sed decorus & valetudine inoffensus. Neque vero ipsi virtutem exercendi defuit occasio, dum perpetua inopia in muneribus Scholasticis pressus fuit, calamitatibus publicis, peste, bellis admodum funestis, vehementer turbatus, præterea in luctu & squalore ob funera fere domestica liberorum, quorum quinque intra decem mensium spatium gravi lue correpti diem obierunt, & foci, Schellenbergii præmaturo fato defuncti, fuit versatus, ut non attingamus ingratitude discipulorum & foedas malevolorum criminationes, quibus erecta ejus mens admodum frangebatur. Prolixum foret vel libros ejus recensere, vel claros, qui ex ejus schola prodire, discipulos enarrare; illud tantum observamus, vix quenquam illo tempore reperiunt inter eruditos paulo celebriorem, cui cum Sibera literarum commercium non intercesserit. Inter Theologos fuere: Philippus Melanchthon, Paullus Eberus, Justus Jonas, Nicol. Selneccerus, alique; inter Jctos: Paullus Vogelius, Andr. Mylius, Laurent. Finckelthufius, Nicolaus Reusnerus; Medici porro: Georg. Agricola, Caspar & Jo. Navii, & Wolfgang Meurerus, atque ex Academicorum Scholasticorumque doctorum ordine: Joach. Camerarius, Jo. Sturmus, David. Chytræus, Jo. Stigelius, Gregor. Bersmannus, Petr. Lotichius, Georg. Sabinus, Poetzæ fere omnes clarissimi,

Jo. Rivius, Jobus Magdeburgus, Georg. Fabricius, ut alios quam plurimos taceamus. Tandem postquam quinquaginta annorum stadium in pulvere scholastico decurrisset Siberus, optima adhuc usus valetudine, hydrope correptus d. 24. Septembr. A. 1584 placide obiit, cum 34 annos in hoc illustri ludo & vivendo 68 complevisset.

REFUTATION DU COMMENTAIRE PHILO-

sophique &c.

i. e.

REFUTATIO COMMENTARII PHILOSOPHICI &c. Auctore PHILIPPO NAUDÆO, Professore Mathematicum & Societatis Regiæ Berolinensis Socio.

Tomi II.

Berolini, sumptibus amatorum veritatis, ap. Steph. & Naudæum, 1718, 8. Alph. 2 plag. 18.

Res est maximi momenti, sed miris difficultatibus impedita in tuenda amplificandaque religione rationem illam sequi, quæ & indoli religionis & fini quem Deus intendit, satisfaciat. Si enim carcere & tormentis assensus hominum animis extorqueatur, ea quæ naturæ religionis & voluntati hominis liberæ repugnant, committuntur: si vero libertati sentiendi frena prorsus laxentur, periculum est, ne errores pestilentissimi ipsam denique veritatem oppressuri animisque hominum evulsuri late serpent. Illud alienum ab ipsa re, hoc intentioni numinis adversum, utrinque ergo modum tenere multum difficile. Exercuit hoc argumentum præstantissima ingenia, illo imprimis tempore, quo tristissima eidem excutendo occasio in Galliis nata erat. At inter illos, qui suam hac de re sententiam scriptis exposuerunt, multum caput extulit Auctor Commentarii Philosophici celeberrimus *Balius*. Qui vero dum charybdin evitare studuit, libertatem religioni & voluntati hominis strenue vindicans, in scyllam incidisse aliis visus

visus est. Quorum interpretem acerrimo conatu egit *Petrus Juriaus* eo quidem successu, ut *Balium* in extremum fortunarum periculum apud Belgas adduceret. Veruntamen post illa inter *Bælium* & *Juriaum* scriptis disputata, superesse nihilominus, quæ sub examen revocaret, clarissimus *Naudæus* existimavit. In ipsa Præfatione occasionem operis sui conficiendi datam sibi narrat a Jureconsulto acutissimi ingenii, qui eum Commentarium Philosophicum magni faceret, *Naudæum* suum in Mathesi magistrum dubiis suis multum exercuit, quo cum effecisset, ut Commentario Philosophico perlecto, *Naudæus* confutationem sophismatum consignaret, eo tandem adduxit Jureconsultum, ut errores Commentarii per omnem vitam serio detestaretur. Paratam vero sic habuit ante annos viginti tres, atque adeo vivo adhuc *Bælio*, refutationem Commentarii, quæ cum editorem non inveniret, latuit, donec nova editione Commentarii Philosophici Autor denuo incenderetur, ut opitulantis amicis confutationem Commentarii a se conscriptam tandem publici juris faceret. In hoc vero opere doctrinam Commentarii de tolerantia immoderata, qua idem jus errori ad hominum mentes corrumpendas permittitur, quod soli veritati ad corrigendos confirmandosque hominum animos relinquendum erat, Deismi, Socinianismi & Atheismi semina spargere judicat. Quare Autor suum esse duxit, quo feliciter cuniculos, quos ad subruendam veritatem *Bælius* egisse videtur, detegeret, non errores sparsim decerpere, sed *veræ* *veræ* autorem infectando sententias ejus convellere. Ipsum opus duobus tomis absolvitur: primus duabus partibus. Cap. I *Bælium* statim accusat *Naudæus*, quod, cum part. I Commentarii sui argumenta tolerantiam religionum, quam commendat, stabilitiam, promiserit, nihilominus ea tantum quæ intolerantiam etiam satis moderatæ opponi possint, adduxerit, & rationem infirmam contra Scripturam in subsidium vocaverit. Aggreditur hac occasione ipsum axioma *Bælii*, negatq; , lumen naturæ vel principia generalia cognoscendi regulam fundamentalem & primam esse omnis interpretationis Scripturæ imprimis in doctrina morum. P. 24, 25 redarguit *Bælium*, quod Philo-

Iosophiam reginam, Theologiam vero ancillam contra Scripturam I Cor. II, 14 dicere ausus fuerit, cum tamen ipsi vox Theologiae non modo doctrinam ab his vel illis doctoribus ex Scripturis expositam, sed ipsam divinam revelationem notet. Ipse vero rationem, quae jam nonnisi in individuis labe peccati infectis existat, si extra Spiritus S. correctionem consideretur, non posse esse idoneum revelationis divinae interpretem iudicat, ostenditque, eandem, cum sit facultas limitibus suis circumscripta, comprehendere non posse ea, quae ab ipso DEO supra rationem posita revelentur. Ad hæc vero concedit Bælii sensum verborum : *coge illos intrare*, quo violenta ad religionem amplectendam impulsio, quam Pontificii defendunt, stabilitur; rejiciendum esse, sed non tam ex eo capi, quod luminis rationis contrarius sit, sed quod analogiæ universæ evangelii adversetur. Dixerat Cap. IV Commentarii sui Bælius, sensum literalem verborum : *coge illos intrare*, etiamsi satis clare in Scripturis exhibitus sit, admitti non posse, quoniam hæc ratione limites, quibus justum & injustum distinguuntur, evertantur, & vitium cum virtute prorsus ad interitum societatum humanarum confundatur. Negat ergo Cap. II Naudæus fieri hoc posse, ut id quod ab ente sapientissimo & iustissimo præcipitur, quod in Scripturis Deus facit, etsi rationi multum adversum videatur, injustum dici possit. Quod si ergo vi ad religionem cogi incredulos DEUS voluerit, quod quidem non fecit, id non magis injustum dici posse autumat, quam Israelitarum cædem, qua Cananæos omnes ad internecionem trucidaverunt, factumque heroicum Abrahami, quo filium suum sacrificio parabat. Concedit quidem, quæ prioris tabulæ præceptis præscribuntur, immutabilia esse : at vero, quæ secundæ tabulæ præcepta imperant, cum ab institutione divina dependeant, in casibus extra ordinem utique ab ipso DEO posse immutari. Incipit deinde Cap. III de natura & juribus conscientie differere, & Cocceij sententiam secutus divisionem conscientie, qua in rectam & erroneam distinguitur, prorsus rejicit, quippe cui etiam errores suos Bælium maxime superstruxisse existimat. Ipse vero conscientiam vi vocis denotare credit scien-

scientiam, qua aliquid una cum aliis scimus, eo quidem modo, quo coexistentia significat existentiam, qua res aliqua una cum aliis existit. Ex quo, cum hæc conscientia semper sit scientia, scientia vero erronea idem sit ac veritas falsa, colligitur *Naudatur*, id quod conscientia dicitur, nunquam posse esse erroneum. Definir ergo conscientiam in genere, quod sit facultas cognoscendi vel ipsa cognitio, qua veritates ita quidem cognoscimus, ut verum & falsum, bonum & malum, justum & injustum distinguere possimus. Hanc luminis naturalis instar inniti existimat actionibus de vero & falso, bono & malo morali, qua parte Deum & ejus cultum respicit, omnibus hominibus, qui recto veri sensu sunt præditi, communibus, atque adeo conscientiam proprie dictam ne quidem consistere dicit in persuasionibus de doctrinis particularibus, licet illæ innitantur veritatibus generalibus, quæ omnibus bonis sunt communes. Etiam si vero in sequentibus conscientiam cujusque dici posse concedat persuasiones vividas, veras & certas, quas quis in mente sua congruas veritatibus generalibus de religione elicit, neutiquam tamen Bælio aliisque dat, persuasionem, licet vividam de religione, quam quis profitetur, sed vero lumini naturali opposita & erronea, conscientiam dici posse. Notionem, quam illi vocabulum conscientiæ sinit, deinde quoque Scripturæ locis probat, & argumentis variis evincit, conscientiam nec falli nec fallere posse. Cap. IV pergit Autor naturam & jura conscientiæ exponere. Ipse quidem primo distinguit inter res sua natura bonas & malas & inter illas, quæ propter mandatum Dei revelatione expressa & externa exhibitum tales sunt. Ad actiones posterioris generis eos, qui bona fide mandatum DEI ignorant, non obligari concedit: prioris autem generis officia, quæ amore DEI & naturæ sociorum absolvuntur, omnium hominum conscientiæ proprie dictæ ita inscripta esse judicat, ut sine peccato nec ignorare nec contraria his statuere possint. Tam vero distinguit etiam inter eos, qui verum Dei cultum sequuntur, & inter illos, qui ex ignorantia affectata cultum falsi Dei adoptant, quorum non posset esse idem honor & decus, quæ veri Dei cultoribus debeantur. Regem fingit Davidem Alexandri legitimum dominum, & cui se satis declaravit, ut non nisi supina negligentia Alexandri fiat, si non satis cognoscat Davidem

legitimum dominum suum : fingit deinde Judam, Regem improbum, hostem Davidis, simulare personam Davidis, & negligentia Alexandri hunc in partes suas pertrahere, quas dum sequatur Alexander, commoda regis Davidis omni modo intervertat. Quærit tum, an Alexander, qui servit Judæ mentienti personam Davidis ipsi vero Davidi damna infert, serviat vero Davidi ? & num is qui Alexandro ministro Judæ se opponit, dici quidem possit adversarius ministro Davidis. Illud quidem absolum esse judicat *Naudæus*, pari vero ratione hoc quoque absolum, si idem jus idemque nomen falsæ de rebus ad religionem pertinentibus persuasioni, quas male conscientiam errantem dicunt, tribuatur. His ita positis Autor existimat, sibi met ipsis contradicere, qui asserant, DEUM offendi vel ab hæretico vel infideli, qui contra persuasionem falsam de doctrina quadam fundamentali, quam conscientiam erroneam dicunt, agat, omittatque, quod falsa illa persuasio ipsi dicitur. Cap. V argumentum *Belli*, quo intolerantiam Pontificiorum ex eo fundamento confutat, quod animos infidelium ab ecclesia plane avertat, disputatione κατ' ἀντιρροπον instituta contra tolerantiam ejus illimitatam adhibet. Nimirum ostendit *Naudæus*, si hæc tolerantia adstruatur, quæ bona fide errantes prius excusat, illosque qui ductum rationis & ideas eorum judicio spatis inter se coherentes sequuntur, salutem animæ invenire patibet, Sinos aliasque a religione nostra alienas gentes non posse cum successu invitari a patronis tolerantia illimitata, ut patrios ritus cum periculo turbandæ reipublicæ deserant. Ipse vero ad sacra Christianorum multo feliciter allici posse populos illos credit, si quis intolerantiam moderatam probans necessitatem religionis Christianæ ad salutem sollicite inculcet, & propterea permitti eandem bono animo amplectentibus postulet, nec sollicitandos cives esse polliceatur, sed argumentis & vitæ emendatæ exemplis stimulos. Nec inopeditur istud quidem ex sententia Autoris nostri consilium, etsi non nisi privatum cultum domi instituendum permittendum dicant præcones evangelii decem vel centum illis incredulis, qui tota regione Christi doctrina initiata meliora animo præfracto falsidant. Hac occasione questio etiam evolvitur : an, qui secundum conscientiam errantem agunt, minus peccent quam ii, qui con-

con-

contra eandem agunt. Hanc vero ita evolvit Autor, ut sibi quidem contra *Besium* persuadeat, minus peccare eos, qui contra conscientiam erroneam agunt. Rationem adducit, quod illi nimirum, qui contra conscientiam erroneam agunt, faciant id, quod cum ipsa lege convenit, hi vero, qui secundum conscientiam erroneam agunt, committant id, quod est contra legem, etsi cum persuasione eorum falsa de convenientia actionis cum lege conveniant. Cap. VI *Besii* argumentum, quo omnem religionis intolerantiam illicitam docuerat, quod compluribus criminibus conjuncta esset, solvit, ostendendo, id quod in vitio est, non ipsi intolerantiae limitibus suis recte circumscriptae, sed abusus eorum, qui leges de licentia in causis religionis restringenda exequantur, tribuendum esse. Pergit Autor Cap. VII satisfacere *Besii* argumento, quo omnem intolerantiam religionis praxi primitivae ecclesiae adversam docuerat, dum quidem ipse edocet, Patres pauca quidem de intolerantia etiam ordinata dixisse, quod hoc argumentum illi tempestati non satis aptum esse cognoscerent, neque tamen contraria doctrinae *Naudae* proposuisse, cum quae veritatis tolerantiam stabiliant, idem errori privilegium plane non vindicent, id quod excommunicationem veteri ecclesiae consuetam & zelum orthodoxorum omni tempore ab ipso *Besio* ipsa relictum, satis demonstrare judicat. Tum vero Cap. VIII & IX intolerantiam rectis limitibus circumscriptam rejici non posse a *Besio* ex eo fundamento, quod hujus vel illius hominis rationi contraria videatur, docet, cum sic religio christiana universa respuenda foret, quippe quae olim Judaeis scandalum, Graecis vero stultitia visa fuerit. Nec ideo intolerantiam praescribi posse existimat, quod semina belli continui spargat, cui nullum remedium nisi quod in fine seculi parabitur, superfit, cum & sic tota religio Christiana abolenda foret, quippe quam, hominum nempe malitia, & per accidens, jurgia, lites, & dissensiones funestissimas seculo allaturam Christus ipse praedixit. Postquam ita Part. I, qua fundamenta a *Besio* tolerantiae suae illimitatae subjecta convellere laboravit, absolvit, Part. II sub examen revocat ea, quibus *Besius*, quae ad defensionem doctrinae suae adversarii intolerantiae adducunt, diluere aggressus est. Multa ex his ipse quidem probat, si illis opponantur,

qui oppressioni veritatis vanos ejusmodi titulos præstunt : at vero eadem opponi posse iis, qui intolerantiam absolutam errorum, modo legitimo quæ fit, rejiciuat, ex supra adstructis negat. Cap. ergo I exhibet confutationem eorum quæ *Balius* ad confutanda argumenta ab amicis intolerantix ad causam suam tuendam adducta proposuit. Dixerat *Balius*, orthodoxos asseverare, se rigore non uti ad conscientiam ipsam subjungendam, sed ut ad examen veritatis compellerent eos, qui illud respuunt. Hanc vero ab eo adversariis tolerantix *Baliano* tributam sententiam ita exponit *Naudæus*, ut non diffiteatur, id quoque doceri posse : orthodoxos omnino jus habere hæreticis idololâtris & blasphemis licentiam agendi secundum animi inclinationes pravæ subtrahendi, eosque ad actiones externas, quæ ab ipso DEO tanquam media ad conversionem (verba sunt Autoris) institutæ sint, adhibita tamen prius lenitate, adigendi. Cap. IV *Balii* argumentis obviam it, quibus ostendat, rationes, ob quas juxta legem Mosis Devt. XIII prophetas seductores exstirpari DEUS præcepit, longe diversas esse ab iis, quæ nostris temporibus simile quid oscribis tolerantix persuadere videantur. Dixerat *Balius*, Deum non tam quod Deus esset, sed ut Regem & Dominum politicum populi Judaici leges has dedisse : capitis ergo damnatos esse falsos prophetas, quod leges politicas hac ratione violarent, a Rege legitimo populum abalienantes. Respondet *Naudæus*, rationem hanc non sufficere cum eadem poena statuta fuerit seductoribus tempore illo, quo Theocrazia Regibus electis sublata erat. Dixerat *Balius*, præceptum de occidendis falsis prophetis pertinere tantum ad enatos in ecclesia Judaica falsos doctores, quod, dum intra populi hujus limites vera religio arctaretur, fieri non potuerit, ut bona fide ad religionem gentium deflecteret religione Judaica imbutus. Respondet *Naudæus*, idem præceptum pertinere ad seductores ex aliis gentibus Israelitas sollicitaturos, cum hac in re non possit esse jus majus exterorum, quam civium, item : fieri pari modo non posse, ut omni institutione & convictione adhibita nostris temporibus bona fide erret hæreticus. Dixerat *Balius*, Israelitas imprimis Eliam cognovisse, omnes illos falsos doctores, qui supplicio capitis fuerant damnati, ex malitia falsas doctrinas disseminare, & in hoc quoque casu justum esse, ut

rigore

rigore animadverteretur in hujus farinz doctores. Respondet *Naudæus*, legem Mosaicam non ad solos hos casus restringi, sed universalem esse. Ad eundem modum aliis *Balii* solutionibus, quibus quæ tolerantiz suæ opponi possent, diluit, Cl. Autor occurrit.

Tomus II operis P. III Commentarii & supplementum *Balii* sub examen revocat. Ipsa præfatio P. III Autoris *Balii* præfationem excutit, & quod frustra de Autore Tract. cui titulus : *des droits des deux souverains* &c. ac si statum controversiæ male fornet, conqueratur, docet, quippe cui egregie respondere existimat ab Autore illo, Jurizo nempe, disputata. Ipsa vero P. III, qua *Balius* Augustini sententiam de cogendis ad fidem hæreticis confutat, Cl. Autor, qui alias eum *Balio* Augustini judicium hac in parte rejicit, Augustinum in iis defendit, in quibus sine causa male habitum a *Balio* credit. Imprimis reprehendit *Balium*, quod doctrinæ suæ oblitus Augustinum damnare non erubescat, quem tamen, cum intolerantiz patronum bona fide & zelo pro gloria Dei amplificanda abreptum extitisse credat, ex dictamine conscientiz egisse, fateri cogatur. Pergit in sequentibus & ne quid intactum relinquat, supplementum quoque Commentarii Philosophici confutare sustinet. Primum quidem examen præfationis a *Ballo* supplementis suis præmissæ instituit, in qua cum *Balius* causam dicat contra Jurizum, autorem libri *des droits des deux souverains*, a quo se falso hujus vel illius erroris infimulari queritur, Autor quidem annititur, ut recte illum accusari Jurizo ostendat, et si nonnunquam subobscurè innectat ea, quæ refugium esse possint, si ad incitas redigeretur. Denique ipsum supplementum *Balii*, quo partem responsionum suarum opponendarum Jurizæ libello publicæ luci exposuit, adgreditur. Cap. II supplementi ostendit male concludi a *Balio*, quod, si orthodoxis permissum sit, vi quadam adhibita hæreticos ad religionem veram invitare, quod hæreticis contra orthodoxos non liceat, ex eo sequatur, solam veram ecclesiam habere jus impune recedendi a naturali æquitatis regula. Non enim hæc ratione regulam æquitatis naturalis a vera ecclesia deferri, sed potius quod regulæ æquitatis postulãnt, fieri, Autor noster judicat. Multum eo annisus fuerat *Balius* Cap. IV supplementi, ut evinceret, mandatum Dei de

hæreticis mediis rigidioribus ad veritatis professionem dirigendis, si ad literam intelligatur, observandum fore ab omnibus, qui hos vel illos bona fide pro hæreticis habeant, eo quidem modo, quo mandatum de innocente absolvendo & convicto criminis capitis damnando accipiendum sit, non nisi de illo, qui vel ut innocens vel ut sceleratus a iudice deprehensus fuerit. Ex hoc vero idem prorsus hæreticis, si dominantur, in orthodoxos permittendum esse *Balius* conluserat. Huic ergo dubio ut satisfaceret, maximam partem supplementorum huic rei impendit. His porro Cap. IV, V & VI interferit propter affinitatem argumenti examen Ep. 9 T. III criticæ generalis Calvinismi a Maimburgis editi. Sifit sibi sententiam *Balii*, qua homines omni sollicitudine & bona fide Scripturas investigantes nihilominus in errores lapsos adducit, illumque quod Scripturas obscuritatis detestandæ arguat & hominibus hæreticis nondum renatis seritum Scripturarum sacrarum studium tribuat, strenue reprehendit. Quæ tamen cum decerpere singula nimis longum foret, ea quæ supra adduximus, ad rationem argumentandi, quam sequitur Cl. Autor, declarandam sufficiant.

METHODE POUR LA GEOGRAPHIE,

sive

**MANUDUCTIO METHODICA AD STUDIUM
Geographicum. Tomis IV, Libris VIII exposita ab
Autore Anonymo.**

Amstelod. sumptibus Societatis, 1718, 12 maj.

Alph. 2 pl. 9 & Tab. Geogr. 16.

Librorum qui de Geographia in universum tractant, insignem esse numerum, nemini fere ignotum est; sed qui paulum ultra elementa in hac disciplina sapit, eidem constabit, ne unica quidem esse, qui in omnibus, etiam historica, sive mavis politica, ejus parte, non dico satisfacere ex asse lectoribus & discendi cupidis possit, sed etiam ab erroribus immunis reperiatur: & iis quidem extantioribus, ab ignorantia rerum vel linguarum aliarum regionum, vel a defectu scientiarum Mathematicarum ad explicandam aliquam ejus partem necessariorum, vel denique ab incuria in supplendo ea, quæ posteriori ævo detecta & correctæ sunt, profectis. Ex eo adeo fit, ut unico ejusmodi libro contenti esse non possimus, sed plurimum opus sit collatione, si ridendos se-

pe errores ipsimet effugere velimus. Operamq; adeo publico utilem navant, qui quantum in ipsis est ad emendandam hanc scientiam conferunt, & vel in patriæ suæ rebus saltem accuratius exponendis debitam diligentiam adhibent. Eo enim pacto diversis diversarum nationum doctis hominibus symbolas conferentibus, quin aliquando perfectiorem ejus disciplinæ formam visuri sumus, dubium non est. Agit hoc præfens liber, cujus Autores peruntur D. Martinau de Pleffis, cui maxima & principalis pars ejus debetur, & D. Langlet de Fresnoy, qui dissertationem præliminarem, Catalogum operum Geographicorum ac veteris Geographiæ compendium eidem pluribus locis emendato mutato auctoque adjecit. Ut adeo illæ non tantum pleraque ad Geographiam spectantia parabili compendio complectatur, sed & imprimis patriæ autorum & quarundam aliarum regionum ex emendatioribus monumentis cognitarum constitutio in eo exponatur. Editio illa auctior, cum ante paucos admodum annos prodiiisset, publico tam accepta fuit, ut iterato eandem excudere e re duxerint Bibliopclæ Batavi. Distinguitur vero tractatio in plures partes, quibus, uti dictum, præmittitur discursus de studio Geographico recte instituendo, agens imprimis de ordine, quem observare decet, de selectu autorum, deque mappis & descriptionibus regionum universi specialibus, de dictionariis Geographicis atque itinerariis. In ipsa tractatione, secundum regnorum & materiarum numerum in capita distincta, primo constitutio globi terrestris Mathematica explicatur, problematumque sphericorum ope globi artificialis solutio ostenditur: postea de unaquaque regione separatim agitur, præterque limites & nomen hisque affinia constitutio ejus physica, merciumq; exportandarum, soli; qualitas, tum regimen atque constitutio politica, moresque incolarum, nec non quæ de eorum religione notanda veniunt, satis curiose exponuntur, subjuncta speciali enumeratione provinciarum & urbium. Accuratissimam atque optimam in ea haberi descriptionem rerum patriarum sive Galliz non est dubium, in qua notanda præcipue divisio ejus in 37 provincias militares, quam solum in usu esse, nec illam alteram divisionem in libellis plerisq; Geographicis obviam a Regni statibus A. 1614 delinçatam, ultra aliquot mensium spatium valuisse, aut in usum receptam fuisse, ostenduntur.

ostenditur. Præterea partis Americæ septentrionalis, Chinæ, & imprimis Tartariæ, quam vocant, majoris expositio accuratior ibi quam vulgo reperitur, eliminatis putidis illis, de unico hujus vastissimæ globi nostri portionis Chamo aut principe, fabulis, item de earum orbis partium & terrarum, quæ dicuntur incognitæ, natura non injucunda afferuntur, & cuncta tam ingeniosa tractatione explicantur, ut ex ea non superficialiam cognitionem regionum descriptarum haurire liceat. In reliquis vero provinciarum regnorumque exterorum descriptione nonnulla occurrere, quæ emendationem ac limam postulent, deprehendet facile qui suæ saltem patriæ res examinare noverit. Emendationes quoque Langletianas studia partium patriæ & religionis nimis aperte præ se ferre, querela est ab aliis jam mota. Cui quidem malo medicinam adhibere voluit postremus Editor adjunctis brevibus notis; in quibus vero plerumq; ad Geographiam minus spectantia tractantur, sed maxime religionis Protestantium Apologia suscipitur, vel quæ Autor studio partium Gallicarum dixisse visus erat, corriguntur, quibusdam, quæ forsitan potiori jure attendi debuissent, prætermisissis, v. g. cum dicitur, Imperatorem Germanicum Magni Czari etiam titulum ac nomen sibi sumere. Hanc tractationem excipit Catalogus ille præcipuorum librorum Geographicorum tam veterum quam modernorum, una cum judicio de prærogativis & præstantia eorum inter se invicem & editionum optimarum selectu. Quem sequitur Catalogus mapparum Geographicarum, in quo primo secundum ordinem regionum ipsæ de illis editæ mappæ recensentur, deinde celebriorum autorum, qui chartas protulerunt, opera & mappæ exhibentur, adeoq; primo loco librorum & mapparum tam modernam quam veterem Geographiam illustrantium atq; tribus Sansoniis, patre, filio & nepote editarum ingens copia enumeratur, deinde Guilielmi Islæi, Nollnii, Friderici Wittii, (qui jam apud Mortierium prostant) ultimòque Nicolai de Ferlabores indicantur. Quo vero commodior tironibus etiam via ad hujus scientiæ adyta panderetur, adjuncta est compendiaris tractatio sive brevior introductio ad Geographiam modernam universam, & tandem ultimo libro, qui est octavus, satis fuscè Geographia antiqua exponitur.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Octobris, Anno M DCC XIX.

**ANASTASII BIBLIOTHECARIII DE VI-
tis Romanorum Pontificum a B. Petro Apostolo ad Nico-
laum I. adjectis Vitis Hadriani II & Stephani VI Auctore**

GUILLELMO Bibliothecario, sub auspiciis

**Sanctiss. Domini nostri CLEMEN-
TIS XI. Pont. Max.**

TOMUS I.

Romæ, ap. Jo. Mariam Salvioni, Typogr. Vatican. 1718, fol.
Alph. 5 plag. 18. ch. aug.

Cum non semel antea, & superiori imprimis anno, cum de *Mercati* Metallotheca diximus, insignem moderni Pontificis Max. in literas affectum de-precandæ occasio nobis nata fuerit, novum nunc argumentum nobis præbet elucubratislima Anastasiani Operis editio. Nam & ex ipso summi Pontificis Privilegio & e Typographi Dedicacione discimus, illum hunc solennibus literis d. 28 Aug. 1717 datis Typographiæ in Archi-Gymnasio Sapientiæ erectæ, Typographi Vaticani titulo, constituto etiam stipendio, præposuisse, simulque typis Vaticanis, quorum ingens sub Sixto V celebritas, novum post tantum intervallum decus addidisse. Et quemadmodum Sixtus procudendis libris sacris imprimis operam dedit, in quibus fuere Codex facer utriusque Testamenti, Concilia Generalia, S. Patres, Annales Baroniani &c. ita nunc quoque non defuturam sperat Typographus prelis materiam, postquam nuper ducenti Codices, in quibus Acta Martyrum ab Eusebio collecta nominat, ex Orien-

H h

tein

te in Vaticanam munificentia Pontificis illati sunt. Cui vero tria imprimis sibi curanda agnoscat novus Typographus Vaticanus, delectum librorum, *deus Bezar* & elegantiam Editionis; egregium omnino specimen dedit in Anastasi vitis Pontificum, nuper uno volumine editis, in quibus nihil eorum quæ modo diximus, omisit, ut fatendum omnino fit, vix tertius quicquam hætenus e Romano prelo provenisse. Quamquam illud tamen inficiari non possumus, adhuc nobis observata fuisse sphalmata quædam, leviora quidem, sed quæ evitari forte pariter poterunt, si Correctorum deinceps, ut super Typographorum, diligentiam stipendio provocare dignetur Clemens XI. Nec quicquam a se desiderari passus est Cl. Editor *Franciscus Blanchinus*, in sacello Apostol. Subdiaconus & summo Pont. ab honore sacri cubiculi, quippe qui non iis tantum prudenter usus est, quæ in emendando libro illo Marcus Velferus, Fabrotus, Crabbeus, Binus, Baronius aliique præstiterunt, verum & quæ Lucas Holstenius & Emmanuel a Schelestraten ex optimis codicibus, & nuper admodum Franciscus Penia, Hispanus, ex veteri Codice MS. Caveniensi observaverant, de quibus hætenus nondum publice constabat, non ad calcem libri, ut in Fabroti editione præstantissima factam, verum in fine singularum Sectionum, quarum numerum ex Bea. Millini instituto retinuit, vel ad oram cujusque paginæ summo studio annotavit. Quo ut magnum libro decus conciliavit, ita longe majus illi accedet, cum ipso Anastasi opere (huic enim vulgo adferibitur, quamvis ei nihil præter Nicolai I vitam, & postremas vitas duas sigillatim Guilielmo Bibliothecario deberi, eruditis compertum sit) hoc Tomo I absoluto, Tomo sequente suas & Virorum doctissimorum, Alteserræ, Holstenii, Schelestratenii, Ciampini, Bencinii, Binii, aliorumque in opus integrum notas, & Tomo III observationes Chronologicas totumque systema Chronologix restitutz, sive Reparationes temporum ab exordio æræ Christianæ, publici juris fecerit, quod ut fieri quantocyus possit, serio precamur. Interim Præfationem idem Cl. *Blanchinus* huic Tomo præmisit, doctam admodum & prolixam, in qua de nomine Libri, ejusque ætate, autoribus, origine & incrementis, nec non de illius historix

fidē

fide ac documentis diserte agit. Observat vero, librum hunc
 e duobus Catalogis Pontificum concinnatum esse, quorum alter
 sub Liberio circa A. 354, alter (qui hodie in membrana Caro-
 li M. ætate scripta superest) sub Felice IV circa A. 530 condi-
 tus fuerit. Cumque in primo tantum nomen Pontificis, anni,
 regiminis & paria Consulium, quibus inivit & quibus desit, in
 altero etiam reliqua annotentur, ostendit, quemadmodum pri-
 mis temporibus Ethnicorum in illis annotandis mores secuti
 sint Christiani, marmoribus imprimis diligenter consultis.
 In his enim accurate notari docet cooptationes Ethnici Sa-
 cerdotii, Fratrum Arvalium, & cultorum Isis, Attidis, Matris
 Magnæ, Mithræ & Solis, quibus Christianæ religionis Antisti-
 tes veri Sacerdotii Acta opponenda censuerunt: quo spectat,
 quod Beatus Damascus Papa tabulis marmoreis convestiri cu-
 ravit atria Ecclesiarum, aditus cœmeteriorum, sepulcra Mar-
 tyrum, quæ, *Platonis* postea dictæ, plurima sacræ historię do-
 cumenta continent; ut taceamus, in marmorea sede S. Hippoly-
 ti etiam tempore persecutionum decreta fuisse inscripta, ad
 Acta Pontificum referenda. Ingentera vero sub Gregorio III,
 quo tempore *Liber Pontificalis* prædiit, harum tabularum co-
 piam, unde ille componi posset, superfuisse, vel ex eo fit veri-
 simile, quod post tantam rerum ab illo tempore perturbatio-
 nem hodieque tot ejus generis monumenta supersint. Quare
 in eo est Noster, ut consensum marmorum cum Libro Pontifi-
 ciali, adductis plurimis exemplis probet, illud etiam observans,
 barbaram dictionem inde ab Hippolyto ad Gregorium III,
 tum in Italiæ, ob Longobardorum inscitiam, tum in Galliæ,
 Saracænorum irruptione deformatæ, marmoribus ac diploma-
 tibus sæpe occurrere, cum nec ipsi Notarii sine vitio scripse-
 rint, ut non mirum adeo sit, similes flosculos etiam in Librum
 Pontificalem irrepisse. Ceterum nos his prolixius recensendis
 superfedemus, cum ipse Autor specimina hic tantum dedisse
 contentus, pleraque deinceps in notis ad singulas Vitas ex pro-
 fesso pertractare constituerit: pauca tantum de rariori Crispi-
 numismate, quod inter Ill. Borghesæ familiæ cimelia Romæ
 asservatur, & a Nostro sub finem Præfationis accurate recense-
 tur.

nus, addemus. Nimirum ab uno latere representatur effigies Crispi, cum inscriptione CRISPVS NOB. CÆS; ab altero figura nimbo ornata, sedens inter duos Cæsares, dextra benedicens, sinistra crucem tenens, qua cum alii Christi statuam argenteam a Constantino in Basilica Lateranensi erectam indicari veliat, Noster e barba, quæ non in acutum desinit, qualis Christi pingitur, sed riget & tonfos ad aures crines monstrat, S. Petri potius hic imaginem fisci sibi persuadet. Quare literis infra scriptis S. P. nequaquam, ut nonnullis visum, SIRMII PERCVSSA, sed SANCTVS PETRVS vel SIGNVM PETRI denotari credit, ut litera X superne inclusa in epigraphe SALVS ET SPES X REIPVBLICÆ nomen Christi.

DELLE ANTICHITA ESTENSE ED ITALIANE
TRATTATO.

i. e.

ANTIQUITATUM ESTENSIUM AC ITALICARUM Pars prima; in qua origo ac antiquitas Estensis familiae exponitur, simulque divisio & propagatio Regiæ ac Electoralis Domus invidiosissimi GEORGII I Britanniarum Regis, nec non & Ducum Brunsvicensium, ac Luneburgensium, sicuti & familiae Marchionum Estensium, Ducum Ferrariæ, Mutinæ &c. vetustissimorum Documentorum Actorumque ope deteguntur. Opera & studio LUDOVICI ANTONII MURATORII, a Bibliotheca Ser. RAYNALDI I Ducis Mutinæ, Regii, Mirandulæ &c.

Mutinæ, typis Estensibus, 1717, fol.

Alph. 5 pl. 6 Tabb. Geneal. 12.

INter nobilissimas æque ac antiquissimas Principum per Europam dominantium familias Serenissima Estensis Domus ob proprium antiquitatis ac nobilitatis decus a superioris ævi scriptoribus hucusque præcipuo lumine fulgere constanter agnita & recognita fuit. Id vero extra quamcunque dubitationis
aleam

aleam a doctissimo Viro *Ludovico Antonio Muratorio* nostris temporibus positum agnoscimus, & perspicue assertam fateamur Electoralis Brunsvicensis familiae, quae nunc Magnae Britanniae sceptrum tenet, ex laudata Estensi domo propagationem, proximamque sanguinis affinitatem. Ut proposuisset sibi provinciae plenius, tutius veriusque satisfaceret *Muratorius* noster, utque pro more suo soli veritati litaret, Italicas urbes peragrando vetustissima illarum Archiva prius adiit, eorumque legitima ac germana documenta, chartas atque ad rem suam utilia diligentissime exscripsit. Horum omnium ope praesidioque satis bene fultus Estensium Antiquitatum ac Originum volumen edidit, quod certe cuilibet ejuscemodi rerum scriptori optimi exempli tutissimaeque methodi loco in posterum fore speramus.

Lectura dignissima est in primis Muratoriana Praefatio, qua V. Cl. ostendit, quantum fidei habendum sit veteribus plerisque genealogiarum scriptoribus, quibus iustae criticae peritia usque defuit, ac assentationis amor nimium in modum affuit. Hinc sicuti ab eorum ratione, gustu & figmentis summopere abhorret *Muratorius*, ita nonnullas veluti leges & canones proponit, quorum ductu Genealogiarum tractatores durantem gloriam aliis, propriam laudem sibi digne comparare poterunt. In hac autem sententia est, ut satis sibi factum censent ii, qui avitae nobilitatis antiquitatem legitimis documentis per non interruptam quinque aut sex seculorum seriem adstruere posse noverint; multoque magis sibi gratulentur illi, qui septem vel octo seculorum tractu familiae nobilitatem certis actorum monumentis incunctanter evincere valeant. Nulli propterea, qui veritatem praeter omnibus habeat, nulli inquam dari, ut reinetioribus seculis vetustiores familiae avos ac parentes eruat, atque ex obscurissimis illorum temporum latebris excitet. Et licet id praestitum fuisse videatur a quibusdam Genealogiarum scriptoribus, neutiquam tamen veritati consonum esse ex eo constare docet *Muratorius*, quod ab ipsis Autoribus asserta instrumentis fide dignis aliisque exceptione majoribus tabulis certo certius deserviantur.

gi, ejusmodi confarcinatorum credulitatis, malzque fidei, ni-
 mium injurioz familiis, quas laudarunt, fundamentum meris
 putisque fabulis iuniti, adeoque veris etiam, quz intermixta
 sunt, ut fides detrahatur, efficere. Propterea laude dignissi-
 mos autumat Principss, qui postremis hifce temporibus Ge-
 nealogias suas a fabulosis figmentis perpuratas amaran-
 Schönlebenium; qui de origine Augustissimz Austriacz Domus
 scripsit, & Guichenonium zque laudat, qui regiam Sabaudiz
 Ducum familiam illustravit, ejusdemque documenta a Berol-
 do Comite Mauriennz anno 1014 solummodo protulit, ut-
 pote rationum suarum exordia, etfi hallucinetur Guichen-
 onius, quum eandem familiam a veteribus Saxonum Regibus or-
 tum traxisse existimat. Gallicos item scriptores Originum
 Regiz familiz laudat, eosque pzecipue, qui ingenuo sincero-
 que animi candore professi sunt sibi aquam hæsisse, quum pa-
 trem Roberti Comitis Andegavensis, cognomine Fortis, de-
 mortui anno 867, e tenebricosis illius seculi monumentis eruere
 tentarunt. Quam ob rem D. Muratorius in detegenda otigine
 ac antiquitate Estensis familiz id tantummodo in animo habet,
 ut veritas ipsa in tuto collocetur, utque etiam a probabilibus,
 aut a verisimilibus secernatur, disjectis undequaque assentatio-
 nis figmentorumque perniciosi coloribus. Ordine, quo par est,
 integra documenta & Acta per extensum, ut ajunt, proponit, tum
 ut assertis dictisque autoritas adesse videatur, tum ut sibi, &
 aliis non fucum, sed veritatem exhibere liquido constet. Bona
 fide interim eos egisse observat, qui Estensem Genealogiam
 textentes majorum primordia seculo quinto Ærz Christianz
 alligarunt, seu, quod magis ridiculum, Romanz Reipublicz tem-
 poribus adscribere. Bello Attilz innixi, deceptique excusatio-
 nem merentur: quod quidem carmine Gallico exaratum a Jo-
 hanne a Casola Bononiensi anno 1358, in Estensi Bibliotheca
 manuscriptum asservatur.

Ad perquirendos itaque Estensis familiz progenitores
 stykum animumque convertit V. Cl. Capite primo. Ut se-
 curius progrediatur, ab uno ex majoribus Estensibus, de quo
 fatis apud omnes convenit, initium prudeater & consulto du-
 cit:

cit. Ab eo enim cum ascendendo antiquiores, tum descendendo posteriores aptius & facilius iaveniendos sibi esse pollicetur Muratorius. Estensis illi est *Marchio Albertus Azzo*, qui circa annum 996 in lucem editus obiit anno 1097 *centenario major*, teste Bertoldo Constantiensi, scriptore synchrono, Potentia, genere, gestis & opibus claruit in Lombardiz partibus, eique prima uxor fuit Cunegundis ex nobilissima stirpe Welphonum, sororque Welphonis tertij Carinthiz Ducis & Veronæ Marchionis. Soboles ex hocce matrimonio procreata fuit *Welpbo IV*, qui postmodum in Germaniam vocatus hereditario jure bona quæcunque Welphonum feliciter obtinuit. Quin etiam *Bavaria Dux* inauguratus electusque fuit ab Henrico inter Imperatores hujus nominis tertio, anno 1071, Estensis sanguinis apud Germanos, nec non etiam familiariz Ducum Brunsvicensium, ex quibus stirps in Magna Britannia imperans erupit, sator autorque incunctanter agnoscendus est laudatus *Welpbo IV*. Ad secundas nuptias convolvavit *Marchio Albertus Azzo*, sibi que in matrimonio junxit Garlandam ex Principibus Cenomanensibus in Gallia, quæ Azzoni peperit duos filios, *Fulconem Marchionem*, a quo Duces Mutinenses origines suas traxere, & *Hugonem*, cujus uxor fuit circa annum 1075 filia Roberti Guiscardi Ducis Apuliz & Siciliz. Hinc *Hugonis* cognatio & affinitas cum Imperatore Constantinopolitano, aliisque tunc temporis Principibus.

Digrediamur eruditus noster Scriptor ad enarrationem gestorum *Welphonis IV Ducis Bavaria*, primi nati inter filios *Marchionis Alberti Azzonis*. Nomini suo celebritatem ac decus *Welpbo* ipse addidit, ob negotia, quæ occasione tristiium discordiarum, quæ inter sacerdotum & Imperium sub Pontificatu Gregorii VII emerferunt, ipsimet tractanda obtigerunt. *Welphonem V* filium tunc ille in Italiam transmisit, & nuptiæ eidem procuratæ, peractæque fuerunt cum celebri Comitissa Mathilde anno 1089. Matrimonii hujusce, sicut & divortii, quod non multo post inter duos conjuges obvenit, notitiæ campum Muratorio præstat querendi, num *Marchio Albertus Azzo*, prius quam ejus nepos *Welpbo V* matrimonium inierit cum Mathilde

de Comitissa, uti innuere videntur Gregorii VII Epistolæ. Re' perpenſa Vir doctiſſimus ostendit, Pontificem ipsum haud locutum esse de illustri celebratiſſimaque Comitissa Mathilde, sed de altera ejusdem nominis nobili certe foemina, quæ tertio loco uxor fuit *Marchionis Alberti*.

Ex tot clarissimis sanguinis affinitatibus tantoque fortunæ splendore, quibus ornatum conspicimus *Marchionem Azzonem*; ejus filios, ac nepotem, nulli dubitandum, quin & ipse inter illius XVI Principes fuerit, & præ aliis sane distinguendus. Testes nobis protulit Muratorius Lambertum Schafnaburgensem, & Gregorium Pontificem supra relatam; quibus accedit *Marchioni* digniſſimum vocabulum, quod Principibus tunc temporis tribuebatur. Opportune igitur V. Cl. de dignitate, & amplitudine *Marchionum, Comitum, Militum Ducumque* agit disserterique eruditissime. Subinde expiscatur, cujusnam *Marchia* gubernator, aut saltem cujusnam *Marchia* titulum præferret *Marchio Azzo*. In medium adducit Investituræ documentum *Marchia Mediolani, & Marchia Janua*, quam Imperator Fridericus I contulit *Opizoni* nepoti ipsius *Marchionis*. Aliis rationibus insuper utitur, quibus facile Lectori persuadere potest, *Marchias* easdem sub imperio, nuda ac regimine veterum *Estensium* fuisse. Plurimum luminis sane potentia *Marchionis Azzonis* additur ope Diplomatis, quæ Henricus inter Germaniæ Reges quartus anno 1077 confirmat *Estensium* dominia in plurimis ditionibus, ex quibus præsertim *Este*, in variis Italiæ Comitatibus positis, sicuti & alia plurima, quæ ab Ecclesiis *Estenses* recognoverant.

His præmissis, quum jam satis constet de amplitudine, ac splendidissimo statu *Estensis* familiz, ejusque agnationibus, cognationibus, affinitatibus & consanguinitatibus variis cum illustrioribus per Europam Principibus seculo XI initis, in *Estensium* ipsorum origines inquirat Doctiſſimus Muratorius. Missis præcedentium seculorum opinionibus, quibus plerique scriptores jam imbuti fuerunt, id certo statuit, *Estenses* utique ex Germanico solo in Italicum migrasse, ideoque e natione *Langobardica, seu Bavarica* fuisse. Subinde graphice

phice, veluti Longobardos depingit, eorum & nobilitatem & antiquitatem vindicans ab iis, quæ Longobardis ipsis incaute minusque vere impingunt, ac perperam imponunt nonnulli haud satis docti rerum æstimatores. Hinc occasio exscribendi laudato Muratorio quaspiam usque adhuc ineditas Inscriptiones quorundam Langobardorum Principum.

Verum quomodo parente progenitum credas *Marchionem Albertum Azzonem*? ex indubia duorum instrumentorum fide, quæ adhuc extant in Archivis Vengaditiz, & monasterii S. Mariæ in sinu Ligustici Maris, vulgo *Golfo della Spezia*, evincitur, & clare dignoscitur, Patrem ipsum ejusdem *Marchionis Alberti Azzonis* fuisse ejusdemmet nominis alterum *Marchionem Albertum Azzonem*. Is *Comes Lunensium* fuit insuper, & patrem habuit *Marchionem Obertum*, qui item genuit *Hugonem, Adalbertum, & Guidonem Marchiones fratres Alberti Azzonis I Marchionis*. Horum gesta & affinitates præsertim vero eorum conatus circa annum 1014, adversus Henricum I Imperatorem favore Harduini electi in Regem Italiæ, variis diversisque optimis illorum temporum monumentis mirifice illustrata legimus ab Autore nostro. Videas porro *Marchionem Obertum II* ab altero ipsissimi nominis *Marchione Oberto I* in lucem editum, qui splendidissime in Italia floruit ab anno 951 usque ad 972 vulgarem, summopere carus, magnique habitus *Ottoni I* Imperatori, a quo & dignitate *Comitis sacri Palatii* inauguratus fuit. *Comitatus Palatini* dignitatem inter primas Regni Italici extitisse, fidem faciunt plura Placita, Instrumenta, & Acta, quæ ex plurimis Archivis transcripta eduxit Cl. Muratorius, & in rem suam exhibuit.

Præ aliis ejusmodi documentis illud sæpe notandum, quod ex Archivo Sarezanensi petitum ad annum 1124 pertinet; quo finis imponitur magni momenti controversiæ, quæ occasione cujusdam Podii emerferat inter Episcopum Lunensem, & *Malaspinam, Palavicinum, & Gulielmum Franciscum Marchiones*. Etenim ex actis hujusce litis magis magisque erimus, ac intelligimus, Estenses antiquitus dominiorum suorum majorem partem in Lunensi, Etruscaque ditionibus habuisse.

Illud etiam percipimus, a *Marchione Oberto I*, circa annum 970 non tantum Estensium familiam plures in ramos dispesci, sed & *Marchionum Malaspinarum* & *Pallavicinorum* stirpes ortum suum verosimiliter traxisse. Ceterum de antiquitate Estensis domini in Lunensi tractu scrupulum omnem fere remouent varia Actorum monumenta ad controuersiam Monachorum Benedictinorum Regiensium ob Curtem Naxetæ spectantia. Quin imo Muratorius ostendit modum, quo dominia eadem ac ditiones ad manus possessionemque *Marchionum Malaspinarum*, & Episcoporum Lunensium proueniant. Similiter aliorum documentorum ope dominia Estensium in Thuscia, ubi eorum familia antiquitus possedit, & jura dixit *Terra Obertenga*, quæ per Comitatus Aretinum, Lucensem, ac Pisanum extendebatur, adeo clare tantaque perspicuitate euincuntur a nostro Autore, ut nil amplius fere desiderandum superfit.

Porro *Marchionis Oberti I* Patrem *Marchionem Adalbertum* circa annum 930, qui & *Opizo* appellatus inuenitur, statuit Muratorius. Eundem *Marchionem Adalbertum* Principem descendisse ex illustribus *Adalbertis Marchionibus* & *Ducibus Thuscie*, verisimillimis omnino validissimisque rationibus in hoc opere persuademur. Propterea doctissimus Autor ostendit, anno 812 Ducem Thuscie egisse *Bonifacium I*, qui filium habuit *Bonifacium II* nomine Ducem similiter Thuscie circa annum 1145. Domini illius successor floruit postmodum *Adalbertus I Marchio*, ac *Dux*, Bonifacii II filius, rexitque usque ad annum 886, successorem reliquit *Adalbertum II*, qui & dictus *Dives*, Principem potentissimum, & Marchionem Thuscie. Is autem cum decessisset anno 917, duos filios superstites reliquit, *Guidonem* nempe, & *Lambertum Marchionem* ambos, *Ducesque* Thuscie, etsi brevi tempore eorum quilibet tanta dignitate potitus fuerit. Hinc Leibnitio V. Cl. assentitur Cl. Muratorius, existimanti, a laudato *Guidone* natum ac genitum *Marchionem Adalbertum* supra laudatum, patrem *Marchionis Oberti I*. Etenim plurimis conjecturis inducitur Muratorius, ut id asserat, temporibus nimirum, ac nomine

Adal-

Adalbertorum; sicuti & *Guidonum*; qui iterum in Estensis familiae posteris illius xvi emergere; possessione bonorum & ditionum in Thuscia, ac Lunensi agro; juris patronatus dominio Abbatiae Aullae jam fundatae a *Marchione Adalberto I*; aliisque non contemnendis sane rationibus. Quum autem *Guidoni*, & *Lamberto Marchionibus*, causa & occasione domini Thusciae, injurias persecutionesque intulerit Hugo Italiae Rex, illorum ex matre frater, quemadmodum nos edocet Luitprandus historiarum ejus xvi scriptor, haud mirum est, *Guidonis* filios Thusciae imperium amisisse, & horum loco Bosonem fratrem ipsius Hugonis substitutum fuisse a laudato Rege, indeque Uberum Bosonis filium naturalem patri successum. Mirum inquam haud esse debet; *Guidonis* liberos tunc solum pristino splendori, dominio potentiaeque restitutos fuisse, quum scilicet Berengarius & Adalbertus in Italia Reges, & Otto Magnus Romanorum Imperator regimini & imperio praefuere. Mutatoriae sententiae, qua Estenses ab antiquissimis Thusciae Adalbertis propagati fatique creduntur, nihilominus hoc unum opponi posset: *Adalbertos* nimirum olim profectos esse se natione *Bavarica* vivere, Estenses vero postmodum profiteri se natione ac lege *Longobardica* teneri. Difficultati huic, quae ab ejusmodi professionis diversitate emergere videtur, satisfacit Muratorius, primo loco observans, Estenses ob diuturnitatem incolatus sui demum *Longobardos* se esse, eorumque natione & lege vivere dixisse: deinde aliorum exempla profert, qui vel ex adoptione, vel ex aliis causis nationem omnino diversam nec a progenitoribus propriis unquam acceptam amplexi fuerunt. Hinc legentium oculis subjicit alios *Marchiones Adalbertos*, *Guidones*, *Obertos* &c. qui anno millesimo in Lunensi ditione florere, verisimiliter satis procreati ac descendentes ab *Oberto I Marchione*. Varia & vetera simul documenta ob id exhibet, ex quibus occasionem arripit differendi de antiquioribus viris familiarum *Malaspina*, & *Palavicina*, quae etiamnum nostris temporibus in Italia splendescunt. Ita fabulas refecando, quas in texendis earum Genealogiis nonnulli venditarunt, ipsarum origines enucleat, aliosque veteres

Italix Marchiones, quibusnam e familiis promanarint, attente utiliterque perquirat.

Regreditur exinde eruditissimus Autor ad *Alberti Azzonis II Marchionis* tempora, ac personam. Hunc patrem *Welfonis IV Ducis Bavariae*, & *Marchionum Hugonis*, & *Fulconis* fuisse repetit. Autorum contemporaneorum testimoniis ostendit, *Alberto Azzoni II* ejusque filio *Hugoni* in hereditatem obvenisse Principatum Cenomanensium in Gallia circa annum 1067, quo Principatus dominio post varios rerum casus excidit demum laudatus Hugo. *Fulconi Marchioni* remanserant ditiones ac dominia Estensium per Italianam; at quum ex Gallia in Italiam rediisset *Marchio Hugo* ejus frater, litemque movisset, anno demum 1095 in concordiam cum *Hugone* rediit ipse *Fulco*. Vita postmodum sanctus est *Marchio Azzo* anno 1097, centum & ultra annorum ætatem agens. Ex *Azzonis* morte enatum, teste Bertoldo Constantiensi, asperri- mum bellum, quod *Marchionibus Fulconi*, & *Hugoni* movit *Welfo IV Dux Bavariae*; illorum frater, ob patris hereditatem, bona ac dominia. Tunc autem propagari cepit in Germania stirps Estensi-Guelpha; nam *Welfoni IV* in Ducatu Bavarix jure sanguinis successores dati sunt *Welfonis* duo filii, *Welfo V* nimirum, conjux Comitissæ Mathildis, & post hunc *Henricus*, qui *Niger* dicebatur, Princeps patri pietate omnimode similis, qui & exemplo ac jure paterno dominium aliquod habuit, exercuitque in Este: Liberos reliquit *Henricus* *Juditham*, *Friderici I Imperatoris* Matrem, *Henricum IV*, cui cognomen Superbi ab aliquibus inditum, & *Welfonem VI*, utrosque clarissimos Duces. *Henricus IV* matrimonium contraxit anno 1127 cum *Gertrude* *Lotharii Imperatoris* filia, ex quo *Henrici* familia plurimum exaltata fuit. Sane *Bavaria* Ducatui accesserunt nobilissimus & amplissimus *Saxoniae*, nec non *Brunsvicensis*, ac *Luneburgensis Ducatus*, qui etiamnum ab eadem familia nostro ævo possidentur. *Gualballense* item dominium una cum aliis ditionibus in Italia, sicuti etiam *Ducatus*, seu *Marchia Thuscæ* laudatis *Henrici* Ducatibus conjuncta obvenere. Verum quum tanti Principis potentia Principes alios

alios ad invidiam traxisset, ipsumque *Henricum* movisset, ut ad coronam Imperialem, post Lotharii soceri mortem, aspiraret,odium Conradi Imperatoris, Lotharii successoris, sensit utique, & hostilem ejus animum *Henricus*, qui ab Imperialibus terris exilio pulsus, Bavaricum Ducatum amisit, & Saxoniam petens, ibique diu perstans, vitam cum morte commutavit anno 1139.

Potentissimi Principis frater *Welfo IV*, ab Historiarum scriptoribus satis laudatus, a Friderico I Imperatore inauguratus fuit, creatusque *Dux Spoleti, Marchio Thuscia, ac Princeps Sardinia*. Quum autem eidem *Welfoni* concesserit Fridericus dominia & ditiones, quæ olim a celebri Mathilde Comitissa per Itallam possessa fuerant, eruditus Muratorius exponit, quidnam sibi ipsis in ejusmodi dominio competere crediderint tum Pontifices, tum etiam Imperatores. Ipsius Ducis *Welfonis* plura ac diversa documenta ob id adducuntur, ex quibus gloriosa ejus gesta indicat Muratorius, nec non & infortunatam mortem *Welfonis VII* ejus filii.

At *Dux Henricus IV*, de quo superius meminimus, reliquerat filium *Henricum V*, qui dicebatur cognomine *Leo*. Is tenuit *Ducatum Saxonia*, recuperavit insuper anno 1154 *Ducatum Bavaria*, quo patrem jam exutum vidimus, protenditque armis ac victoriis dominium usque ad mare Balticum: populos subegit, Episcopatus fundavit, Monasteria ædificavit, aliaque potentia & magnanimitatis opera adeo protulit, ut inter gloriosiores illius ævi Principes merito haberetur. Verum haud diu fors tam bene cæptis arrisit; nam Fridericus I Imperator ejus consanguineus ira adversus illum percitus, fœdere cum plerisque Germaniæ Principibus inito, tot tantaque dominia *Henrico* ademit, si excipias *Brunsvicensem, & Lunenburgensem Ducatus*, inter bellorum funera constanter ab ipsomet *Henrico* defensos. Hic autem Muratorius rem in historia ejus temporis cognitu scituque necessariam eruditione doctrinaque, qua pollet, opposite illustrat, docetque, a duabus familiis, Guelphonum nimirum Altorfii (quorum heres extitit Estensis Brunsvicensis linea) & Henricorum Guibelinghæ

(quorum hereditas Friderici Suevici obtigit) ortum suum traxisse funestissimas, ac memorabiles Factiones *Guelforum*, & *Gibellinorum*, ex quibus innumerabilia schismata, strages, dissidia, ac bella erumpentia Italiam misere toties vastarunt.

Propositis depictisque veluti gestis Ducum *Welfonis VI* & *Henrici Leonis*, ad illustrandam Estensem lineam se convertit Muratorius. *Fulconem I Marchionem*, ex quo descendit Ser. Dux Mutinæ Raynaldus modo vivens, dominatum fuisse *Montagnanæ*, *Monti silicis*, *Este*, aliorumque locorum ac terrarum tractibus, fuscè ostendit documentorum multorum præsidio, quibus & *Fulconis* ipsius erga monasteria Italiæ amor, & liberalitas circa annum 1100 perspicue legentium oculis apparet. Prolem habuit *Fulco* prælaudatus quatuor filios, ii fuere *Bonifacius*, *Fulco II*, *Albertus*, & *Opizo*, omnes *Marchiones*, quin etiam, si probabilitati locus, *Azzo* quintus inter *Fulconis* liberos. Hi hereditatem paternam, dominia, ditiones, & bona inter se diviserunt, ex quorum Actis documentisque piarum donationum plurima testimonia habentur. Quum vero *Marchio Fulco I* frater fuerit non modo *Welfonis IV Ducis Bavarie*, sed etiam *Marchionis Hugonis del Manso*, hinc agitur de ipsius *Hugonis* stirpe, ac propagatione. Uxorem duxit *Hugo* filiam *Roberti Guiscardi Ducis Apuliæ & Siciliæ*, ex qua suscepit *Azzonem III* & *Tancredum*, ambos *Marchiones*. *Tancredo* superstes fuit filius *Manfredus Marchio*, qui cum absque prole decessisset anno 1164, finem imposuit lineæ & stirpi *Hugonis del Manso*.

Fulconis I Marchionis unus ex filiis legitur fuisse *Marchio Opizo*, ut paulo supra monuimus. *Opizonis* istius varia & diversa documenta referuntur, tum ad ipsum, tum ad ejus fratres pertinentia; ex quibus prudenter admonet Muratorius de tempore, quo tunc appellari cœperunt *Marchiones de Este*, quum antea simplici puroque vocabulo *Marchionum* nuncuparentur. Tunc temporis adhuc durabant jura, quæ sibi competere credebatur Estensium in Germania familia in *Este*, & aliis terris seu ditionibus Italiæ. Ut controversiarum terminus haberetur, *Marchiones ipsi concorditer inter se convenere anno*

1154 primum cum *Henrico Leone, Saxonia & Bavaria Duce*, inde anno 1160 cum *Duce Welfone VI*, ipfisq; Marchionibus confirmata fuere dominia terrarum illarum, totiusque *Politiæ Rhodigiæ*. Alia *Marchionis Opizonis* Acta leguntur, quibus is visitur anno 1177 Venetorum paci interfuisse, nonnullas discordias litium habuisse cum *Marchione Bonifacio* ejus nepote, & cum *Communi Estensi*, & demum anno 1134 investituram a *Friderico I Imperatore Marchiæ Mediolani, & Marchiæ Januæ* obtinuisse. Opibus, bonis ditionibusque potentissimus *Opizo Marchio* omnia dominia *Estensis* domus sibi soli collata habuit, adjectis insuper hereditario jure bonis quamplurimis familiæ *Adelardorum*, sive *Marchellæ Ferrariæ*. Ad plures abiit *Opizo* anno 1194, cui successerunt *Azzo VI* nepos ejus ex *Azzone V* ejus filio præmortuo, & *Bonifacius* ejusdem *Opizonis* filius, & *Azzonis V* frater.

Azzonis VI Marchionis virtute & opera *Estensis* familiæ splendor ac amplitudo tunc vires suas mirifice exeruit. Plura ad hunc Principem spectantia documenta leguntur ad annum 1198, quibus ejusdem magnanimitas ac generositas agnoscitur, & præsertim dominii perduratio, quod in *Germaniæ* partibus exercebant *Brunsvicensis* familiæ *Estenses*. Magis propterea magisque statuitur *Estensium* *Italicorum* cum *Estensibus Germanicis* sanguinis conjunctissimus nodus. Hinc *Muratorius* ostendit, *Ducem Henricum Leonem* multorum filiorum fuisse parentem, ex quibus *Henricus*, qui anno 1195 successit socero suo in *Palatinatu Rheno*, *Otto IV* electus in Imperatorem anno 1198, & *Wilhelmus*, *Brunsvicensis* *Electoralis Regiæque Domus* sator.

Ceterum *Azzo VI Marchio* matrimonio junctus anno 1204 *Alixæ Antiochenæ Principi*, cognationem contraxit cum *Græcorum Imperatore*, & cum *Hungariæ Rege*. Jam Imperatores concesserant *Marchioni Opizoni*, ejus Avo paterno, jura *Appellationum* totius *Marchiæ Tarvisinæ*, seu *Veronenfis*. Id iterum *Azzoni* confirmatum fuit. Circa annum vero 1207 emerferunt discordiæ inter *Marchionem Azzonem*, *Guelphorum* tunc antesignanum, & *Ezzelinum Onavensem* patrem crudelis

crudelis Ezzelini, & Salinguerram Ferrariensem, utrosque duces Ghibellinorum. Quare Marchio variis foederibus se conjunxit una cum urbibus Ferrariae, Mantuae, Cremonae, Brixiae, Papias, & cum Comite Sancti Bonifacii Veronae. Anno 1208 electus constitutusque fuit idem Azzo *perpetuus Dominus Ferrariae* consensu illius populi, itemque dominationem exercuit in *Mantua* ac *Verona* urbibus. Creatus insuper *Marchio Ancona* ab Innocentio Papa hujus nominis III. Verum quum *Otto IV* Estensis-Guelphus Imperator autumasset Anconitanam Provinciam de juribus Imperii esse, coactus fuit *Marchio Azzo* ab ipsomet *Ottone IV* investituram *Marchionatus Ancona* suscipere, uti revera accidit anno 1210. Eruperunt, ut bene notum, gravissima dissidia inter ipsum *Ottonem* & Innocentium Papam, quorum occasione partes Pontificis elegit *Azzo*, & Friderici II electi in Romanorum Regem. Ob id quum *Otto* in *Azzonem* irascens excandesceret, duas sententias adversus illum protulit, favore *Marchionis Bonifacii* illius patris. At morte praeventus *Azzo* anno 1212 reliquit *Marchiones Aldrovandinum*, & *Azzonem VII*, & *Beatam Beatricem I*, cujus corpus Patavii colitur. Hosce liberos susceperat partim ab Alixia Antiochena, prima conjugee, partim a filia Thomae Comitis Sabaudiae, secunda ejus uxore.

Marchionis Aldrovandino confirmavit Innocentius Papa III investituram *Marchiae Ancona*, dumque se parabat *Aldrovandinus* ad illuc inferenda arma, sibi bellum indici a Patavinis sensit anno 1213, quare ob obsessionem Estensis oppidi coactus fuit cedere, atque ut inter Cives Patavinos adscribe-retur, pati. Doctissimus Muratorius explicat, quisnam fuerit ejuscemodi ritus adscriptionis Civicae, & dilucide ostendit ope decreti ejusdem Imperatoris Friderici II, Estenses antea non pependisse e nutu Communis Civiumque Patavii. Anno 1214 *Aldrovandinus* creatus fuit *Vicarius*, & *Legatus Imperialis Regni Neapolis*, potitusque est *Marchia Anconitana*. At quum turpissime veneno sublatus fuerit jussu & arte Comitum Celani, juventutis suae nobiliori tempore, gestorumque gloria, fato obiit anno 1215, relicta unica filia *Beatrice*, quae anno 1234 conjux data fuit *Andree II Hungariae Regi*.

Post

Post obitum *Aldrovandini* fratris *Marchio Azzo VII* imperii habenas suscepit, & investituram anno 1217 *Marchie Ancone* ab Honorio. III Pontifice obtinuit, sicuti anno 1221 ceterarum suarum ditionum a Friderico II Imperatore renovationem impetravit. Ejusmodi notitiis, præmissisque in antecessum operi quibusdam tabulis Genealogicis, quæ ab origine usque ad nostra tempora deducunt principia & propagationem duarum Linearum *Estensium Ducum Brunsvicensium, & Mutinensium*, finem imponit Clarissimus Muratorius huic priori Parti *Antiquitatum Estensium, ac Italicarum*. Opus quidem omnigena eruditione refertum, summo sapore justæ criticæ conspersum, & utilissimum profecto non tantum *Estensis* familiaritæ antiquitatibus illustrandis, verum etiam historię moribusque mediæ ætatis ab obscuritate, in qua involvuntur, liberandis. Summopere interim desideramus, ut prospera sanitate, temporumque favore perfruat. ut doctissimus Autor, ut posteriorem Partem in publicum edere possit. Etenim sperandum, ut ex multitudine monumentorum documentorumque, descriptorum ex variis *Italiæ* Archivis, mores, leges, politia seculorum mediorum ac obscuriorum, uno verbo *Antiquitates Italiæ* plurimum lucis mutuentur.

MELCHIORIS GOLDASTI HEIMINSFELDI *Commentarii de Regni Bohemiæ incorporatarumque Provinciarum Juribus ac Privilegiis, nec non de hereditaria successione Regiæ Bohemorum familiæ, Libri VI, cum Annotationibus Stranskii, Balbini aliorumque; cura atque studio JOHANNIS HERMANNI SCHMINCKII, qui Notas & locupletissimum Indicem adjecit.*

Tomi II.

Francos. ad Mœnum, impensis Dominici a Sande, 1719, fol. Alph. 10.

Multum Clar. Schminckio, Professori Marburgensi, Republica Litteraria debet, quod non modo Goldastianum hoc
 Kkk opus

opus, antehac rarissimum, prelo iterum subjecit, sed & notis subinde, & quorundam Dissertationibus auxit. Quod enim ad ipsum Goldasti Commentarium attinet, nihil quidem in ordine mutavit, nisi quod notas singulis paragraphis adjectas, his, ut in una serie commodius legantur, paulum contractis, ad infimam cujusque paginæ oram rejecit, tum vero adductis subinde e Straskio & potissimum Balbino locis integris, quæ ad-versari Goldasto videntur, novas addidit notas, in quibus nunc Goldasto, nunc adversariis ejus, prout res postulat, accedit. Exhibetur vero primo Tomo Goldasti Comm. de Regno Bohemiz, tum & ejusdem Consultatio de officio Electoris Bohemiz in Imperio Rom. Germ. cum Appendice documentorum, cui Noster supplementum Actorum e Balbino addidit. Tomo II primum locum occupat ejusdem Collectio Germanica variorum autorum de jure & successione hereditaria Austriacorum in Bohemia & Hungaria cum variis decretis Imp. &c. sequuntur inde P. Straskius de Republ. Bojema, Jo. Petri Ludewig Diss. de jure suffragii Regis Boh. in Comitibus S. R. Imp. recuperati, & Jo. Nic. Hertii Diss. de renovato Rom. Germanici Imperii & Regni Bohemiz nexu. Ceterum cum nova non sit, quamvis optabilis, hæc collectio, facile ea uberius recensenda superfedebimus, nec notis inhærendum putamus, quarum pleræque circa dissensum Balbini & Goldasti occupantur, in quibus observat Cl. Editor, Balbinum non raro affingere Goldasto quæ minime statuat, saltem ut eum pungendi causam invenisse videatur.

JO. BAPTISTÆ MORGAGNI, IN PATAVINO Gymnasio primarii Anatomæ Professoris, Ad-versaria Anatomica tertia.

Patavii, apud Josephum Cominum, 1717, 4. maj. Plag. 15.

EXperientissimi Autoris Adversaria Anatomica altera, in Supplement, Tom. VII Sect. V p. 217 nuper exhibita, insequuntur nunc Adversaria ejus tertia, *L. Animadversiones* itidem in Partem I Libri II Theatri Anatomici Mangeni comprehenden-

dentia, quarum nonnullas simili ratione excerpando in *Bian-
cbum* quoque, de Coli valvula, de structura & usibus Hepatis
atque de novo Vesicæ urinariæ Mechanismo, Censuram adjicie-
mus de Polypo Cordis indeque nato Aneurysmate ultimum
studio neglectam. In *Animadversione* nempe I non solummo-
do ea, quæ de Processibus Peritonzi ex Glissonio, Nuckio atque
Verheyenio adducuntur, partim contradictoria, partim falsa,
innuuntur, sed & quæ *Noster* de Poupartii suspensoriis liga-
mentis abdominis observaverit, proponuntur. Annotari videli-
cet eadem in veterum jamjam Anatomicorum libris, in multis
tamen cadaveribus resecto illo ipsorum extremo, per quod
pubis ossi affiguntur, eoque una cum continuato musculi obli-
qui externi tendine ad latus sensim inverso, evidentissime ipsa
non peculiaria ligamenta, sed imam saltem tendinis ejusmodi
musculi oram existere. In *Animadversione IV* postquam men-
tio injecta fuit glandularum lenticularium, quibus interiorem
superficiem virilis ventriculi prope antrum pylori ad plures
digitos transversos confertissimis cum manifestis in centro ex-
cretoriis osculis *Noster* aliquando vidit obsitam, Pylori confor-
matio a Willisio descripta, sed non depicta, ita corrigitur, ut in
homine ordinario intra Pylori foramen non nisi annulus ex fi-
bris carneis & assurgente in duplicaturam circumcirca tunica
nervea constructus asseratur. Num vero in illo Diverticula, pecu-
liares hernias subinde constituentia, ut plurimum, si non semper
occurrant, quemadmodum in *Animadversione V* non immerito
dubitatur, ita herniam pariter aliquando produci ab intercepto
non Diverticulo quidem, sed inferiore tantum pariete ilei in se-
miovalet cavitate laxato, notabili exemplo æque compro-
batur, ac in Recto etiam intestino ejusmodi Diverticula inter-
dum cerni. Tametsi Glissonius valvulas quasdiu semilu-
nares Ano assignaverit, quia nihilominus ab eo tempore vix
unus aut alter Anatomicus illarum meminit, in *Animadversione
VI*, quid *Noster* de iisdem atque columnis observaverit, prolixi-
us indigitatur. In recto quandoquidem intestino unum vel
alterum digitum transversum supra extremam ani oram bis
valvulam admodum extantem apparuisse, frequentius autem

infimum intestini recti tubum a columnis quibusdam longitudinalibus, paulatim angustiore ad funam fastigio extenuatis, undiquaque intus cingit, quæ ex contracta nervea intestini tunica resurgunt ac fibris carneis desuper gauderent, inter basin vero unius atque alterius columnæ membranas singulas non ab simili forma vulvarum cordis semilunarium disponi. Circa *Bianchi* de valvula Coli Scriptum, in *Animadversione IX* septemque insequentibus non modo impugnatur titulus, quod de ingressu ilei in Colon, seu de supposita huc usque intestinorum valvula, Observatio nova, falso inscribatur, sed & rationes atque observationes anatomicæ excutiuntur atque multi erroris arguuntur. Sepositis tamen erratis iis, quæ Clariss. *Heisterus* quoque in sua de valvula Coli Dissertatione, Altorfii anno elapso edita & in *Actis nostris, hoc anno, Mense Julio* p. 325 recensita, notavit, sequentia juvabit transcribere: Ileon eo densioribus fibris muscularibus investiri, quo propius ad Colon accedit; Colon immobiliter sedibus quaquaversum suis detineri; Colon trajici & assidere perenniter ante annulos musculorum abdominis, unde ad scrotum peritonæi elongationes procedunt; e converso Ileon ab hisce locis longe distitum esse; appendicem vermiformem a fundo cæci ordinario esse pendulum; ossium pelvis diductionem in partu omni quidem jure ab antiquis declaratam fuisse, perperam vero a modernis negatam; Ileon horizontaliter ad Colon excurrere &c. Qui veri interim Cæci fundum globosum, quoties hic extrinsecus inæqualis ac divisus apparet, interne contemplatur, haud dubie mirabitur, quod trium valvularum conniventium in eodem occurrentium, nec *Noster*, nec nobiliss. *Heisterus*, mentionem fecerit, etiam si postremus in Tab. II Fig. I duas earum inter B & D videatur adumbrasse. In mesenterio si vasa lactea a lymphaticis exsententia Mangeti vere differrent, miratur *Autor* in *Animadversione XVII*, cur utraque vasa in una eademque mesenterii parte a nemine adhuc Anatomicorum simul ac eodem tempore observata fuissent, in diversis omnino mesenterii partibus a se clarissime deprehensa. *Bianchi* porro Historia hepatica, a nobis A. 1712 *Mense Majo* p. 212 excerpta, quo accuratior a Mangeto perhibe-

hibetur, ut nihil amplius circa plenam Hepatis descriptionem posset desiderari, eo magis manca, obscura, contradictoria, falsa, in celeberrimi Malpighii manes injuria & cum Tab. LXII & LXIII Figuris, ab aliis petitis & ex parte negligentius representatis atque descriptis, etiam pugnans, in *Animadversione XX* ac decem sequentibus a *Nostro* ample ostenditur, propria & curiosa experimenta de Calculorum vesiculæ fellæ ad aquam & ignem habitudine in *Animadversione XXIX* interponente. Tales siquidem omnes aquæ innatare, lucernæ autem admotos, vel primum ebullire absque ullo fœtore, tum flammam concipere atque fervare, in guttas colliquatos decidere & subinde inter arandum cum levi crepitu scintillare, denique ad extremum usque flammam alere, vel leves quidem strepitus edere, aut in flamma nec liquefieri nec hanc fervare, instar capillorum vero combustorum fœtere ac præterea intus & foris ita nigricare, ut carbones potius, quam calculi, videantur. Singularis vesicæ in Casaubono quondam reperta conformatio non tam naturalis, quam morbosa, in medio *Animadversionis XXXVI* reputatur a *Nostro*, quod ipse in strenuo quodam Potatore cum ad summam vesicæ partem duas a dextris sobrotundas cellulas, cerasi majoris capaces & orificiis lupini diametro in vesicam hiantes, tum aliarum ejusmodi cellularum initia in reliquo etiam fundo viderit ac insuper ejusmodi quoque dilatationem sive herniam in fellea mulieris cujusdam vesicula observaverit. Verum etiam si cella ista Casauboni vesicæ adnata præextitisset a primordiis, exprobratur nihilominus Mangeto, quod totam historiam non paucis verbis ad Thom. Bartholini exemplum, sed prolixius una cum duabus epistolis de calculi & caruncularum vesicæ extractione, Bibliothecæ jamdum Anatomicæ insertam, ut moles saltem libri sine labore cresceret, hic denuo adjecerit cum *Bianchi* Mechanismi in vesicæ Collo fabulosa non minus, quam prolixa explicatione. Cui refellendæ sicuti reliquæ *Animadversiones* tantum non omnes impenduntur, ita ex XLIII & XLV ea solummodo referre sufficiet, quæ novos vesicæ musculos, elevatores ac depressores, tanquam basin, convellere profus videntur ac diruere. Priores scilicet, a quibus vesicam

attolli & urinam contineri *Bianchus* tradit, a *Nostro* aliisque in tribus cadaveribus summo quidem studio fuisse quæsitos, nullos tamen inventos, qui in pelvi ad tergum cavitatis acetabuli, ac aliquantum altius & posterius originem sumerent, indeque notabiliter lati, validi ac teretes oblique ad proflatarum extuberantias descendendo in his finirent. Posteriores autem musculos, qui vesicam deprimerè ac urinam excernere dicuntur & depinguntur, ita describi, ut a tuberculo posterioris altiorisque processus ossis ischii horizontaliter ad quintam vertebrae ossis sacri & principium ossis coccygis excurrentes vesicæ nequaquam deprimerentur, sed juxta alios, qui eosdem ante *Bianchum* jamdum cognoverunt, ischio cum osse sacro simpliciter alligando rectoque intestino ejusque musculis melius sustinendis, possent inservire. Et quomodo tales musculi vesicam etiam deprimerent, quorum terminum in vesicæ collo nunquam videre potuit *Noster*, Levatorum potius ossis coccygis titulo eos insigniens ad *Rerum* pariter *Judicem* sub finem addens.

ADAGIORUM MEDICINALIUM CENTURIA, quam recensuit variisque animadversionibus illustravit **JOHANNES JACOBUS BAIERUS**, Phil. & Med. D. *hujusque Primarius in Acad. Altorf. Professor.*

Francofurti & Lipsiæ, ap. Jod. Guil. Köhlesium, 1718. 4.
Alph. I plag. 4.

Quamquam non desint, qui post *Erasmum* adagiorum explicationem abunde suppeditarunt, eorum tamen numerus atque studium non deterruit clarissimum *Baierum* a proposito, medicinales paræcias colligendi, *Zehneri*, *Schotti*, & *Martini*, qui sacras, *Hertii* aliorumque, qui *Juridicas* tantum recensuerunt, exempla secutum. Quamquam enim multa alleget, quæ ante eum *Scriptores* hoc in argumento literis consignarunt, cum nihil facile scribi possit, quod non scriptum sit prius; non destitit tamen suo haud raro uti ingenio, interdum etiam proprio stare judicio in opinionum & conjecturarum delectu.

lectu. Ex quo enim post beatam D. Brunnonis analysin Medicinam Theoreticam publice profiteri fuerat iussus, inter alias ad docendum idoneas materias Proverbiorum quoque expositionem instituit, eo quidem consilio, ut animos Auditorum jucunda rerum varietate excitaret, & hac occasione ipsos de compluribus medicæ artis & historię momentis commonefaceret. Ut unum alterumque addamus speciminen: No. XXXI de adagio: *Putre salsamentum amat origanum*, agens, salubre addit consilium, rectius agi cum salute nostratium, si in locum aromatum exoticorum, non modo pretiosorum, sed & nimis calidorum, in culinis frequentius substituerentur herbæ nobis indigenæ aut saltem facili cultura propagandæ, minusque hinc pretiosæ, magis autem temperatæ; cujusmodi sunt rosmarinus, majorana, thymus, fatureja, folia lauri, &c. quemadmodum id nuper in aulam magni alicujus & sapientissimi Principis introductum se comperisse asseverat. No. XLII parcemiam: *Felis cerebrum edit*; explicans, non equidem inficiatur, cati cerebrum comestum rationem & memoriam turbare, de felina vero carne tantum abesse putat, ut noceat, ut Gallis potius communiter inter delicatissimas epulas venire solet, idque exemplo linguæ Gallicæ Magistri, natione Galli, probat, qui, propter felium capturam & esum frequentem cum increparetur, terculi istius bonitatem & innocentiam hac inductione lepida probare fategit: *Was frist Kas? Kas frist Maus, Maus frist Korn.* No. LXXXV *Laurcolam in mustaceo querere*, proverbium apprime quadrare putat in Medicos nimium ambitiosos, qui ad consilium juxta eum aliis vocati, non tam quod approbandum & confirmandum, quam quod reprehendendum sit in curatione morborum, sectantur; quæ tamen contentiones invidiosæ suis autoribus in ignominiam sæpe cedunt. Allegat hinc Medicum, qui, cum alter ad consultandum postulatus aliquid refrigerationis causa adhibendum, *eine Kühlung*, suavisset, ipse autem in reliquis parum aut nihil mutandum vel carpendum deprehendisset, ne omnino nihil de suo attulisse videretur, adscripsit saltem in margine: *oder auch eine Kälber-Lunge*; quasi vero Autor consilii commendasset pulmonem vaccinum, cujus loco alter ille salubriorem, censuit vitulinum.

GEOR.

GEORGII WOLFGANGI WEDELII EXPERIMENTUM Curiosum de Colchico veneno & alexipharmaco simplici & composito.

Jenz, apud Johannem Felicem Bielke, 1717, 4.

Plag. 2 $\frac{1}{2}$.

UNaniami ore colchici radix tam a Veteribus quam Recentioribus Medicis venenata proclamatur ob causticam, qua pollet, acrimoniam. Quod autem Veteres hunc bulbum non parum, sed maximi æstimaverint, vel ex hoc colligitur, quod eum, elogio & testimonio Apuleji, HIEROBULBUM vocarint. Quamquam autem fuerint, qui colchicum interne, in morbis quoque a fascino, ad vomitum concitandum propinaverint, atq; alii externe ad articulorum dolorem & lentigines commendarint, agit tamen in præfenti schediafmate Clarissimus Wedelius tantum de virtute ejus alexipharmaca. Ex quo enim hic in urbem Gothanam auspiciis Divi Ernesti Pii anno superioris seculi M DCLXVII vocatus esset & sequenti anno dysenteria sæviret, ubi ad minimum quadringenti homines malignitate insignissima cum petechiis, deliriis, faucium inflammationibus curandi erant, casu fortuito, vel nutu potius divino, ex Bibliotheca Ducali liber oblatus fuit, Germanico idiomate exaratus, cujus titulus: *Exercitatio Antiloimica, per Casparum Amthor, Med. Lic.* in quo Autor radicem colchici, amuleti instar appensam, a peste præservare, comperisse se, non solum narrat, sed & contra dysenteriam malignam feliciter adhibuisse tam externe quam interne, asseverat. Ab illo ipso tempore in hunc usque diem radicem hanc appendere & optimo quidem cum successu cœpit Wedelius, internum autem ejus usum suspectum merito habuit; hinc operæ pretium esse, & Reipublicæ omnino interesse existimat, ut recipiatur Senatus Consulto & Decreto publico radix colchici hæc laudatissima inter officinales radices hæctenus contempta, neglecta, ignorata, imo damnata. Quoniam autem Medico tam ad simplicia quam composita respicere incumbit, combinare placuit Nostro radicem colchici & plantaginis majoris, arnoglossam vocamus, famigerati aliàs bezoardici medi-

medicamenti, nomenque remedio indidit: Arcanum duplicatum catholicum, seu alexipharmacum pestis, febrium ardentium, malignarum, variclarum, morbillorum, purpuræ, dysentericæ, & similibus: ita ut vel non corripiant ægros, vel minori copia, minori molestia, & periculo, etiamsi renuant ipsamet medicamenta alia ordinata. Hocque experimentum publicitus universo cum orbe iam communicare pro cuiusvis hominis usu universali & individuali citra ullum lucrum privatum non dubitavit noster Gratius Medicus.

DISSERTATIO DE RECTA MEDICORUM STUDIORUM Ratione instituenda, recitata a JOHANNE MARIA LANCISIO, Pontificis Maximi Clementis XI Archiatro & Intimo Cubiculario.

Romæ, typis Johannis Mariæ Salvioni, 1715, 8. plag. 37.

CUM felicibus auspiciis Sinibaldi de Austria, Archiepiscopi Patracensis, & Bibliothecam publicam & Academiam novam constituerit Lancisius, hunc sibi Præsulem elegit, cui Dissertationem hanc, quam ad novæ Academiæ alumnos & Medicinæ tyrones in Archinosocomio S. Spiritus in Saxia recitavit, dedicaret. Summa vero cum aviditate exemplaria hujusce Dissertationis undique fuerunt expedita, utpote quæ non solum styli auctore, argumenti utilitate, judicii gravitate, & summa Autoris fama, sed & ipsa conventus celebritate, tredecim scilicet eminentissimorum Cardinalium, quinquaginta Præsulum, & innumerabilium doctorum Virorum plausu & admiratione, mirum in modum se commendavit. Ut igitur omnium votis satisfaceret Typographus, de altera editione vix paucis elapsis diebus cogitare fuit coactus. Quæ ut eruditus viris gravior esset, non solum operam dedit, ut a mendis, quæ in priorem irreperant, vindicaretur, verum etiam ab Autore impetravit, ut multis in locis augetur. Quam salubria consilia in hac Dissertatione communicentur, judicare arduum non erit illis, quibus Clarissimi Lancisii, a nobis in his Actis plus simpliciter vice collaudati, Scripta Medica non sunt ignota, ita ut illis re-

cenfendis fupersedere nos poffe videamur; non poffumus tamen non unicum locum allegare, ipfaque Autoris verba, quæ habentur pag. 41, 42, adfcribere, ex quibus, quantum obfervandi ftudium ei cordi fit, fponte patefcit. Ita autem ille: *Quemadmodum pictor & fculptor imagines & fimulacra non per inventionem & phantafiam, ut ajunt, fed per imitationem archetypi, quam fimillima facit; ita morborum quoque idea a Medicis, præterquam fuma cum diligentia patientiaque fciscitando obfervandoque agros & domesticos, vera germanaque fieri non poffunt; quod auditoribus ac difcipulis meis, tanquam utiliffimum in praxi documentum, frequentiffime olim inculcandum putavi; eosdem fæpe cohortatus, ut agrotorum hiftorias non ex generalibus nominibus, quæ paffim ex codicum lectione haufimus, fed ex peculiariibus obfervationibus, quas fecerint in fingulis, juxta fingulares caufas & affectiones efforment. Decipitur profecto quisquis putaverit, eandem omnino morbi ideam, licet fub eodem nomine comprehenfam, in diverfis, five etiam in eodem agro, diverfis temporibus inveniri.*

JOH. MATTHIÆ HASII, FAC. PHIL. LIPS.
Aff. Differtatio Phyfico - Mathematica de Tubis ftentoreis &c.

Lipfæ, typis Andr. Zeidleri, 1719, 4.
 Plag. 12 cum fig. zn. 3.

INter eos, qui de tubis ftentoreis & propagatione foni per eosdem hæcenus egerunt, nullos vel paucos inveniri, qui præter nudam praxin eorum conficiendorum etiam fundamentorum ejus doctrinæ folidam explicationem nobis dederint, vel eam Mathematica ratione tractaverint, conftat. Quod ipfum Cl. Autorem, Collegam noftrum, permovit, ut accedente imprimihortatu amici meditationem ejusmodi ante aliquot annos fufciperet; ejus porro materix aliquam partem nuperrime feligeret, in collegio Anthologorum, ex eruditis quibusdam viris Lipfæ degentibus, & de literariis ac Philofophicis rebus inter fe conferentibus, collecto, proponendam: nunc vero omnia, quæ

quæ ad hanc materiam pertinere videbantur, in unum collecta publici juris faceret, tractatione integra in tres partes divisa.

Quarum quidem prima breviter historiam & usum horum instrumentorum exponit. Secunda vero pars theorematum dicta, scilicet theoremata, quibus tota hæc praxis inædificatur, complectens, in duas iterum sectiones subdividitur. Earum prior præliminaria quasi universæ doctrinæ ad eam pertinentis afferuntur, deque propagatione soni in genere agitur. Ex mente adeo Autoris & reliquorum Physicorum fere omnium vehiculum soni sunt aereæ particule, quod ipsum experientiis & rationibus illustratur. Quoniam vero nuperus quidam scriptor ex iis, qui nova plane & sibi propria Principia sub specioso titulo divinorum in Physicam inferre conatus est, hanc provinciam æthereis particulis delegavit, sententia ejusdem breviter excutitur. Cumque is insuper in notissimo illo experimento soni sub antlia pneumatica extincti alias quasdam particulas a sola imaginatione ipsi suggestas in subsidium adducat, quarum nîsu actionem particularum ætherearum in deferendo sono sub campana impediri credit, & in specie Atmosphæram aliquam vitri seu corpusculorum ex substantia vitri emanantium, quibus Mercurialium nomen sensu sibi uni proprio indidit, in scenam producat, non solum in specie de existentia ejusmodi Atmosphære hoc sensu acceptæ disquiritur, sed & in genere de existentia & natura particularum istiusmodi elementarium in ejus systemate ad explicanda omnia naturæ phænomena adhibitarum disseritur, ostenditurque, nec sufficere duplex earum genus ætherearum nempe & æreæ ad omnium effectuum naturalium rationes reddendas, nec formam aut figuram ipsis tribui convenientem ad præstandos illos effectus fere infiniti numeri, nec adeo existentie aut reliquarum qualitatum ipsis assignatarum fundamentum ullum præterquam in inventoris ingenio inveniri. Ortum vero eas debere male intellecto illi principio methodi, quo principia Physica jubentur esse simplicissima, injuriaque adeo Cartesium taxari, saltem ab inventore ejus systematis, qui ejus axiomatis vim affectus longe aliter in assignandis particularum primarum & elementarium naturis atque figuris fuerit

versatus; nec minori injuria Mathematicos ad tractandam Physicam in universum ineptos pronunciari, nisi forte hoc artificio quodam fiat, quo gravissimi errores & ἀνεπιτηδεύματα dictarum hypotheseum pallientur. In altera hujus partis sectione ad rem propius accedens Autor de propagatione soni ad loca distantia agit, in conditiones quibus ejusmodi instrumentum instructum esse debeat inquirens; easque facit trinas, *ductus angustias, materia, ex qua tubus fabricatur, conditionem, & radiorum soni directionem*. Eas ad hunc effectum tam solitarie quam conjunctim, & quidem posteriori hoc casu fortius concurrere, rationibus ab experientiis potissimum ex Lanzo recensitis comprobatur. Sed cum idem Lanzaus in illo suo Theatro naturæ & artis tertiam conditionem removendam urgeat, negans sonum in radiorum modum diffundi, accuratius in naturam propagationis soni inquirat, ostendens si non plane evictam, saltem admodum probabilibus argumentis eam soni affectionem, ex qua deinde reflexio ac directio ipsorum radiorum ultro consequitur, esse comprobatam; cumque experimenta circa sonum instituta eandem aperte loquantur, tuto illam in effectu hoc Physicæ explicando admitti & supponi posse; & ad omnes objectiones Lanzæ respondet, observans inter alia, plura phænomena soni a Lanzo impossibilia pronunciari, quorum veritatem in speculis parabolicis expertum se esse Gærtnerus quidam Dresdensium Mechanicus gloriatur. Postremo Montanarii hypothesein de natura Echus & propagatione soni examinat.

Sectione vero priori partis tertiz, quam problematicam indigitat, quod problema illud de assignanda constitutione & figura hujus tubæ tractat, modos omnes a variis autoribus traditos conficiendorum ejusmodi tubarum exhibet, ultimoque de suis aliquos subjungit, hanc methodum secutus, ut primo problematis solutio ab autore aliquo tradita dilucide exponatur, deinde demonstratio ejus a posteriori sive experientia exhibeatur, ætiologia vero sive demonstratio ejus a priori simul ad examen revocetur. A Morlando adeo initium faciens demonstrat rationem, quam ipse reddit, effectus harum tubarum, de quo quidem a posteriori satis constat, contra principia & veritates Mathematica-

thema-

thematicas variis modis pugnare; deinde monstrat, Lanzum male agere, quod in ratione effectus tuborum ab aliis factorum reddenda reflexionem radiorum non allegandam esse contendat, etsi concedatur ad tuborum ab ipso elaboratorum effectum illam nihil conducere posse: Cassegrainii solutionem figuræque descriptionem, quamvis ingenii aliquid habeat, fundamento tamen sufficienti destitui, & effectum adeo tubarum ejus magis a posteriori quam rationibus ab eo adductis probari posse. Cum vero ejus methodus hoc habeat, ut curvæ figuræ, quam suarum tubarum sectionibus secundum axem tribuit, abscissæ & semiordinatæ Musica progressionem crescant deescantque, occasione data ostendit, quomodo non solum curva ejusmodi proprietates habens describi, & ex data hac ejus natura definitio Algebraica ipsi competens erui debeat, sed & in genere quomodo curvæ inveniendæ sint, quæ ope suarum semiordinatarum, & quasi unico actu aut momento quamvis successione quantitatum quacunque lege progredientium exhibeant. Quam quidem speculationem non tantum ad variarum progressionum naturam illustrandam insignem momentum habere, sed & imprimis ad facillimas maximeque perspicuas (nec solum a subtangentis proprietate in Logistica vulgari deductas) definitiones Logarithmicarum varii generis eruendas conducere, ex exemplis ab Autore allatis est quam manifestissimum. Kircheri dein, Sturmii, Noribergensis cujusdam opificis & Conyerii tentata recenset, judicium suum de iis interponens, tandemque suam affert solutionem hujus problematis: in qua primario respexisse se innuit ad duas conditiones primam & tertiam (non tamen penitus exclusâ consideratione secundæ in genere spectatæ) inque ea adeo in figuram huic tubo aptam methodo analytica inquiri, tertizque conditioni convenientissimam figuram esse parabolam, & quidem in duplici situ respectu axis & verticis, adhibito calculo integrali probat, posito scilicet, quod radii soni parallele cum axe tubi procedere, nec in unum aliquod punctum tanquam focum colligi debeant, quod propter rationes allatas non intendendum monet. Quoniam vero figura Conoidis parabolici admodum ce-

leria capit in amplitudine augmenta, docet quomodo adjungi tubo parabolico possit alius, quo per longius spatium conclusa vox transeat, antequam e tubo erumpat, primæque adeo conditioni eo magis satis fiat; denique quibus cautionibus idem jungendus sit, ne in incommoda incidamus, quæ aliarum tubarum tortuosarum & obliquarum figuram premunt, ostendit. Nec contemplationem impedimentorum aut mediæ, in quo usus huius tubi existit & peculiarem attentionem requirit circa orificium tubi, ob aerem copiose ibidem irruentem vocique adversantem, omittendam censuit. Præterque adeo tandem conficiendorum & describendorum hujusmodi tuborum adjunctis sectione hujus partis secunda tabulis faciliorem opificibus vulgaribus reddere laborat.

In addendis vero demonstrare connititur, si in resolutione ejusmodi problematis ad secundam simul conditionem, in specie vero tremores materiæ ex qua tubi fiunt, quique ad soni augmentum aliquid conferre judicantur, attendi debeat, figuram & definitionem curvæ (quam in differentialibus exhibet) inde orituram, quæ primæ conditioni nullatenus satisfacere possit: ut adeo problema hoc ex illis sit habendum, in quibus omnibus conditionibus in summo perfectionis gradu satisfieri non possit, qualia in Architectura & Mechanica plurima occurrant. Ceterum cum sibi proposuisset in toto scripto Mathematica methodo uti, quo constaret etiam hujus generis materialium tractationem ejus methodi leges non respicere, quibusdam vero eidem minus assuetis scriptorum hujusmodi lectio tædiosa evadat, eorum genio & palato ita se attemperare studuit, ut textum ipsum continuo filo, in paragraphos tamen pro diversitate materialium divisum, deduceret, in margine vero nomina propositionum in illa methodo usitata ascriberet.

ARISTIPPVS, PHILOSOPHVS

Socraticus.

Halæ Magdeburgicæ, impens. bibliopolii novi, 1719.4

Plag. 15.

Quæ

QUæ veterum juxta, & recentiorum de Aristippo Philosopho Socratico fuerit opinio, illis haudquaquam poterit esse incognitum, qui scripta eorum paullo accuratius, quam vulgo fieri solet, oculis perlustrarunt. Ita enim is, tanquam homo perditus & nequam non convitiis tantum a multis dilaceratur & profcinditur, sed quasi omnia ad voluptatem in eo profligata fuerint, passim non sine contumelia exagitur. Hanc opinionem, ex invidia potissimum prognatam, ut ex hominum animis abstergeret doctissimus Autor, hanc peculiarem de vita, moribus, & placitis Aristippi commentationem conscripsit, in qua non modo adduxit, quicquid relatum de eo legitur a veteribus, sed etiam præcipua rerum momenta, prout hominem veritatis studiosum decebat, diligenter secum expendit, antequam de Aristippo suo aliquid affirmaret. Hac enim ratione se ab eorum erroribus immunem existimavit, qui re vel non satis intellecta, vel minus expensa, cæco sæpius impetu in bonos viros debachantur, & ejusmodi vitia iis attribuunt, de quibus ne per somnium quidem cogitaverunt. Et quoniam Cl. Autor in concinnando libro suo hanc sibi legem posuisse videtur, ut quæ de vita, moribus, & placitis Aristippi comperta habebat, serie haud interrupta juxta se invicem collocaret, & subjectis observationibus ea uberius illustraret, & unde singula deprompta fuerint studiose nos edoceret; nos quoque eum sequuti vitam Aristippi breviter exponemus, & quædam simul ex observationibus delibabimus. Aristippus in oppido Libyæ haut ignobili Cyrene natus est, & patrem, ut solus Stuidas annotavit, Aritadem habuit. Quo anno, quove die hanc lucem primum aspexerit, & quibus studiis primos juventutis traduxerit annos, nemo veterum memoriæ prodidit, nisi quod Plutarchus eum ephebum factum ludis olympicis interfuisse, & cum Ischomache de Socrate colloquutum fuisse commemoret. Hujus enim Socratis fama adlectus Athenas migravit, & oblata Socrati pecunia, quam is tamen accipere detrectavit, in ejus se disciplinam tradidit, in qua propter eximium, quod a natura nactus erat, ingenium, tam feliciter profecit, ut non solum inter quatuor præcipuos, qui ex schola Socratis prodierunt, numeraretur, sed

sed etiam propter infigne virtutis studium, in odium æqualium incurreret. Posteaquam Athenis aliquandiu fuerat, peregrinationes, ut ex Xenophonte, qui Socratem cum Aristippo de voluptate in Aegina disputantem inducit, colligitur, in Insulam Aeginam, & post in Africam suscepit, in quo itinere ad Rhodum naufragium fecit, & ab Artapherne Satrapa captus fuit. Sunt, qui eum Laidis meretricis causa in Aegina aliquandiu hæsisse arbitrantur, quæ tamen sententia minus probabilis Cl. Autori videtur, quum Laidem per annorum modo intervalla in Aeginam venisse, & Ludis Neptuno sacris interfuisse existimet. In aulam Dionysii junioris, Siciliæ tyranni, quoque profectus est, non quidem luxu, & voluptatibus incitatus, ut vulgo putant, sed a Dionysio ipso arcessitus, qui hac ratione infamiam, ac si Philosophos odio prosequeretur, a se propulsare voluit. In qua Dionysii aula ita se gessit, ut, quanquam feros Principis mores subinde corrigeret, ejus tamen sibi gratiam conservaret, & non sibi tantum, sed etiam amicis suis prodesset. Quo tempore Syraculis abierit, incertum est, ut Cl. Autoris fert sententia, Dionysii pertæsus aulam reliquit, postquam conciliandi Dionis eruditorum patroni nullam amplius spem superesse, & Platone expulso imperium Dionysii collapsurum intellexerat. Igitur in Græciam rediit, ubi philosophiam docuit, & familiam duobus liberis auxit, filio scilicet degeneræ, & propterea a patre neglecto, & filia Arete, quæ a patre philosophiam didicit, & eam postmodò alios docuit. De moribus Aristippi Cl. Autor prolixè agit, & ex ejus virtutibus animique dotibus sciendi cupiditatem, obsequium, & gratum erga præceptorem animum, patientiam, qua aliorum sibi temere insultantium proterviam tulit, singularem in rebus secundis & adversis constantiam, magnam erga omnes humanitatem, & alia plura commendat. Frequens autem cum meretricibus commercium, quod Aristippo passim exprobratur, non quidem prorsus excusat Cl. Autor, Aristippum tamen ea in re alios Philosophos temperantia & prudentia superasse arbitratur. Namque ejus in ejusmodi voluptatibus continentiam exinde perspicuam esse docet, quod objicientibus, ac si paullo familiarius uteretur Laide, respondit: *ἡ Λαΐδα*.

Λαίδα, ἀλλ' ἐκ ἔχουμαι, ἐπεὶ τὸ κρατεῖν, καὶ μὴ ἠττώσασθαι ἠδονῶν ἀριστον, ἢ τὸ μὴ χρεῖσθαι, habeo Laidem, non habeor, nam continere se a voluptatibus, & non ab iis vinci præclarum est, non earum sibi usum prorsus interdiceret. Atque hanc sententiam non modo Aristippum, sed etiam Platonem, & Zenonem fovisse, quinimo eam cum reliquis gentium institutis apprime convenisse, pluribus docetur. Quamobrem etiam in omnibus, quoad ejus fieri potuit, corporis cultum servavit, & in Dionysii aula pretiosis vestibus se indui passus est, quia vivendi rationem in aulis Principum a Philosophorum vita diversam esse jam dudum didicerat. Hinc etiam factum, ut Aristippus opibus, quibus multum pollebat, recte, & ut decebat, uteretur, neque eas more aliorum Philosophorum turpiter abjiceret, neque avide cumlaret, & suos tantum in usus converteret, sed aliis quoque elargiretur, quorum inopiam cognitam habebat. Ad placita Aristippi quod attinet, ea Cl. Autor sollicitè distinguit ab aliis, quæ Cyrenaici Aristippi discipuli professi sunt, & ea tantum in construendo doctrinæ ejus systemate admittit, quæ a scriptoribus fide dignis afferuntur, quandoquidem haud pauca conficta existimat ab iis, qui Aristippi famæ & existimationi detrudere cupierunt. Et sic initio Aristippum multa & varia doctrina instructum fuisse, neque a grammatices, poetices, rhetorices, & dialectices studiis abhorruisse probat. Inprimis autem præceptoris Socratis exemplo hominum mores formare aggressus est, & inanes eorum neglexit speculationes, qui in arcanis naturæ pervestigandis omne tempus consumunt. Uti vero Socrates non uni se mancipaverat methodo, sed quovis tempore, & quovis loco de hominum moribus, quos emendare cupiebat, olim disseruerat; sic & Aristippus eandem methodum retinuit, & ut res postulare videbatur, vel chriis, ut vocantur a veteribus, vel brevioribus sententiis doctrinam suam palam proposuit. Cumque hominum naturam valde infirmam, compluribus morbis, quorum radices evellere difficile est, laborare animadverteret, prudentia in iis depellendis usus est, & aliquid naturæ dandum existimavit, quæ etiam si prorsus expelli & mutari nequit, aliquo tamen modo emendari, & melioribus rebus

M m m

imbu

imbui potest. Inprimis Sapiensem suam in utraque fortuna unum ac eundem vultum servare. Aristippus docuit, neque virtuti vim inferri credidit, quando ad aliorum mores Philosophus se interdum accommodat, & exemplo non minus, quam præceptis prodesse aliis cupit. Quæ omnia in ipso libro partim ex Aristippi dictis, partim ex aliis scriptoribus a Cl. Autore luculentius exponuntur, qui quod in historia veterum Philosophorum egregie versatus sit, & præterea ingenio & doctrina multum polleat, hoc labore eruditus admodum utilis, satis & abunde declaravit. Quod si igitur alii ejus exemplum, ut simili modo vitam, mores & placita antiqui cujusdam Philosophi describant, sequantur, sine dubio multum lucis ad Philosophorum veterum historiam redundabit, inprimis, quando seposito partium studio, solam ubique veritatem sibi sequendam existimabunt.

LETTRES ANECDOTES ET MEMOIRES HISTORIQUES &c.

hoc est,

EPISTOLÆ INEDITÆ ET COMMENTARIJ HISTORICI VISCONTII, Legati Papæ Pii IV in Concilio Tridentino; Italico & Gallico sermone nunc editi ab AYMONIO, Prælate quodam, Theologo & ICto in Aula Romana. Partes duæ.

Amstelodami, apud Wetstenios fratres, 1719, 12 map.
Alph. I plag. 8½.

Non mediocriter vulgo dolemus, tot historica monumenta Polybii, Livii, Taciti, Curtii, aliorumque periisse, ut ea recuperandi nulla spes supersit. At æquò animo, si sapiamus, feremus eorum, quæ diximus, monumentorum jacturam, postquam e latebris suis protracta vidimus tot eximia longeque prioribus utiliora scripta recentiorum historicorum, partim civilem, partim ecclesiasticam historiam persecutorum. Solius Historiæ Concilii Tridentini Sarpianæ editio non solum minuire, sed prorsus excutere nostris ex animis possit Romanorum

rum Græcorumque, quæ perierunt, librærum historicorum desiderium, quod viros doctos tantopere excruciat, nisi vetustatis amor nostra corrumpere judicium, & quæ minus bona nostra agnoscamus, impediret. Sarpiani nominis gloriam feliciter æmulatur *Aymonius*, vir pluribus jam monumentis auro contra caris in publicam lucem emissis clarissimus. Ipse in dedicatione fatetur, decimum quartum hoc opus esse, quod, ex quo in Hollandia vixit, ediderit. Ac meminimus, nos in his Actis recensuisse A. 1709-p. 497 edita ab ipso *Monumenta religionis Græcorum authentica*; & Suppl. T. V p. 375 editura ab eodem *Corpus omnium synodorum nationalium a Reformatis in Gallia habitarum*. Quod ad præsens Opus attinet, exhibentur hic Commentarii historici, ad Cardinalem Borromæum, (qui ob officia Sedi Papali præstita 1610 Sanctorum in ordinem adscriptus fuit) Pii IV Papæ Nepotem, inde a die primo Februarii usque ad sextum Novembris anni 1563 Tridento missi a *Carolo Viscontio*, Episcopo Vintimiliensi, secretissimum aulæ Romanæ in Concilio Tridentino ministro, adeoque omnium illius Concilii arcanorum confcio. Jungi igitur hoc Viscontianum Opus meretur tum *Literariis monumentis Aula Gallicæ, Concilium Tridentinum spectantibus*, quorum tertia editio A. 1654 Lutetiz in lucem prodiit, tum *Epistolis Francisci de Vargas aliorumque de hoc Concilio scriptis*, & a Vassorio A. 1699 editis, eodemque anno in his Actis p. 261 recensitis. Ceterum *Viscontianarum Epistolarum*, quæ manu descriptæ etiam in Regis Galliz Bibliotheca exstant, iam fecit mentionem *Ame-lotus de la Houffaye* in præfatione suæ versionis Gallicæ *Historiæ Pauli Sarpiani*, testatus, ex his *Viscontii* Epistolis liquere, Sarpium non modo verissima memoriæ prodidisse, verum etiam nonnulla, quæ aulæ Romanæ minus honorifica sunt, omisisse. Ex quo *Aymonius* concludit, aliisque insuper argumentis probat, Sarpium in manibus quidem has habuisse epistolas, at non integras. Certe conspirant omnia, quæ hic leguntur, tam amicum Sarpiani narrationibus, ut sæpe vix ovum ovo tam simile sit. Hujus rei ut unum proferamus exemplum, in Italicam relationem *Viscontii* P. II p. 130: *Non restaro di dirle pero, ch' alcuni*

Prelati Francesi han detto c' hanno dell' altre Proteste contra la Persona di Sua Santità, con accennare particolarmente, che, in una s'fà menzione di quella Poliza, la quale già si disse ch' il Cardinale Caraffa hebbe del Signora Duca di Fiorenza, con promissione di certa somma di denari, e ch' egli mandò poi al Rè Catolico, pretendendo essè che fosse fatta del consenso di sua Beatitudine, avanti la sua assumzione, volendo però inferire, che non sia stata eletta legitimamente, con notarla di Simonia. Jam audiamus eadem iisdem prope verbis narrantem Sarpium lib. IIX p. 816 edit. Francof. A. 1621: Prelati, inquit, & alii Galli dicebant, seorsim apud omnes, Oratores (Gallos) protestationes habere contra personam Pontificis, qui se pro Papa gerebat, cum legitimus non esset, electione scilicet invalida & nulla propter vitium Simonia: inuenies eam syngrapham, quæ Cardinali Caraffa data a Duce Florentiæ cum promissione certa pecuniæ, quam Cardinalis rille postea ad Regem Catholicum misit, asserens, confici non potuisse, nisi de consensu Pontificis, antequam ad Papatum assumeretur. Ne vero dubitationi locus relinquatur de harum epistolarum à Devriæ, refert Cl. Editor, avtographum adhuc exstare in bibliotheca Vaticana, indeque eas A. 1693 describi curasse Cardinalem Mediceum, sibi que descriptum illud exemplar dono dedisse. Ceterum discent ex hoc Opere Protestantes, othnia in hoc Concilio pependisse a nutu & arbitrio aulæ Romanæ, eamque specie Concilii toti orbi Catholico callidissime illusisse: discent, non fuisse Papæ propositum, ut examinaretur doctrina Protestantium, invecitque in Ecclesiam errores & abusus tollerentur, sed ut stabilita theologia Pontificia monarchiaque Papæ, Protestantes opprimerentur: discent, Principum ac theologorum Catholicorum de suscipienda Ecclesiæ reformatione & minuenda Pontificis potestate consilia & labores factos fuisse irritos per artes Papæ & affectuum ejus: discent denique, Viscontium fuisse hominem callidissimum, qui multis usus sit proditoribus, arcana dominorum suorum consilia ipsum edocentibus. Possent hæc sufficere Actorum horum lectoribus: nec tamen iis molestum videretur futurum, speciosa nonnulla inde excerpta fugitivo lustrare oculo. Sic P. I

p. 15 legimus, Imperatorem Rom. & Regem Galliarum summo opere instituisse, ut Concilium concederet communionem eucharisticam sub utraque specie. Rursus p. 137 memoriæ proditur, legatos Casareos, Prælatosque Hispaniarum complures, inter quos Archiepiscopus Eliberitanus, deliberasse de usu calicis in Ecclesiam revocando. P. 207 refertur, Ducem Bavarie reductum voluisse usum calicis in S. Cœna, idque ut fieret, serio instituisse. P. II p. 299 relatum legimus, tres Electores Germaniarum Ecclesiasticos, item Archiepiscopum Salisburgensem & Ducem Bavarie, una cum Imperatore constituisse Papam flagitare, ut *communione sub utraque*, pariterque *conjugium sacerdotum* fanciret. Conf. P. I p. 163. P. I p. 63 Viscontius suppeditat Pontifici consilium, quod sequens & Principes absterrere feliciter possit ab urgenda Reformatione Ecclesie, & ipsum Imperatorem coercere, quo minus aliquid potestatis sibi arroget in hoc Concilio. Ibid. p. 233 narrat, Episcopum Patavinum satyrica eademque ænigmatica vaticinia, ad imminuendam Concilii autoritatem, edere in publicum, c. g. *Ethnici non refrenantur, nec laudabuntur, qui audacter suscipiunt bonos conatus, sed, qui timidi sunt, appellabuntur sapientes ab imitatoribus vulpium.* P. II p. 53 legimus, Cardinalem Lotharingum Tridenti præsentibus multis Episcopis dixisse: *Quod ita verum est, Concilium esse supra Papam, sicuti est verum, quod verbum caro factum est.* *Quæ comparatio* (ita addit Viscontius) *sapit impietatem.* Idem narrat Sarpus lib. 8 p. 804. Viscontius noster porro p. 79 sq. narrat, Romæ nuper edita fuisse Opera Cypriani curante Paulo Manutio, in eaque editione verba nonnulla fuisse immutata ad stabiliendum Præmatum Pontificis Romani. De eadem re rursus mentio fit p. 169, 189, 205 & 207.

**RELATION DE DIVERS VOYAGES FAITS
dans l'Afrique, Amerique &c. par le Sieur DRAL-
SE DE GRAND PIERRE &c.**

i. e.

*Relatio variorum itinerum in Africa, America & India
Occidentali confessorum, autore Domino DRALSEO.*

M m m 3

Parisiis

Non adeo multa ad Physicam Politicamque constitutionem regionum, in quas itinera sua Autor instituit, spectantia in hac historia occurrunt, sed maximam partem facta singularium hominum & variaz in amore vices ab eodem afferuntur, ipsique illi eventus eum variis itineribus autoris ita colligantur, ut nisi in amplo satis catalogo viros omnis generis & dignitatum inter classarios gestarum, quibuscum notitiam & familiaritatem in horum itinerum cursu sibi comparavit, tanquam testes aut vades sermonum suorum attulisset, credi posset, eum Romanenses amores alicujus ex amicis suis nova hac forma nobis dare voluisse. Primum vero iter *Rupestortio* in meridionalis Americæ urbem *Buenos Ayres* suscepit, de qua satis nota narrat. In altero itinere ex urbe *Brestia*, ab Anglis captus inque *Guineam* urbemque *Sefram*, & promontorium *Corsum* deductus, deinde *Martinicum* demissus est. Tertio itinere in Africam quoque suscepto *Palma* insulæ unius ex *Canariis*, & monstri alicujus humanæ figuræ fere omnia, magnitudinem canis cujusdam majoris habentis, cute vero pilosa nigraque, setis quasi equinis vestiti, gestibus etiam humanis utentis, voce vero articulata descripti describitur. Navis ipsa litora *Guinea* legens, urbemque *Issiny* prætervecta in regnum *Benin* vel *Juda*, utrumque enim nomen gerit, cursum direxerat: adeoque Regni ejus solum fertile faxisq; omnibus carens, populus satis humanus mercaturæque cum vicinis nationibus exercendæ admodum deditus memoratur. Incolis cultus serpentis prægrandis, cui victoriam in prelio arduo debere se credunt, in religione polygamia in licitis existit. Angli illud & Galli, etsi aurum non habet, frequentant. Inde Autor ad insulam *Anni boni*, porro *S. Domini* sive *Hispaniola* in America, indeque *Havanam Cuba* venit; hancque adeo insulam tum universam, tum præcipue regionem ejus, quæ *Promontorio Gallico* adjacet, mire laudat. Inde solvit *Veram Crucem*, a qua urbe ob controversias inter Gallos advenas Hispanosque vectigalium præfectos, quorum injustitiam & odium in Gallos perstringit, ortas, *Mexicum* missus est. *Veram Crucem Havana* elegancia ædificiorum cedere, nullisque

muris sed sola arce instructam narrat: *Mexicana* regionis summam amœnitatem, omnium rerum in ea ubertatem, aeris suavissimam temperiem, ingenium incolarum ad omnes artes aptum prædicat; Hispanorum vero ibidem degentium mores perditos, religionemque in superstitionem ambitiosam degenerantem taxat. Ipsam urbem *Mexicum* magnifice exstructam, Cathedrali Ecclesia magnificentissima ornatam, pluribus canalicibus ex adiacente lacu deductis secari memorat, aulam Proregis splendidam, ita ut Dramata etiam Musica, quæ *Operas* vocant, exhibere soleat, in quibus actores Itali, cantatrices vero ex foeminis Indicis existant. Juncta est in fine relatio alicujus Missionarii, cui si credimus, inter infinitum fere numerum insularum, quæ existunt in freto inter *Nicobarem & Malaccam*, est aliqua, in quam nuper admodum homines naufragio ejecti concesserunt, inque iis Gentiles & Christiani, hi tamen publico cultu & sacerdotibus destituti. Qui tamen omnes pacifice inter se colant, omnia communia habeant, vitamque adeo Paradisiacam agant, contra peregrinos tamen & hostili animo accessuros telis & vallo circa universam insulam ducto muniti.

NOVA METHODUS UNIVERSALIS CURVAS omnes cujuscunque Ordinis mechanice describendi sola datorum Angulorum & Rectarum ope. Per COLINUM MA-CLAURIN in Coll. novo Abredonensi Matheos Professore. Excerpta e Transact. Angl. A. 1718 N. 359 p. 339 seq.

Inter innumera sublimiaque Magni *Newtoni* inventa, quibus Geometria amplissime ditata in immensam excrevit luculentissimæ cognitionis molem, Constructionem exhibuit Curvarum Mechanicam, post Enumerationem Linearum Tertii Ordinis, ad finem *Optica* editam, arduo summi Viri ingenio dignam; qua simpliciorum & simul adeo magis universalem aliam exhibuit nemo. Methodum vero suam ad Curvas Tertii Ordinis puncto duplici carentes, aut eas altioris Ordinis puncto multiplici destitutas, non extendit; earumque descriptionem Problematibus Geometriæ difficilioribus annumerandam pronuntiat. Atque hinc in spem venio, Methodum sequentem, qua Curvæ Geometricæ cujuscunque Ordinis, licet puncto duplici

plici aut multiplici quovis desinitur, construuntur, non fore Geometris ingratam.

TAB. V
Fig. 1.

I. Lineæ primi Ordinis ipsæ sunt Rectæ; quæ in uno solo puncto sibi mutuo occurrere possunt. Lineæ secundi Ordinis sunt Sectiones Conicæ, quæ in pluribus punctis quam duobus a recta quavis secari non possunt. Ex vero omnes secundum Lemma 21 Lib. I *Princip. D. Newtoni* sic construi possunt. Circa data duo puncta C & S moveantur Anguli dati MCR, LSN; ita ut Crurum CM, SL concursus semper ducatur per rectam indefinitam positione datam AE; tunc crurum aliorum CR & SN concursus in P describet Lineam secundi Ordinis seu Sectionem Conicam.

Fig. 2.

II. Moveatur ut prius Angulus MCR (*vid. Fig. 2.*) circa datum punctum C; Angulus vero datus LNQ semper percurrat Angulari suo puncto N rectam datam AE, ita ut crus NQ semper transeat per datum punctum S. (1.) Si concursus crurum CR & SN, punctum Q ducatur per rectam infinitam AB, concursus crurum CM & NL describet Curvam lineam Tertii Ordinis punctum duplex habentem in C. (2.) Reliquis manentibus, si crurum CM & NL concursus (*vid. Fig. 3.*) ducatur per rectam indefinitam AB; concursus crurum CR & SN in P describet Curvam Tertii Ordinis punctum duplex habentem in S.

Fig. 3.












Fig. 4.

Exemplum Casus 1. Sint anguli MCR, LNS recti, (*vid. Fig. 4.*) & AE, DB, CS parallelæ; sint quoque SA & SD normales respective in rectas AE & DB; sitque SD = 2 SA. Hisce positis, si SD sit minor recta CS, Curva secundum regulam Casus primi descripta, erit Parabola Nodata cum Ovali, Speciei 68væ Curvarum D. *Newtoni*: Quod si SD = CS, Ovalis evanescit & nodus evadit Cuspis, atque Curva descripta erit Parabola *Neiliana* seu semicubica; Si vero sit SD major quam CS, erit Curva Parabola punctata Campaniformis Speciei 69væ.

Fig. 5.

III. Moveantur Anguli dati RMT, KNL, ita ut puncta M & N percurrant rectas indefinitas BM, DN respective; & crura RM, KN semper transeant per data puncta C & S. Si
primo

TAB. V. ad A. 1719. M. Oct. p. 464.



primo Crurum MT & NL concursus Q ducatur per rectam indefinitam A Q; tunc concursus crurum MR & NR in P describet lineam Quarti Ordinis puncta duo duplicia habentem, alterum in C alterum vero in S. Sed secundo si crurum MR & NK (vide Fig. 6.) concursus ducatur per rectam indefinitam A Q; tunc concursus crurum M T & N L describet Lineam Quarti Ordinis puncto duplici carentem.

TAB. V.
Fig. 6.

IV. Quod si in primo casu hujus Constructionis (vide Fig. 5.) rectæ CMR, SNK, una coincident cum CS; tunc puncta C & S evadunt simplicia & Curva erit Tertii Ordinis absque puncto duplici. Exemplum. Sint rectæ BM, A Q, DN, sibi inutuo parallelæ atque omnes perpendiculares in CS. Sint quoque Anguli RMT, KNL recti, & si secundum regulam primi Casus describatur Curva, crura CMR, SNK una coincident cum CS; & hac constructione describi possunt Curvæ D. Newtoni 10, 11, 20, 21, 40, secundum varias positiones punctorum C & S respectu trium rectarum BM, A Q, DN; Omnes vero hæ Species puncto duplici carent.

Fig. 5.

Fig. 7.

V. Lineæ vero Quarti Ordinis quæ punctum triplex habent sic construi possunt. Sint tres rectæ A Q, BN, DM positione datæ; sint etiam Anguli QCT, SNM & NML dati & invariables: percurrant puncta N & M rectas BN & DM, ita ut crus NQ semper transeat per datum punctum S: Revolvatur QCT circa C, ita ut concursus crurum CK, SN percurrat tertiam rectam A Q; tunc concursus crurum CT, ML describet Lineam Quarti Ordinis punctum triplex habentem in C.

Fig. 8.

VI. Ostendi quo pacto Lineæ Quarti Ordinis describi possint, quæ punctum triplex habent aut duo duplicia; aliz, quæ unicum habent punctum duplex, sic commode describuntur. Sint tres rectæ ut prius positione datæ, A Q, BN, DM, dentur etiam Anguli SNK, SML, RCT; sint puncta N, M & S semper in eadem recta linea; moveantur puncta N & M ut prius per rectas BN, DM; Si concursus crurum CR, NK ducatur per rectam indefinitam A Q, tunc concursus crurum CT, ML describet Lineam Quarti Ordinis habentem punctum duplex unicum in C. Hæ vero duæ ultimæ Propositiones novas

Fig. 9

Methodos suppeditant lineas Tertii Ordinis describendi, tum quæ puncta duplicia habent, tum quæ iis destituuntur. Ex v. ro in brevi hoc Methodi nostræ specimen sunt omittendæ.

Fig. 10.

VII. Maneant Anguli atque rectæ ut in *Prop.* III. Concurfus vero nunc rectarum MT , NK ducatur per indefinitam rectam AQ ; & Concurfus Crurum MR & NL describet Lineam Quinti Ordinis punctum quadruplex habentem in S . Habeo etiam alias Methodos curvas describendi Quinti Ordinis, quæ punctum habent triplex, duplex, aut duo duplicia, vel nulla nisi puncta simplicia; sed hæc sufficiant ad simplicitatem & universalitatem Methodi demonstrandam. Notandum vero in specialibus simplicioribus Angulorum & rectarum circumstantiis, Lineam aliquando migrare in curvam ordinis inferioris quam in *Prop.* explicatur; imo singulæ Propositiones Methodos suppeditant particulares curvas aliquas ordinis cuiuscunque inferioris describendi.

Fig. 11.

VIII. *Propositio Generalis.* Sumantur ad libitum Rectæ in eodem plano vbiunque positæ, quarum sit numerus (n) ut BN , ER , FT . Sumantur etiam ad libitum aliæ rectæ ut DM , GL & HK &c. quarum sit numerus (m). Sint Anguli CNR , NRT , RTQ &c. atque anguli SML , MLK , LKQ &c. invariati, dum puncta angularia N , R , T , M , L , K , percurrant rectas indefinitas BN , ER , FT , DM , GL , HK ; Ducatur concurfus crurum TQ & KQ per rectam indefinitam AQ ; Invenire ordinem curvæ, quam concurfus cruris SM cum aliqua rectarum CN , NR , RT , TQ &c. *ex. gr.* cum RT , perpetuo tanget.

In Serie rectarum CN , NR , RT , TQ &c. denotet s numerum rectæ RT , cuius concurfu cum SM Curva est describenda, a CN inclusive; qui in hoc casu est ternarius: erit Curva ordinis quem exprimit numerus $sm + s + n + 1$: unde in casu quem figura designat, cum $s = m = n = 3$ erit Curva ordinis 16tæ.

In his descriptionibus Rectas solummodo atque Angulos dari postulavimus; sed facilius sæpe simpliciorum Curvarum ope complexiores describuntur; atque Propositiones his non

minus

minus uniuersales huc pertinentes inuestigavi : eas uero cum harum demonstrationibus, utpote prolixis, impræ entiarum omittere ; easdem postea publici juris facturus, si luce non videantur hæc Geometris indigna.

JO. JACOBI MOSERI VITÆ PROFESSORUM TUBINGENSIS, Ordinis Theologici, Decas prima, cum Præfatione CHRISTOPHORI MATTHÆI PFAFFII,
Theol. D. & Prof. P.

Tubingæ, literis Hiobi Franckii, 1718, 4.

Plag. 9.

Cum apud animum constituerit Clar. Autor, septendecim tantum annorum iuuenis, quorundam Virorum, qui Academiam Tubingensem meritis, doctrina famaue illustrarunt, vitas & fata literis tradere, specimen hoc præmittendum duxit, quo decem Theologorum, qui auspiciatissima renovatæ per Lutherum fidei initia vivendo præcesserunt, breuiter complexus est. Primus eorum est Jo. a Lapide, natione Germanus, qui literas sacras Parisiis edoctus easdem ibi primum tradidit, ubi Jo. Reuchlinum habuit auditorem, postea Tubingam A. 1488 evocatus ad supremum Theologi munus, Academix ab Eberhardo Barbato Comite tunc, paullo post Duce primo Wirtembergix, ibi conditæ sui nominis celebritate famam conciliavit. Successu temporis Basileam abiit ad Canonicatum & spartam Prædicatoris insignis Ecclesix Basileensis obeundam, sed neque hæc diu multum commoratus, publicis sese abdicavit numeribus & Carthusianorum socius factus, vitam reliquam in otio & a seculi turbis remotus transegit. Scripta reliquit varia, quæ uero omnia, ad seculi istius indolem confecta, scholasticæ Theologiæ & Philosophiæ ubique produnt ruditatem. Majorem isto nominis dignitatem consecutus est Gabriel Biel, cujus patria, parentes, annus dieque natalis & reliqua, admodum sunt obscura, id tamen memorix proditura est, Academix Tubingensis Conditorem in negotio hoc istius consiliis frequenter fuisse usum, eumque A. 1478 secum Romam duxisse, quo itinere confecto Theologiam &

P. 194

202

217

Nna 2

Phi-

- p. 27. Philosophiam Tubingæ docuit, donec sub ultimum vitæ suæ spatium sese conferens in Caputiatorum ordinem A. 1485 decessit. Laudantur inprimis in hoc præcipuo sui sæculi scholastico doctore purioris doctrinæ vestigia, ex quibus cognoscere licet, ipsum ultra sortis suæ homines in literis sacris versatum fuisse. Quæ quidem in nupero scripto *de Gabriele Biel celeberrimo Papista Anti-Papista* luculentius sunt excussa. Neque aliter in multis sensit, qui tertio heic loco sistitur, *Conradus Summenhardt*, vir morum integritate vitæque sanctimonia, in primis vero modestia conspicuus, qui tanti fuit habitus, ut plerumque Monarcha & Phœnix Theologorum fuerit vocatus. Admodum enim expositus est vitam & doctrinam istius barbaræ tempestatis & incultæ, uti testis est Jo. Staupitius ipsius olim Tubingæ auditor, qui sæpe in memoriam revocare solitus est verba, quæ ille non sine affectu protulit: *Quis me miserum tandem liberabit ab ista rixosa theologia?* Ebreæ linguæ non fuit ignarus, eamque præcipue ob causam Eberhardum Ducem laudavit, quod diligenter volutaverit Scripturas sacras atque universalem Ecclesiæ Reformationem toto optaverit animo, qua de re hic plura afferuntur. Succedunt quarto loco *Petrus Jacobi Arelunensis*, quinto *Wendelinus Steinbach*, sexto *Jacobus Lomppius*, parum quidem celebres, nisi quod hic in lite quæ Reuchlino cum Moguntinis intercessit, sententiam illius malecule tuendam suscepit. Celebrrior *Martinus Plantin*, qui exortam Ducem Wurtembergicum inter civesque discordiam feliciter consopivit, postea in Constantiensi Synodo cum Zwinglio disputavit, Pontificiorum doctrinas defensurus, & tandem una cum *Georgio Hartseffero* JCo largiorem quandam ad alendos 18 studiorum cultores destinavit stipem, quam liberalitatem imitati sunt postea alii, ita ut numerosior postea studiosorum copia ibi potuerit sustentari. Habet istud Stipendium, ut vocant, Bibliothecam numero quidem librorum exiguam, sed quæ inter alios libros servat exemplum Latinum Aureæ Bullæ Norimbergæ apud Antonium Koburgerum A. 1477 impressum, ob varias, quibus a reliquis in multis haud levis momenti rebus discrepat, lectiones notabile, jus editionis inter Juris publici

publici Doctores rara aut nulla unquam facta fuit mentio. Delitescunt ibidem Augustinus in Symbolum Apostolicum, idem de contemptu mundi ad clerum; Pauli Germani de Middelburgo Correctio Calendarii pro Festo & Termino Paschali; de Potestate Dæmonum, arte magica, superstitionibus, & illusionibus eorundem, de cognitione & expulsionem Dæmonum; de apparitionibus animarum separatarum a corporibus A. 1454 auctorifante S. Dn. Nicolao Papa V; Guidonis de Calpurnia historia Trojana abbreviata; Basileensis Concilii Decretum contra Minoritas & alios mendicantes, quæ omnia typis nondum sunt excusa. Octavo loco *Paulus Scriptoris* producitur, Mathematicus & Philosophus excellentissimus, qui Scotum summa cum laude aggressus fuit, nec non in doctrinis de Sacramentis, indulgentiis, votis aliisque dissensit a reliquis ætatis suæ Theologis, qua ipsa dissensione factum est, ut Academiae Tubingensis Theologi de inquisitore hæreticæ pravitatis contra ipsam arcessendo deliberarint, effecerintque tandem, ut accusatus apud Provinciale ab officio moveretur. Ceterum Græcam calluit linguam, quam e Reuchlini libris addidicerat, ut epistolas Græco sermone, licet mediocri, scribere potuerit. Tandem in itinere quodam monachorum fraudibus, uti ajunt, obiit. *Petrus Brumus*, quo adhuc vivente, tenebris Scholasticæ Theologiæ & Philosophiæ fugatis, purior doctrinæ Christi lux Academiae Tubingensi affulgere A. 1536 cepit, doctrinam illam ore professus est, licet animo inveteratis adhæserit superstitionibus. Vivendo annos fere 90, firina semper valetudine usus, transiit. Postremo sistitur *Balthasar Reyfelin*, homo maleferiatus pessimæque fidei, qui ne officio cedere juberetur, assentiri se repurgatæ per Lutherum doctrinæ simulavit, at qua mente animoque, paullo post demonstravit. Emissio enim in lucem Interimisticæ Religionis Systemate, inque Ducatum Wurtembergicum Hispanorum armis introducto, ceteris veritatis Evangelicæ Confessoribus loco cedentibus, ipse non modo, ut largiori Cæsaris frueretur gratia, Missam admisit denuo audivitque frequenter, & Religionem Pontificiorum abjecta abnegataque doctrina Evangelii aperte docuit, sed & purioris fidei tena-

P. 59.

61.

65.

ces, quibuscunque modis potuit, præcipue Jacobum Andree, cordatum Theologum, acerrime est persecutus.

NUMUS BRACTEATUS HENRICO II SECULI XIII
Comiti Blanckenburgico ante Harstonem vindicatus a Jo.
ANDR. SCHMIDIO, D. P. P. Ord. Theol. in Acad.
Julia Seniore & Abbate Mariævallenſi.

Helmſtadii, typis Herm. Dan. Hammii, 1718, 4^o

Plag. 4.

EDidit S. Rev. Autor A. 1695 Jenæ Numos bracteatos Num-
 burgo-Citizens Pegaviensesque. Similem nunc suscepit la-
 borem circa numum *Henrici*, Comitis Blanckenburgensis,
 bracteatum, rarissimum illum profecto & ne instru-
 ctissimorum quidem numophylaciorum custodibus cogni-
 tum. Repræsentat is Comitem equo insidentem, habitu eque-
 stri pio more illius ævi ornatum, manu dextra gerentem vexil-
 lum, sinistra scutum triangulare, in capite galeam acumina-
 tam. A tergo apparet arx cum turri, & ante ipsum Comitena
 tres stellæ, addita inscriptione: COMES HENRICUS DE
 BLANCENBE. Jam pridem S. Rev. Autor numum hunc ex-
 posuit judicio *Jo. Christoph. Olearii & Christiani Schlegelii*, vi-
 rorum clarissimorum, quorum uterque heri sui in gratiam eum
 offeruit Comiti cuiusdam Schwarzburgico, castrum idemque op-
 pidum *Blanckenburg* in Thuringia possidenti. Ac *Schlegelius*
 quidem singulari Epistola A. 1701 edita contendit, cusum
 fuisse istum numum ab Henrico X Comite Schwarzburgico &
 Blanckenburgensis lineæ Autori, qui circa A. 1287 vixit. Ve-
 rum summe Rev. Abbas noster hic pugnat, sisti in hoc numo
 Comitem Blanckenburgi, oppidi Saxonie inferioris, ante Her-
 cyniam sylvam siti, quod extincta seculo XVI Comitum fa-
 milia nunc paret Augustissimi Imperatoris focero, LUDOVICO
 RUDOLPHO, Duci Brunsvicensium & Luneburgensium.
 Primo igitur probat, olim Blanckenburgi fuisse monetandi jus
 a Comitibus exercitum. Deinde rationes affert, demonstratu-
 ras, Henricum II Comitem, qui intra annos 1257 & 1295 vi-
 xit,

xit, hujus numi autorem esse: & hac occasione historiam ac genealogiam Comitum Blanckenburgicorum (quam & Cl. Leukfeldium persecutum esse meminimus singulari libro, in his Actis A. 1709 p. 137 recensito,) eruditissime illustrat.

Des Catholischen Passagiers ic.

i. e.

POLITICO - CATHOLICI PEREGRINATORIS Tomus II & III, *Autore JOH. JOSEPHO POKH, Aurato Sacr. milit. Equite, Com. Pal. Pontif. & Cesar. J. U. & Phil. D. & Supremae Curiae Bavar. Advocato.*

Augustae Vindel. apud Casp. Brechenmacherum, T. II 1718; T. III 1719 in 8. Alph. 6.

Institutam telam pertexere suscipit solertissimus Autor operis, anni superioris Mense Augusto a nobis memorati, Peregrinatoremque suum Catholicum per reliqua Europæ regna circumducit, politicam imprimis eorum constitutionem & historiam ejusdem oculis mentique exponens, modeste tamen de iis, qui aliena sacra sequuntur, loquens & sentiens. Methodum quidem observat eandem, quam dicto loco exposuimus, fusiori vero hisce tomis tractatione utitur quam primo, quod ex numero provinciarum & magnitudine voluminum comparatis cum prioro tomo elucescit, & inde provenit, quod urbium præcipuarum regiarumque, gazarum item principalium curiosa & memorabilia prolixius recenset, de cultu religioso populorum exterorum, v.g. Russorum, distinctius agit, imprimis vero historiam illorum regnorum ab initiis plane ad nostra tempora persequitur, de rebus etiam quæ proximis bellis acta sunt accurate tractans, ita ut v. g. belli inter Russos & Suecos gesti non solum vices & actiones, sed & fundationem urbis Petroburgi in Ingermanlandia ejusque descriptionem exactam exhibeat. Agit autem speciatim Tomo II de regno Hispaniæ, Lusitaniæ, Galliæ, Magnæ Britanniæ, Daniæ, Sueciæ, Hungariæ. Tomo III de Poloniæ, Neapoleos, Sicilia, Sardinia, Prussiarum, Moscoviarum sive Russiarum regnis,

gnis, de magno Ducatu Florentino, de Ducatu Lotharingæ, Parmæ & Placentiæ, Mutinæ, Mantuæ, Mediolani, Mirandulæ, Monæci, Curlandiæ, Wallachiæ & Moldaviæ, de ordine equitum S. Johannis seu Melitenfium eorumque ditionibus & legibus; & reliquos tomos usque ad finem operis proxime sperare nos jubet.

LIBRI NOVI.

Memorie Istoriche di quanto e accaduto in Sicilia dal tempo de suoi primieri Abitatori sino alla Coronazione del Rè Vittorio Amadeo, raccolte da Gio. Battista Caruso de Baroni di Xiureni. In Palermo 1716, fol.

Delle antiche Siracuse Volume I, che contiene i due Libri della Siracusa illustrata da D. Giacomo Bonanni, e Colonna, Duca di Montalbano. In Palermo 1717, fol.

Delle antiche Siracuse Volume II, che contiene gli Scrittori anteriori al Bonanni, cioè le Dichiarazioni della Pianta dell' antiche Siracuse e d' alcune scelte Medaglie di esse descritte da D. Vincenzo Mirabella: il Capitolo XII del primo Libro della Sicilia di Fil. Cluverio; quel che ne scrisse C. Mario Arezzo Patrizio della città di Siracusa, il Capitolo I del IV Libro della I Deca di F. Tomaso Fazello; le Tavole di Giorgio Gualtero, con l'aggiunta di altre Medaglie ritrovate. In Palermo 1717, fol.

Istoria Fiorentina di Ricordano Malespini, coll'aggiunta di Giachetto Malespini, e la Chronica di Giovanni Morelli. In Firenze 1718, 4.

Annali ovvero Notizie Istoriche della città di Arezzo in Toscana dal suo Principio sino al presente Anno 1717, dall' Abate Pietro Farulli, In Foligno 4.

La Nobiltà Borromea esposta &c. In Milano 1718, 4.

Franc. Antonii de Simeonibus de Romani Pontificis judiciaria Potestate Tomus primus. Roma 1717, 4.

Petri Antonii Corlignani de Aniene ac Via Valeria Pontibus Synoptica Enarratio, cui Sambuci Opp. monumenta, nec non proximorum locorum Inscriptiones quedam accessere. Rom. 1718, 4.



ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Novembris, Anno M D C C. XIX.

HISTOIRE DU CONSEIL DU RÔY PAR
rapport a sa Jurisdiction.

h. e.

**RENATI GUILLARDI, IN REGIO CONSI-
lio Advocati, Historia Consilii Regii intuitu suæ Juris-
dictionis, accedit Collectio rerum in illo Tribu-
nali judicatarum.**

Parisius, apud Ant. Urban. Coustelier, 1718, 4.

Alph. 4 pl. 16.

Sunt in ipsis Gallis, qui sibi perperam persuaserunt, non
aliam competere Consilio Regio, summo Regni Tribu-
nali, cognitionem, quam de litibus, quæ inter ipsa ju-
dicia majora ob causas, de quibus disceptatio quo per-
tinet, dubium est, oriuntur, & de illis actionibus, quæ a reliquis
Curiis summis ex capite consanguinitatis & affinitatis inter par-
tem & ipsos Judices intercedente ad illud superius evocantur ;
quod cum animadverteret Renatus Guillardus, consultissimus il-
lius Advocatus, nec scriptorem alium offenderet, qui de supremi
illius Tribunalis jurisdictione quicquam notatu dignum memo-
riæ prodidisset, consilium scribendæ Historiæ cepit, eandem-
que, quam XIII Franciæ Parliamentis, quæ rectius supremas
Curias appellares, Roche-Flavinus, Curia Monetali Constantius,
Cancellarius Tesseravius, Judicio Mercatorio (*Histoire des
Juges-Consuls*) Tubanius, Jurisdictioni, qua elegantia & tran-
quillitas urbis asseritur, (*de la Police*) de la Marrius, Consilio Re-
gio ipse operam navavit. Ea fini, puta, ut unicuique de su-
premi

ooo

premi illius Tribunalis dignitate atque jurisdictione amplissima, utpote quæ iisdem quibus Galliarum regnum finibus terminatur, apertius & rectius constaret, duas operis sui partes fecit: in priori de Consilii Regii origine, autoritate, dignitate & munere disseruit, in altera res in isto Consilio judicatas exhibuit; quam posteriorem partem, uti illis, qui Jurisprudentiæ Gallicanæ sunt amantes, apprime commendamus, ita e priori illa pro ratione instituti nostri nonnulla delibamus.

p 2.

15.

21.

25.

30.

In Galliarum Regno omni tempore Justitiæ administratio penes Reges fuit, qui olim ipsi privatorum etiam lites pro tribunali sedentes dirimebant; inde vero per Ballivos, Seneschallos, Comites, Duces, Majoresque domus jura redderant. Ipsa rerum summa, legum latio, limites Provinciarum, dissidia Procerum, accusationes inprimis, quibus Principum Virorum honos & vita in discrimen vocabantur, in Consilio Regni Publico, quod a tempore convocationis Campum Martium & Majum, Placitum præterea & Mallum appellabant, ordinabantur & decidebantur. Ex Proceribus ibi congregatis seligebantur nonnulli spectatæ autoritatis atque prudentiæ Viri, quorum alii sub Missorum dominicorum nomine in provincias ablegabantur, curaturi, ne disciplina regni & judiciorum inferiorum bene constituta ratio ibidem aliquid detrimenti caperet; alii Regem sequebantur jus loco & tempore, quod Rex jussisset, dicturi. Sanctius hoc Consilium sub Pipino R. Parliamenti nomen meruisse dicitur: sub Hugone Capeto &, qui ex eo nati sunt, Regibus, e Prælatiis fere & Baronibus Regni collectum vice sacra jus dixit, neque a latere Regis unquam discessit, donec Philippus Valesius publica necessitate hoc ita flagitante A. 1344 eidem fixam sedem Lutetiam Parisiorum assignaret, supremamque Curiam duo & centum Judicum, XII Franciæ Paribus & VIII Libellorum supplicum Magistris in eundem ordinem allectis confluerit, quæ de querelis subditorum & sententiis inferiorum Judicum cognosceret. Crescente inde hominum nequitia, auctis præterea & prorogatis Regni finibus, in aliis etiam provinciis supremæ Curie, aut, si mavis, Parliamenti ordinata sunt, quo ipso tamen Consilii Regii, quod

evane-

evanescere, aut a Regia Majestate divelli non poterat, dignitati atque autoritati nihil est derogatum. Succedere in partem oneris ferendi nova illa Tribunalia : parti Regiorum Consiliariorum junctis aliis personis amplissimis ea autoritas a Consilio Regio data est, ut de causis arduis judicarent, quæ quo minus ab ipso Consilio Regio veteri more judicarentur, alterius generis negotiorum gravissimorum moles vetabat : atque inde facile patet, omni tempore Consilio Regio suo jure & merito licere, causarum quarumcunque arbitrium ad se revocare, ubi, curis de regni totius salute non prægravantibus, ejus naturæ occupationibus vacare datur : nisi quis forte asserere non dubitet, Consilium Regium Parliamentis, quorum omnis autoritas e Consilii Regii potestate velut e fonte emanavit, subsidii & levamenti causa constitutis, eo ipso autoritatem suam, sibi propriam & essentialiter junctam perdidisse.

Jurisdictionis adeo Regii Consilii iisdem finibus regitur, quibus Regis ipsius imperium & autoritas; est autem hæc ab antiquissimis temporibus longe maxima; neque ullus in universo regno reperitur magistratus, cujus potestas non hanc habeat legem adjectam : *donec Regi placuerit*. Regi pariter atque Regio Consilio, perpetuo Regiæ autoritatis depositario, non alia ratio est, ob quam Magistratus suo munere fungi permittit, quam quod ita deceat, atque reipublicæ commodum sit : si aliter Regi videtur, nihil vetat, causam quamcunque, neglectis Curiarum juribus, & judiciario ordine, ab eo in Consilium suum revocari. Principia autem, secundum quæ in summo illo judicio jus dicitur, merito sunt æquissima; ipsa nempe naturalis æquitas, anima legum, & quæ inde profluxerunt; ordinationes Regiæ & populorum consuetudines. Neque tamen promiscue omnes causæ in supremum istud Tribunal admittuntur : tributum hoc est partim curiarum supremarum autoritati, partim totius regni disciplinæ judicariæ : neque facile causam ibi agi videas, quam quæ eo spectat, ut ordo in justitiæ administratione semel stabilitus factus tectus conservetur. Cognoscit itaque Consilium Regium de supremarum Curiarum concertationibus, quoties plures cer-

p. 64.

72.

79.

tam causam ad suam jurisdictionem reliquis exclusis pertinere contendunt de causis, in quibus Curiz cujusdam supremæ Judicium ex consanguinitatis & affinitatis capite reculatur, de executionibus Arrestorum, seu rerum ab ipso Consilio Regio judicatarum, de appellationibus a sententiis Juridicorum in Generalitatibus Regni, quas vocant, (*Intendants des Generalitez du Royaume*) extra ordinem a Rege constitutorum, ut curam regionum reddituum & politicæ in iis regionibus gerant, de intercessionibus in officiorum concessionibus fieri solitis, nec non de litigiis inter unius ejusdemque muneris candidatos exortis, de executionibus Edictorum & Rescriptorum, quas aliis Judicibus quam Consilio suo Regia Majestas concedere noluit, de violationibus Edictorum Curiis insinuatorum ab ipsis Curiis tentatis, de litibus quibusvis circa provinciarum limites obortis, de ordinationibus inter Curias unius vel diversæ Provinciæ & inter supremos Universitatum Magistratus propter dignitatem, ordinem, & prærogativas inter se collisos, de plerisque causarum, quæ jura domanialia concernunt, denique de validitate sententiarum a supremis Curiis pronunciarum, non equidem per modum appellationis, cum illæ curiz, utpote supremæ, præsumptione æquitatis & justitiæ gaudeant, sed revisionis remedio adhibito, ut, illa præsumptione forte evanescente, omnis illa res a Consilio Regio denuo inspiciatur.

p. 89.

Ceterum Consilii Regii facies est haud una: in Sanctiori & Secretiori Regni Senatu (*Conseil d' en haut ou du Cabinet*) Cancellarius & status Ministri Regi præsto sunt; proximum ab hoc est, quod vernacula lingua *Conseil de depeches* appellant, rebus cum exteris gerendis, ordinandis legatorum muniis, & jussibus regis in rebus majoris momenti provinciis publicandis destinatum, cui præter memoratos Regni administratos, status Secretarii intersunt; sequitur ordine Consilium Ærarii Regium (*Conseil Royal des Finances*) in quo Regni Cancellarius, Regius Ærarii Præses, III Consiliarii, & Generalis adversus Ærarii rationibus Præfectus (*Controlleur General des Finances*) de Regis redditibus deliberant, præterea Præses Ærarii (*Chef du Conseil Royal des Finances*) lingulis hebdomadibus adhibitis

90.

tis Consiliariis suis & majoribus Redituum Regiorum officialibus (*Directeurs Controleurs & Intendants des Finances*) de rebus eo pertinere capit oportuna, resque minoris momenti simul decedit, quod *parvam directionem* vocant, majoris momenti negotiis servatis alii consilio singulis Martis diebus habendo, *magna*, ut ajunt, *directioni*, in qua etiam Libellorum supplicum Magistri (*Maitre des requestes*) admittuntur, denique est consilium ad dirimenda privatorum dissidia constitutum, (*Conseil des Parties*) quod Regni Cancellarius, XXI Consilarii Status ordinarii, quos inter tres Ecclesiastici totidemque militaris ordinis, Generalis adversus Erarii rationibus Præfectus, Reditibus Regiis Præfecti (*Intendants des Finances*) qui nunc septem numero sunt, & XII Status Consilarii, qui per semestria spatia officium suum facere tenentur, constituunt. Hujus Consilii est de illis omnibus cognoscere, & sententiis suis res dubias componere, quæ superius a nobis sunt adductæ, ubi de Consilii Regii amplissima Jurisdictione diximus. Quanta sit tantorum Virorum dignitas atque autoritas, nihil attinet, ut dicam: legat, qui penitus hæc nosse cupit, quæ Consultissimus Autor de Cancellario Regni, primo Coronæ, Consiliorum Regiorum & omnis jurisdictionis Gallicanæ Officiali, Curiarum omnium Præsede nato, & nisi ob gravissimas causas Regi aliter placuerit, Magni sigilli Custode, de Consiliariis status cum ordinariis tum semestribus, de Libellorum supplicum Magistris, quorum Decanus honoribus & prærogativis Consiliorum Status ordinariorum gaudet, de Status Secretariis ex ordinatione Regia anni 1688, quæ integra inserta legitur, certe notatu dignissima, de Erarii Regii denique Administris ordine tradit. Superest Consilium Commerciorum causa Anno demum 1700 a Rege institutum, in quo præter nonnullos Status Consilarios, supremum Politicæ Urbicæ Præfectum (*Lieutenant General de Police*) VI Libellorum supplicum Magistros eosdemque Commerciorum Præfectos (*Intendants du Commerce*) Syndicus Occitanicæ & XII Mercatores, duo Parisienses, Rothomagensis, Burdegalensis, Lugdunensis, Massiliensis, Rupellensis, Nannetensis, San-Maclovienfis,

p. 95.

107.

115.

125.

134.

137.

Insulensis, Bajonensis, Dunquercensis, de commerciorum incrementis hætenus consularunt.

In tanto Tribunali mature desideratus est Advocatorum ordo honestissimus, qui gloriose vocis unanimine confisi in arduis illis causis lapsa erigerent, & fatigata repararent. Sed uti fieri assolet, cum arbitrio & optioni partium ista res relinqueretur, non potuit non insignis oriri rerum confusio, incredibili Patronorum Regni Cancellario & reliquis iudicibus ignotorum multitudine causas peragente, cui rei cum variae medelæ, sed incassum, essent adhibitæ, tandem A. 1644 Ludovicus XIV prudentissimus Regum ducentos Consilii Regii Advocatos creari iussit, quos uti Regni officiales, Commensalesque Regis, & juris, quod *Committimus* appellatur, & quo coram Magistris libellorum supplicum cum aliis Regiæ domus officialibus forum singulare fortiuntur, aliarumque prerogativarum participes esse voluit, ita non alios, quam veteranos supremæ cujusdam Curie Advocatos, & ab Advocatorum Consilii Regii ordine examinatos probatosque Viros recipi in numerum præcepit. Hoc autem ipsum adeo displicuit reliquis Parliamenti Parisiensis Advocatis, ut varia inde dissidia orirentur, Consilii Advocati ab iis deterioris conditionis haberentur, & de ordinæ & prerogativa lis iisdem moveretur, donec Rex sponte sua ediceret, utrosque sive Advocati sui Consilii fuerint, sive Parliamenti, ex die, qua matriculæ suæ quisque insertus est, ordinem & locum habituros. Morem gessere voluntati Regis Consilii Advocati, quos tamen pulcra sovet spes, fore ut Rex aliquando de juribus eorum edoctus honorem dignitatemque ipsis tanquam summi, & cui aliud par non est, Tribunalis officialibus debitam restituat.

*ANNALES TYPOGRAPHICI AB ARTIS
inventa origine ad annum MD, opera MICH.
MAITTAIRE, A. M.*

Hagæ Comitum, apud Isaacum Vaillant, 1719, 4.

Alph. 2 pl. 4.

DOcti hujus & laboriosi operis Autor, cujus jam exstat *Historia*

ria typographorum Parisiensium, itemque Historia Stephano-
rum, quæ in *Supplem. T. V. p. 504 seqq.* a nobis fuit recensita, jam
universam artis typographicæ historiam persequi constituit.
Prima hæc ejus pars est, in qua de primis illius artis inventori-
bus curate disputat, simulque typographos seculi decimi quin-
ti, nec non libros eodem seculo typis exciptos, exhibet. Sta-
tuit, rudi hujus divinæ artis inventione A. 1440 facta, eam A.
1457 ad maturitatem quandam pervenisse, ex eoque tempore
libros magno numero in orbem prodiisse. Gloriam inven-
tionis Moguntiz vindicat, & quæ de Guttenbergio, Fausto &
Opilione, primis typographis, in vetustis monumentis reperit,
uberius exponit. Hinc, quis omnium primus liber typis fue-
rit excusus, anquirat, & quatuor librorum, qui in bibliotheca
Comitis Pembrociz asservantur, atque omnium antiquissi-
mi videntur, accuratam exhibet descriptionem, de
aliis quoque libris disserens, qui primis temporibus typis ex-
scripti creduntur. P. 35 tres memorat libros notatu dignio-
res, *Psalmorum codicem* per Joannem Fust & Petrum Schœffer
Moguntiz A. 1457; *Rationalis divinorum officiorum codicem*,
Guilielmo Durando Autore, ibidem A. 1459; & *Catholicon*,
ibidem A. 1460 excusum. P. 37 laudat librum a Nicolao Ien-
son, Gallo, A. 1461 Venetiis excusum, idque elegantissime.
A. 1466 Augustæ Vindelicorum Joannem Bemler excudisse,
Biblia Latina, p. 42 docet. A. 1468 Oxonii in Anglia pro-
diisse Hieronymi Expositionem in Symbolum Apostolicum,
p. 51 docemur. Hinc secundum annos, quibus in publicum
prodierunt, enuumerat libros seculo XV editos, interjecta men-
tione typographorum. Primum librum, Græce totum ex-
scriptum, sibi occurrisse *Lascaris Grammaticam*, A. 1476 ex-
cusam, p. 146 scribit: ac p. 149 tradit, Lipsiæ A. 1484 pri-
mum libros excudi cœpisse. P. 152 refert, A. 1491 primum
prodiisse librum Hebraicum, nempe Pentateuchum. Floren-
tiz A. 1488, ut e p. 183 discimus, duobus tomis excusus est
Homerus Græcus, *qua editione* (en verba Autoris nostri)
*si charta solida colorem & pompam, si nitidam characterum
figuram, aequat marginum intervalla, justam linearum distan-
tiam*

tiam, totum denique impressionis ordinem & dispositionem spectes, nil certe aut antea aut postea elegantius comparuit. Hac de causa uberius hic exhibetur hujus Homeri editionis notitia. Inter typographos longe eminent Aldus Manutius, de quo Noster p. 229—256 copiose disserit. Natus in Romæ anno circiter 1445 puer præceptore usus est in Latinis literis Gaspare Veronensi, in Græcis pariter & Latinis Baptista Guarino. His duobus adeo profecit in literis, ut Albertus Pius, Princeps Carpendium, ipso uteretur magistro. A. 1490 suscepit typographi munus, primumque specimen edidit Musæi poema de Hero & Leandro Græce ac Latine. Ad Græcos quod attinet libros, Aldus editionum numero omnes priores typographos vicit. Certè nihil librorum Philosophicorum Græcorum antea editum fuerat. Aldus vero ab A. 1495 usque ad A. 1498 quinque voluminibus produxit scripta Aristotelis atque Theophrasti. Præterimus ceteros Græcos autores ex Aldi officina editos, quorum editiones Autor noster luculenter describit. Illud omittendum non putamus, p. 289 sqq. exhiberi nomina doctissimorum virorum, qui correctoris munere functi sunt in officinis typographicis. Videre hic licet Jo. Anton. Campanum, Platinam, Demetrium Chalcondylam, Petrum Castellanum, Sigismundum Gelenium, Erasmum, Oecolampadium, Alcyonium. Digna quoque lectu sunt, quæ differuntur p. 367—571 de Nicolai Perotti *Cornucopiæ* editionibus, & p. 383 sqq. de rarissimo libro, seculo XV edito, quo Claudianæ poetæ tres de *raptu Proserpinæ* libri in duas tragœdias nescio quis dispersit, ipsa poetæ verba ordinemque inviolatum servans. Juvabit etiam lectores nostros scire, Autorem accuratissime in hoc opere persecutum esse omnes veterum literarum circumstantias, ratione diversitatis characterum, ratione coloris, & quæ sunt ejus generis plura. Ceterum et si summam ubique adhibuit industriam, fatetur tamen ingenue, opus hoc non esse omnibus numeris perfectum. Ac facile credimus, spatio quadraginta annorum & amplius, quod hoc libro emensus est Autor, in tot officinis Italiæ, Galliæ, Germaniæ, ceterarumque regionum multo plures excusos fuisse libros, quam

hic

hic exhibentur. Merito quoque desideramus Indicem alphabeticum, exhibentem autores impressos, lectoresque remittentem ad singulas cujusque editiones. Sed consulto eum hic Autor omisit, reservandum ad calcem operis universi, quod ut quam primum perficiatur, juxta nobiscum optabunt omnes literarum historiarum studiosi.

VOYAGES AVX INDES ORIENTALES, &c.

hoc est,

NICOLAI DE GRAAF ITINERA IN INDIA
orientalem & alias Asiae regiones.

Amstelodami, apud Joh. Frid. Bernardum, 1719, 8.

Alph. I cum duabus figurarum 2a. plagulis.

Autor, arte Chirurgus, primum A. 1639 in servitium Societati Indicarum se dedit, Indiarum visendam sumpsit occasionem. Ex eo tempore saepius cum illius Societatis navibus Orientem petiit, atque in itinere accurate mandavit literis, quicquid sua in navi accidit, & quaeunque in exteris illis regionibus observavit. Sunt igitur hae Ephemerides, in quibus multa occurrunt, lectoribus jam aliunde cognita, nec pauca, quae nosse vix cujusque interest, e. g. quod (uti p. 45 narrat,) Petrus Hofmeesterus, d. 18 Junii nuptias celebravit cum Anna Hinlopia, tredecim annorum puella, quae elapso anno filium pepererit; attamen subinde se quaedam offerunt lectu haud indigna. Pag. 14 Hottentotos describit, eosque, licet maxime feroces, Deum tamen agnoscere ac venerari testatur. P. 89 & 91 Bassoram, Arabiae urbem, describit, ejusque figuram aeneam exhibet. P. 135 *montem Tabula* in promontorio Bonae Spei, cujus verticem ipse conscendit, curiosisque lustravit oculis; p. 155 sqq. Nankinam, Pekinam & Cantonum, Chinae urbes, itemque mirabilem illum murum, qui Chinam a Tartaria dirimit, describit, simulque p. 167 sqq. Chinae regimen civile, mores ac ritus, commercia & sacra Sinenfium, addita p. 181 sqq. descriptione ultimi belli, quo Chineses a Tartaris fuere devicti & subjugati.

P p p

P. 102

P. 102—134 inserta est Anonymi Descriptio insulæ Ceilan, e qua cum civilis, tum naturalis hujus insulæ status perbene cognosci potest. Pari modo p. 246 sqq. exhibetur Anonymi accurata descriptio populi *Caffres*, quæ Arabica vox est, *hominis exleges* significans. Ipse Autor p. 269 sqq. urbem *Bataviam* accuratissime describit, simulque mores Hollandorum in India viventium. Hic inter cetera notat eximium mulierum Hollandicarum luxum & magnificentiam, maxime diebus festis, testaturque humillimam earum ita se gerere, ut potius magni cujusque Principis, quam civis gregarii, uxor aut filia esse videatur. Addit, sacerdotum quoque Hollandicorum in India uxores ceteris luxu pares esse. Ceterum in hoc Itinerario minimæ quoque circumstantiæ Societatis Indicæ, eorumque, qui ipsorum stipendiis aluntur, descriptæ cernuntur, ut inde peti possit perfecta earum notitia, si quis talia cognoscendi cupidus sit.

JOHANNIS GUILIELMI BERGERI DE NATURALI Pulchritudine Orationis ad excelsam Longini disciplinam illustri continentique C. Julii Caesaris exemplo exacta liber commentarius.

Lipsiæ, ap. Hæz. Grossianos, Vitemb. ap. C. T. Ludov. 1719, 4.
Alph. 5 pl. 3.

CUM de NATVRALI PVLCHRITUDINE ORATIONIS differit doctissimus Autor, Eloquentiæ in Academia Vitembergenfi Professor celeberrimus, illud sibi pertractandum sumit, quod verum sincerumque ac sanum continet eloquentia, sine quo fucus est ac pigmentum, virili gravitate indignum, quicquid expromit orandi facultas, quo demto, una cum integritate, dignitas visque sermoni detrahatur, & asciti leporis ostentatione creatur fastidium, quo sublato, rerum tumor sententiarumque strepitus manet vanissimus, neque grandis orutio, enervata ludibriis ac dedecorata, pondus habet majestatis suæ, quod optimus quisque probavit semper & consecutus est, pauci vero, ex omni ætatum memoria, tanta ingeniorum æmulatione,

ne, exprimere potuerunt. Intellexit enim, quanto diligentius veteres illud nativi in dicendo pulchri genus commendare consueverint, adeo ut orationis excellentiam in nulla re constituerint alia, tanto peius idem negligi vulgo, eaque seculi licentia fieri, ut pro vera germanaque eloquentia longe alia, multis gravibusque depravata corruptelis, invehatur. Solerti vero rei commentatione comperit, ea, quam Longinus tradat, quam modo *ὑψηλῶς*, modo *καλῶς* nominet idem, orationis ALTITVDINE non sublimem tantummodo magnificentamque dicendi formam, ut persuasum fuit compluribus, designari, sed orationis præstantiam omnino omnem, quæ, suis absoluta numeris, illa, quam laudaverit antiquitas, Pulchritudine Naturali exurgat. Vidit simul, hanc ipsam sine calamitosis excellenterque scribendi rationem in nullo, ex omni veteris florentisque Latii memoria, præclarius expressam reperiri, quam in C. IVLII CÆSARIS Commentariis, in quibus iugas agant, qui, non perspecto veræ altitudinis ingenio, humilitatem dicendi, nescio quam, observare sibi videantur, contra docet, quam recte sentiant, qui nihil in Julianis iisdem monumentis abjecti vel fordidi, nihil inepti, sed indoli excellæ æqualia utique cuncta & splendida, sana omnino incorruptaque cuncta, quærant. Proinde visus est sibi operæ pretium facturus, si Græcam, reconditamque, necdum fatis a quoquam enucleatam, Longini disciplinam Latinis, dilucidisque ac perpetuis Julii exemplis illustraret, eaque facillima ratione & optima omnem doctrinæ Longinianæ usum, summum certe & paucis adhuc cognitum, demonstraret. Quas quidem partes dum suscipit, animum advertit, cum plura, a Longino exquisitissime disputata, iniquitas temporum obliteraverit, plura ab eodem, pro instituti brevitate, ad præsentis operis usus sint accommodata magis, quam ex ipsis spectata causis & eruta, dandam sibi esse operam, ut suppleantur alia & redintegrentur, alia, diligentius excussa, adjiciantur, si Naturalis illius Pulchritudinis figuram, animo informatam, eloqui velit. Hac mente cum alia, in Longino desiderata, pluribus interserit locis, tum bipartitam Pul-

chritudinis hujus divisionem ex rerum hominumque natura depromit, ac sententias, capitulatim ab eodem traditas, ipsis interioribus æstimat causis, in suaque distributas genera, clarius, adhibito semper Julii Cæsaris lumine, explanat, quippe cum in recta illarum conformatione ipsum excellenter dicendi fundamentum ponat. Hactenus de universa operis propositi forma.

Veniamus ad ejus partes. Posteaquam de naturali appetitione Pulchri, varioque ejus judicio, generatim, speciatim vero de Pulchritudine oratoria dicere instituit Autor, ita quidem de posteriore hoc pulchro differit, ut antiquis pariter ac novis Hermogenem anteponat. Hic autem Rhetor Tarsensis cum duo Pulchritudinis in dicendo genera proferat, relicto altero, alterum retinetur, quod situm est in concinna quadam decoraque omnium, e quibus contextitur oratio, partium compositione. Quod quidem ipsum docetur PULCHRITUDINIS NATURALIS nomine designari a Petronio, cujus etiam in scribendo immodestia notatur, ejusdem tamen scientia de optimo genere dicendi laudatur. Adhibetur Longinus, cujus TYPIC, literis proditum, probatur congruere cum GRANDI ORATIONE, de qua loquatur Arbiter, adeo quidem, ut a Longino latius, deditaque opera, tradatur illa ipsa Pulchritudo Naturalis, quam Petronius breviter commendavit. Longino igitur, cujus vestigiis insistitur, duce ostenditur primo, quid hic sit vitandum, tum, quid observandum. Quod ut planius cognoscatur, ipsa describitur Naturalis, de qua agitur, Pulchritudo. Dicitur autem *Convenientia partium, quibus constat oratio, ad naturalem sui perfectionem, cum magnitudine, ordine, colore, congruenti, conformatarum.* Cui descriptioni fux ubi fidem fecit Cl. Autor, conversus ad partes, e quarum recta conformatione, & apta inter sese compositione, existat illud pulchrum orationis corpus, asciscit quinque fontes, a quibus orationis præstantiam derivat Longinus. Hoc enim Autore, omne quod in dicendo eximium est, aut in felici sententiarum altitudine, aut in acriore animi commotione, aut in ornata figurarum concinnitate, aut in aliqua eloquendi præstantia, aut

aut in præclara quadam compositione, versatur. Qua quidem Longini partitione a reprehensione Tollii defensa, ostenditur, partibus illis, quas exposuerit Longinus, conformatis naviter & inter se devinctis, effici Pulchritudinem, quæ ad orationem hoc loco requiratur.

Et si vero judicat Celeb. Autor, quicquid est doctrinæ hujus tam præstantis, id nullo quam C. IVLII CÆSARIS exemplo declarari luculentius posse, sentit tamen, priusquam progrediatur eo, non nulla, quæ sibi possint officere, esse de medio tollenda. Itaque, convulso multorum errore, negat, *¶* Longini esse illud, quod vocetur ab Hermogene *μῆγρο-δῶς*, ab aliis *Stylus sublimis*, & docet inter alia, cum granditatem verborum semper postulet stylus sublimis, posse contra Sublime vel in una cogitatione, in una figura, in una ratione dicendi, in ipso quoque silentio, inesse. Porro, a scriptis Cæsaris recensitis transgressus ad Commentarios, qui de Gallico Civilique Bellis extant, de horum dignitate cum uberius exponit, id agit, ut iisdem asserat dignitatem orationis quam laudibus extulit Arbiter, Longinus autem præceptis mandavit. Hic, castigata vulgi persuasionem, narratam humilitatis Juliz fabulam explodit.

Summotis, quæ obfistere poterant, impedimentis, propius ex primo sublimitatis fonte Longinus, propius Cæsar ex Longini doctrina spectatur, & vel animi magnitudine vel ingenii, sic probatur, ut nihil de excelsis, congruentibus, aliisque sententiis præcipiat Longinus, quin idem præclaris utique exemplis e Cæsare declaretur. Sequitur alter fons Altitudinis, ductus a perturbationibus animi, quas Affectus dicunt. Qui quidem locus, tam insignis, ipsique Longino quantivis pretii visus, cum totus ex hujus libro exciderit, Autor eum non levi certe studio restituit, quoad res finit, ex aliis Longini locis inter se collatis. Hic de discrimine Affectuum, contentiorum ac remissiorum, de priorum usu, de oratione ad mentis incitationem componenda, de Visionibus, quas *Phantasias* appellant, harum in Poeticas & Oratorias distinctione, sigillatim oratoriarum vi, accommodatione, cautione, de singulari per-

motionum animi in dicendo tractatione, de mutuo com-
 motionis & altitudinis auxilio, de duplici genere dicendi, con-
 citato ac leni, de aliis, multa differuntur. Quæ quidem ubi
 Julianorum luce exemplorum collustrat Auctor, quam Cæsar
 sit ἐὺφρασσιώτατος, quam immerito Rapinus in eo vim deside-
 ret, quam Cæsar movendi rationem ex ipso inveniat tempore,
 quam prudenter ordinis neglectu utatur, quam moveat perin-
 de ac delectet, & alia, simul ostendit. Differitur pariter de
 Concionibus Historicis, obliquis maxime, quibus Cæsar excel-
 lit, & notantur Rapinus ac Floridus Sabinus, quorum alter Cz-
 sari Commentarios de Bello Alexandrino & Africano tribuit,
 alter eidem tres de Bello Civili libros temere abjudicavit. Ape-
 ritur tertius Longini fons, quo Figuræ continentur. Hic de
 illarum vi præstantiaque, recto consultoque usu, delectu singu-
 lari, circumspècta dissimulatione, apta temperatione & conso-
 ciatione, & aliis memoria dignis, plura exquisitius exponun-
 tur. Quæ cuncta cum Julianis illustrantur exemplis, confuta-
 to Rapino, qui Cæsari sicurh nimis scripturæ genus exprobrat,
 Cæsari ubertas asseritur, Attica ficeitas vindicatur historicis,
 de *Bono Lumine*, quod Cæsari tribuit Tullius, cum Sebastiano
 Corrado disputatur, alia denique proferuntur. Proceditur
 ad quartum Longini fontem, qui partim delecta verborum,
 partim commutata factaque constituitur oratione. Hic pro-
 priorum splendidiorumque verborum electio quantum valeat,
 ostenditur, verborum usus rerum conditione distinguitur, ver-
 ba vulgaria ad non vulgares revocantur usus, de apposita me-
 taphorarum accommodatione, de prudenti in scribendo ne-
 gligentia, de comparationum imaginumque vi, de hyperbo-
 le scienter tractanda, & aliis, docetur. Quæ quidem cuncta,
 pluraque his intertexta, etsi subtilius traduntur a Longino, Cz-
 sarianis tamen evidentibusque exemplis sic explanantur, ut ni-
 hil obscuritatis in ea quidem doctrina relinquatur. Quintas
 ac postremus Longini locus est Compositio, de qua latius expo-
 nitur, æque ac de Numero & Periodo, quibus rebus orationis
 excellentia mire juvatur. Hic Auctor, adhibita denno Cæsaris
 memoria, primum docet generatim, neque suos historicis orbes,
 neque

neque numeros, neque ullum factæ ac politæ orationis artificium deesse, deinde speciatim evincit, non mediocri Compositionis specimen in Cæsare reperiri. Subjecit quædam de literis, in oratione numerosa congruenter deligendis, ac miratus, numeri vim in historicis a paucis animadversi, nullum compositionis oratoricæ genus in historicis non extare, denuo probat. Pergitur in Longino, qui a virtutibus orationis, supra probatis, jam summovet Numerum orationis fractum, mollem, concisum, cujusmodi sunt Pyrrichii, Trochæi, Dichorei, abruptam breviter, orationem ultra modum effusam, commendatæ e contrario brevitate inter utramque illam interjecta, tum exilitatem verborum, denique alia, quæ Pulchritudinem continent, ex iis, quæ superioribus laudavit locis, dijudicanda relinquit. Hæc autem rursus exemplo Cæsaris optime declinari, demonstratur.

Exposita accommodataque Longini disciplina, Cl. Autor Naturalem Pulchritudinem orationis in duo tribuit genera, quorum alterum naturæ rerum, quæ pronunciantur, consentaneum, alterum naturæ humanæ, quæ illam rerum percipit explicationem, conjunctum vocat. Utrunque genus latius exponit. Cum vero in oratione spectari soleant Sonus, Verba, Sententia, hæc quidem, docet idem, ad naturæ, de qua dixit, utriusque judicium esse exigenda. Ac Sono quidem ipsum complectitur Numerum, idque denotat omne, quod apte sonantem, suavem, numerosam efficit orationem. Cujus generis oratio, sicut pergit idem, vel ipsa rerum fit adumbratione, vel alio genere suavitatis, aures oportune delinientis. Rerum imitatio, sono expressa, earum conditionem effingit, ita ut læta hilari, mœsta flebili, cita imitato, tarda remisso, dura aspero, alia alio, quem res postulaverit, enunciandi modo adumbrentur. Quod etsi præcipue fit a Poetis, fit tamen præterea non ab Oratoribus tantum, sed ab ipsis etiam Historicis, singulari quidem ratione. Res exemplo Cæsaris non uno confirmatur. Occurritur tamen iis, qui versus negent in orationem esse immittendos. Nam Autor, ubi, collatis veterum novorumque sententiis, de numerorum pœticorum oratoriorumque

rumque differentia, de numerorum ad res exprimendas per affectionum, quibus res utuntur, imitationem accommodazione, de numerorum in animos per arctam utriusque rei cognationem in sinuatione, & aliis, disseruit, conficit demum, versus vel integros, vel alterutra mutilos parte, non dedecere, ornare contra prosam, adhibita tamen, quam ipse addit, cautione. Quæ cum accommodantur ad Cæsarem, nihilo magis defenditur is, quam incorrupti loco exempli proponitur, & plura de numeris historicis, aliaque, vulgo non obvia, deprimuntur. Adjiciuntur non nulla de Rhythmo, scriptoribus haud negligendo, eademque artificio Cæsaris illustrantur. Præter imitationem rerum, de qua dictum est, orationis Sono & tutius & crebrius consulitur, fioratio recipiat Compositionem, non duram, asperam, rudem, sed commodam, suavem, politam. Hic Autor plura de naturali aurium, quæ cunctas metiuntur voces, iudicio, de Compositionis, Numerique, ad orationem assumti, causis, de Numeri corruptela neglectuque, locutus, Sophistas carpit, Isocratam contra, Demosthenem, Tullium, laudat, perverfos Lipsii æmulos & alios castigat, quid in Afrorum, non omnium tamen, quid in Ammiano Marcellino desideretur, ostendit, denique, Tacito, Livio, Cæsare, inter se comparatis, Tacito contendit numerosiorem esse Livium, sed Cæsarem Livio suaviorem. A Sono transgressus ad verba, hæc, ait, ob necessariam utriusque naturæ observationem, de qua mentionem fecit, tum rerum, quas interpretantur, indoli, tum audientium legentiumque studiis, natura inditis, accommodari. Quemadmodum rebus congruant verba, cum docuit Autor, a verbis grandibus inflata sejungit, sed a granditate simplicitatem non abhorreere, neque adeo Longinum, dictum Moysis laudantem, intelligi ab Hætio, ostendit. Hic, cum revocat in medium Cæsarem, ut illius exemplo rei lumen afferat, rejecto Floridi Sabini iudicio, demonstrat, nihilo minus a Cæsare, quam a Livio Sallustioque, in rebus quibusque gravissimis facta dictis exquiri. Addit, eas res, quas apte paremus enunciare, esse non solum e sua ponderandas conditione, aut ex forma, quam nos ipsi sumus animo complexi, sed

fed etiam ex mente legentis, ad hujusque intelligentiam naviter conformandus. Quæ res quanto fit ufui, ubi expositum est, prudentia Cæsaris, qua hic lectori, perinde ac Nepos & Livius, seruiat, demonstratur. Audientium vero legentiumque studiis consentient verba, si repudientur ea, quibus communis offendatur hominum natura, ea autem sumantur, quibus duci illa delectarique possit. Quæ cum sagacius e naturalibus hominum studiis enucleantur, de omni simul verborum delectu, de virtutibus horum ac vitiis, de corruptelis vulgi emendandis, & aliis multa edisseruntur. Eadem vero cuncta luculenter & uberrime iudicio Cæsaris exemploque declarantur, cujus elocutio, prorsus eximia, cum e suis investigatur causis, multa, vulgo non observata, alia a censuris doctorum vindicata, alia rectius explicata, alia, ut de Archaïsmis verecundis, aliorum veterum consuetudine eruta, proponuntur.

Pergitur ad sententiam, quæ supra ex autoritate tantummodo spectata, hic ipsis pulchri causis & indolis humanæ iudicio æstimatur. Cum autem eo, sicut ostenditur, sententiæ requirantur optimæ, eæ quidem, tales ut sint, ad utramque naturam, & rerum, & hominum, sunt conformandæ. Ac rerum quidem natura postulat sententias tum veras, tum interius sibi conjunctas. Naturæ indolisque hominum, cui sententiæ sunt conciliandæ, consideratio exposcit, ut ipsa naturæ humanæ vis excutiatur, & tacitis abditisque ejusdem studiis mente perlustratis, observetur, quo illius feratur motus ac propendeat, unde refugiat eadem atque abalienetur. Quæ pluribus explanata, cum rursus a Cæsare lumen mutuatur, simul de illius Theologia ac Philosophia, fide Historica, Militari scientia, Civili prudentia, intelligentia Juris, maxime ad Historiana transducta, Geographia, aliis, fuscè tractatur. Agnoscitur etiam in eo admirabilis tam sagacitas, qua recessus animorum & opinionum studiorumque varietates perspiciantur, quam oportunitas habilitasque, qua singulorum studiis ex communium sensu notionum subserviatur. Hinc Cl. Autor ad singularia indolis humanæ specimina, e quibus facile de ceteris judicari possit, progressus, ostendit, plura, quæ lectoris attentioni relinquimus, ex indolis

humanæ studiis exquirat, transductaque ad sententias pulchre constituendas, tam rationum momentis, quam Cæsarianis comprobatis exemplis, & alia his ex elegantiore doctrina passim interponit. Hinc, omni sententiarum, quæ studiis humanæ congruant indolis, ambitu ex facultatibus humanæ mentis perquisito, eas partitur in ἠθικαῖς, quibus aliqua boni moris significatio datur, παθητικαῖς, quæ affectionis cujusdam, natura insitæ, vim conjunctionemque comprehendunt, & διανοητικαῖς, quæ ex ingenii opera & perfectiore intelligentiæ habitu spectantur.

Jam, tradita Naturalis in oratione Pulchritudinis doctrina, Franciscus Vavassor, rem ex veteri disciplina non satis edoctus, refellitur, ac plura de ratione Pulchri, de studiis humanæ mentis, de vulgaris Rhetoricæ corruptelis, & alia, ex antiquis literis edisseruntur. Porro, ne quid desit, Cl. Autor argumenti dignitate motus & elegantia, explanatis jam sententiis, tum *Etbicis*, tum *Patheticis*, exequitur *Dianoeticas*, quæ viribus ingenii efficiuntur. Quorsum advocat Dominici Bohursii libellum, eruditorum ex illustri ordine decertatione famaque celeberrimum, qui Gallice inscribitur *la Maniere de bien penser dans les ouvrages d'esprit*. Ex hoc cum medullam extrahit, sententias recitat primum Veras, tum Novas. A Veris quæ fictio non abhorreat, ubi dixit, ad Novas refert Sublimes, Jucundas, Acutas, quæ singulæ describuntur. His ex varietate causarum, unde oriuntur quæque, & rerum, quas complectuntur, ratione spectatis, subjiciuntur aliæ, his, in medio positæ, ex utraque vitii, a mediocritate aberrantis, parte, contrariæ opponuntur sententiæ, atque is denique modus statuitur, ut ex fiat in primis nativæ, non tumidæ, non affectatæ, non subtilitate nimia detritæ, ut illustres etiam sint ac dilucidæ, ut quam minime ullo plane modo obscuræ. Laudat hic Autor Plutarchum, Stobæum, Thomam Hibernicum, excellentium sententiarum electores, desiderat autem non nihil in Brietio, & isto, qui edidit *le Sublime des Auteurs*. Reversus ad Cæsarem, eâ quæ de Novis exposita sunt Sententiis, ex illo, qua solet causarum investigatione, declarat. Jam propius ad ipsum accedit Bohursium,

per-

perstrictaque acriore illius censura, laudat ipsam quidem, qui in aliis veterum etiam Hermogene sit usus, sed ab eodem iudicat doctrinam Sententiarum nihil secius ex Hermogene, quam ab Em. Thesauro-Argutiarum ars sit ex Aristotele delumta, effingendam fuisse. Namque ea commendit Sententiarum genera, quæ tradat Bohursius, nihil aliud esse, quam singulares quasdam dicendi formas, quas Hermogenes *idéas* vocet. Ab Hermogene ostendit orationis formas subtiliter, ut singulæ melius dignoscerentur, fuisse distinctas, a Bohursio autem plura, ut brevior videatur ille, commisceri, quæ studiose sint ab Hermogene discreta. Sic distinguendas esse monet Sententias, haud confundendas, cum a Bohursio, præter Cogitationes illas, de quibus dictum est, exponantur amplius accuratæ, omni ex parte aptæ & congruentes; ingenuæ, nativæ, nobiles, acres, vividæ, solidæ, callidæ, & plures aliz, quibus præterea minus consentaneæ, affectatæ, supra modum elatæ, frigidæ, nimis limatæ, & aliz, opponuntur. Transiit ad alium Bohursii librum, cujus inscriptio est *Pensées Ingénieuses des Anciens & des Modernes*, quo Cogitationes ingeniosæ antiquorum recentiorumque scriptorum recensentur, & item ad alium ejusdem scriptoris, cujus elogium est *Pensées Ingénieuses des Pères de l'Eglise*, quo Patrum sapienter dicta recensentur. In utroque vero libro Sententiæ, in medium prolatae, ad legem formamque, in primo, de Sententiis excellentibus, libro traditam, exiguntur, & præcepta primi voluminis omni exemplorum genere illustrantur. Tribus his Bohursii libris adjicitur quartus, qui inscribitur *Recueil de Vers Choisis*, quo versus, ad doctrinæ superioris illustrationem selecti, videmque Gallici, maximam quidem partem nondum editi, continentur. Probat Autor institutum ipsas mentis humanæ vires actusque perspicendi, & alia laudat, iudicandi tamen notat audaciam, & præcipuas submonet Bohursii doctrinas in Hermogené cunctis facile reperiri, ab hoc etiam enodatis ac limatis tradi, sicut ex eodem non expressius modo cognosci, verum etiam temperata inter sese instrui varie concinnarique possint omnia cogitationum genera, quæ a Bohursio sæpius nomine tantum capitulatum.

latimque denotentur. Quod ubi, Hermogene collato cum Bohurfio, docuit, Sententiarum concludit genus esse omnino nullum, vel ab ipso recentitum, vel excogitandum aliis, quin descriptum sit jam pridem ab Hermogene, ac plenius illustratum. Proinde Hermogenem potius, quam Bohurfium, excolendo sententiarum excellentium studio commendat, eumque ostendit ad scripta aliorum, ex varietate sententiarum formarumque censenda, Photii exemplo, optime adhiberi.

Hermogeni tamen postulat lectorem nec stupidum, nec oscitantem, nec inexercitatum, ad eumque facilius intelligendum, præter ceteros, magno esse usui pronunciat Petrum Joannem Nunnesium, quem vel concianitate docendi vel perspicuitate cunctis anteponit. Nunnesio, ut Poetis consulat, jungit Bernardinum Parthenium, qui, Hermogenis artificio ad sententiam quamlibet apte in carmine tractandam adhibito, doctrinam ipsa subtilitate difficilem exemplis, e Marone potissimum & Flacco, tum ex Etrusca Francisci Petrarchæ elegantia delibatis, expedit. Dicta pro Germanis contra Bohursium causa, Autor ipso Joannis Sturmii ingenio calumniam retundit, nibiloque magis illius operam, Hermogeni natam, laudat, quam majores nostros, apud quos, Sturmiano præcipue exemplo incitatos, Hermogenis doctrina vulgo tantum cepta est fieri, ut minus haberetur limatum, quicquid vel scriberetur sine Hermogene, vel judicaretur, vel in veterum exponeretur libris. Contra ea conqueritur de hodierno Hermogenis neglectu, irrifis vulgi ineptiis, insulfos Gallorum imitatores ad prudentiores delegat Gallos, hisque monitoribus, ex Hermogene, præter alios ejusdem usus, perpoliri sententias ac perfici, ipsumque genus dicendi sine fuce pulchrum comparari, jubet. Cum igitur principem hujus doctrinæ ponat Hermogenem, & Sturmianæ interpretationi ultimam defuisse manum sciat, & habeat, quod in Laurentiana desideret, novam castigatamque Hermogenis recensionem optat, in primis illam, quam ex subsidiis Bodlejanis parasse dicitur V. C. Joannes Hudsonus, quam ipsa quoque Augustissima Vindobonensis non mediocriter ornare possit.

Haste-

Hactenus de Opere ipso, in quo pertractando Autor, argumenti sui memor, dum Cæsarem habet in oculis, nativæ studet elegantiae, nec jejune differit & exiliter, sed ornatum varisque & politiore doctrina respersum docendi genus amplectitur, & novos cum veteribus diligenter componit, ad hos tamen non arbitrium revocat, nec auctoritatem doctissimi cujusque defugit, ipsas tamen rerum causas simul indagat. **INDICI**, diligentius, quam fieri solet, confecto, subiungitur **CHRESTOMATHIA LONGINI**, quæ libri præstantissimi, atque in hoc genere unici, Epitomen præstat, & huic est usui, ut ipsa, nec inconcinne digesta, & collatis interdum aliis Longini locis, expressa, nullo perlegatur negotio, ac vel cum hoc ipso opere, ubi mens Longini fit exquirenda, componatur, vel ad alios expeditosque meditandi usus haud incommode transferatur.

Toti autem Operi præmissa est **PRÆFATIO DE REPETENDIS ELOQUENTIÆ FONTIBUS**; Lectori non oscitantis studio non indigna, & hodiernis necessaria temporibus, quibus est a moribus antiquis haud leviter descitum. Hic, iis laudatis, qui, restituto literarum nitore, Græcos Latinosque omnis doctrinæ fontes aperuerunt, observatur, mox rursus, & omni deinceps tempore, relictis iisdem fontibus, ad rivulos esse lacunasque transcursum. Querimoniarum Chalcocondylæ, Victorii, Aldi Manutii, Perpiniani, Mureti, Gravinae, referuntur. Hodiernæ tamen Italiæ decus haud præteritur. Properatur ad Hispanos, quorum laus non reticetur. Ex instauratoribus literarum memorantur Antonius Nebriissensis, Barbosa, Vives, summa nisi ope, ut homines ad pristinae studium doctrinæ revocarent. Attinguntur Covarruviarum & Antonii Augustini desideria, labores item Sepulveda, Francisci Sanctii, pro redintegrandâ veteri elegantia suscepti. Exti non acceditur Joanni Barclajo, de Hispanorum studiis existimanti, tamen Hispanos majorum vestigiis minus insituisse constanter, e doctorum querimoniis annotatur. Pergitur ad Gallos, quorum & merita exponuntur & ornamenta, in iisdem tamen ab eruditis priscae studium doctrinæ desideratur.

tur. Provocatur ad testimonia Passeratii, Scævola Sammarthani, Marefii, Fabri, cujus simul filia, Anna, & gener, Dacerius, laudantur, Vavafforis, Cossartii, aliorum. Venitur ad Belgas, quorum laus non una commemoratur, eadem tamen quaerimonia ex iisdem auditur. Præter ceteros, ad testimonium citantur, Daniel Heinsius, Josephus Scaliger, Perizonius, Burmannus, quorum iudicia inveteratum seculi ~~malam~~ demonstratur. Trajicitur in Britannias, quarum vetus in media seculorum barbarie elegantia, & alia, laudantur. Hic tamen nihilominus, quam alibi, veterum fastidio peccari, Merici potissimum Casauboni testimonio probatur. Proceditur ad Germanos, de quorum in literas emendatas meritis & prisca studio doctrinae commemoratur. Quid tamen Philippus, Camerarius, Sturmius, Caselius, alii, in depravata studiorum ratione desideraverint, mox declaratur.

Inquiritur porro in causas fastiditæ veterum doctrinae. His breviter perstrictis, gravius inculsatur multorum temeritas, qui, vulgatis recentibusque scriptorum Interpretationibus contenti, ipsos negligunt scriptores antiquos. Hinc, abjecto linguarum eruditarum studio, ad barbariem reditur. Profert tamen interpretes docti, si cum scriptoribus ipsis conferantur. Sed, ob difficultatem interpretandi, non interpretibus, sed fontibus est fidendum. Mureti & Heinsii iudicia excitantur. Descenditur ad Ephemerides eruditas, quarum laudatur institutum, sed inconsultum studium in iis, qui, his in libris tota mente defixi, fontes ipsos non quaerunt, vituperatur. Ostenditur circumspecte judicandum esse de veterum sapientia, cujus laus discernitur, & modestia commendatur. In primis Eloquentiæ Veteris excellentia demonstratur.

Descripta Eloquentiæ veteris amplitudine, illa non solum Oratoribus, sed Poetis etiam, Philosophis, Historicis, vindicatur. Dividitur eadem in duo genera, quorum alterum est *Θεωρητικόν*, alterum *Πρακτικόν*. Misso posteriore, latius exponitur prius: Facto a Græcis initio, apud hos alta dicitur eloquentia & perfecta, sic ut, quæ doceant Latini, sine Græcis, quantum satis est, ne intelligi quidem possint. Primus laudatur

tur Homerus, e quo non solum Aristoteles profecit, sed etiam Plato. Propius consideratur Plato, cujus Rhetoricæ præceptiones quam sint eximie, monetur. Hinc Aristoteles vel acumine dicendi vel concinnitate princeps ponitur, pro ingeniosa dictionis fonte, & amplius, laudatur: Proceditur ad Demetrium Pseudophalereum, Dionysium Halicarnassium, Hermodorum, Alexandrum, Tiberium, Phœbammonem, Menandrum, Aphthonium, Theonem, qui scholis præter ceteros commendatur, alios, de quibus singulis distincte judicatur. Transiitur ad Latinos, Græcorum discipulos, quorum in deligendo judicium, in utendo prudentia, & alia, laudantur. Primæ dantur Ciceroni, cujus imprimis laudantur tres libri de Oratore, in quos Tullius, quicquid iudicii de dicendo habuit, potissimum contulit, e quibus studia literarum elegantiora reviviscere quondam cœperunt, quibus excellentius artis oratoricæ specimen dari non potest. Quid etiam Græcis debeat Cicero, simul monetur. Subjicitur Fabius, cui studium non magis disertus, quam bonos efficiendi in laude ponitur, qui Tullio in Latio uni ponitur secundus. Adducuntur præterea, scriptor Rhetoricorum ad Herennium, Rutilius Lupus, Aquila Romanus, Julius Rufinianus, aliique plures, quorum docetur usus. Monetur, haud esse negligenda, quæ ab utroque Seneca, Plinio, aliis, de virtutibus ac vitiis dicendi, pro renata, sæpius interponantur, *Augustæ simul Rhetoricæ Specimen*, ex solis Augusti Cæsaris vestigiis, sicut optaverat quondam P. Lambecius, ab Autore ipso concinnatum, memoratur. Ostenditur, illos, qui sint expositi, utriusque generis scriptores inter se comparandos esse, nec adhibendos novos, nisi cum veteres sequantur. Cui rei Muretus, Perpinianus, Sepulveda, iudices dantur.

Hinc Autor, ad Novam, quam vocavit, Eloquentiam delatus, omnes hujus artes a veteribus disci rectius docet. Novitatis, falso creditæ, causam repetit ab antiquitatis ignorantia, & communi ceterarum fato artium illustrat. Istos autem, qui rationem dicendi cum forma reip. cum temporibus ipsis commutatam objectant, illustribus refellit exemplis. Probatur simul, Veteri Eloquentia contineri prudentiam quamdam

dam orationis omnibus rebus congruenter accommodandæ. Ostenditur, corruptos Eloquentiæ Novæ ostentatores vitia, ab antiquis castigata, pro virtutibus amplecti. Perverſa Gallicæ eloquentiæ æmulatio caſtigatur, ipſorum judicio Gallorum cordatiorum.

Principatu veteribus vindicato, Autor docet, cum oratoribus antiquis antiquos eſſe Rhetores conferendos, nec tamen ſine delectus cura. Veteres ſive Oratores ſive Rhetores, non ætate tantum, ſed meritis etiam diſſerre oſtendit, eamque rem multum valere vel ad judicandum de utroque genere, vel ad imitandum. Hinc Eloquentiæ, in Græcia Latioque florentis, tempora definiuntur. Diſcernitur legendi & imitandi, obſervandi & uſurpandi, ratio, Characteres, Oratorius, Hiſtoricus, Philoſophicus, Poeticus, diſtinguuntur, vitanda ſcriptorum vitia indicantur, notantur æque ac meliore judicio corriguntur delectus inconſulti lectionis prævæ atque imitationis, exempla tam vetera, quam recentiora. Commendatur mos ipſorum ex ævo jam inclinante veterum, M. Annæi Senecæ, in quo veteris eloquentiæ, argutæ potiſſimum, theſaurus reponitur, aliorum, qui minus contenti ſuorum eloquentia temporum, ad ævi prioris imitationem ſe contulerunt. Fabius optimi in evolvendis cuiusque meritis uſus, magiſter datur. Hujus judicio, diſtinctis præſcæ eloquentiæ ætatibus, Veteres a Vetuſtiſſimis partim, partim a Novis internoscuntur, quorum tempora, diſpunctis ſæculorum ſpatiis, notantur. Poſtremo elegantæ Græcæ Latinæque, a novis adhibita, exempla e profanis Chriſtianisque ſcriptoribus afferuntur. Tranſcenditur ad Rhetores antiquos, de quorum diſpari laude ex ipſis quidem cauſis exiſtimatur. Horum vel autoritas, vel uſus in eloquentia ſingularis, his item inter ſe comparatis, quid ipſis in antiquis ſit optimum, quæ circumſpecta ſit & convenientiſſima illos tractandi ratio, docetur. Autor, a Græcis exorſus, oſtendit, quantum vel Atticæ ficcitatæ, vel Aſiaticæ loquacitatæ ſtudio, ipſæ differant Rhetorum doctrinæ. Percenſitis diverſis Rhetorum familiis, Iſocrateæ, Ariſtoteleæ, Hermagoreæ, diverſis

fis earum institutis ipsum, qui ex quaque capi possit, usum distinguit. Hic perpenditur præstantia disciplinæ Aristotelez, & ultima ejusdem investigatio docetur. Hermagorez disciplinæ palma datur Hermogeni, de-cujus autoritate insignique usu, tum in explanandis scriptoribus ac dijudicandis, tum in omni ratione discernendi formas dicendi, uberius disputatur. Jara in ipsa Veteris Eloquentiæ doctrina non solum Rivuli discernuntur a Fontibus, sed etiam ipsi Rivi in primarios & secundarios distinguuntur. Hoc ipsum exemplis veterum illustratur. Qui tamen Rivi Fontibus ipsis comparari possint, Ciceronis, Fabii, Boetii, exemplis declaratur. Cel. Autor, a Græcis progressus ad Latinos, docendi facultate Tullium, cujus imitationem ex oratoriis ejus ipsius libris optime contendit perspicere, Latinis anteponit omnibus, Fabium ipsi proximum constituit, de cujus utriusque præstantia & usu præcipuo pronunciat distincte. Abiis, qui Eloquentiam tradunt Universam, proventus ad illos, qui selectas quasdam Eloquentiæ Partes exposuerunt, quanto hi tales in pretio sint habendi, eritis simul causis, movet. Negat igitur, ex antiquis ætatem potius cuiusque, quam opus ipsum meritumque spectari semper oportere, contendit e contrario, qui ex iisdem rem quamque conferat optime, cum haud aliis, quam Fontis loco ducendum. Hinc, quemadmodum Priscianus cum Aphthonio ac Theone sit committendus, quid Aurelius Augustinus, Beda, Rabanus Maurus, præstiterint, enarrat. Antiquos tamen Rhetoras, quamlibet præstantes, non omnis absolvit erroris, quos ratione interdum, vel ipsorum exemplo veterum castigandos esse, cum docet, hic quid fieri oporteat, ostendit.

Sed Autor, cum laudat veteres, nihilo secius brevitatis causa commendat illos Recentiorum libros, qui e veteribus apte concinnantur. Hic, nominatis potiorum non nullis ac laudatis, repudiantur e contrario, *l'Eloquence du Temps*, & *la Rhetorique de l'Honnête Homme*, aliaque, vel Gallica, vel Germanica, quibus mysteria, recens evulgata, inepte spondentur. Longe aliter sentitur de Balsaciis, Lamiis, Clericis, Bellogardiis, Fenelonis, aliis, qui cum ratione explorant autoritatem,

rationem, in veteribus inventam, haud contemnunt. Nihil magis illustria fastidiuntur exempla, vel Academiæ Gallicæ, vel aliarum gentium politiorum, vel ex iis, quæ collegit præclara Vir industria, Joannes Christianus Lunigius, Germanica, modo lectoris prudentis cura, quam describit Autor, adhibeatur.

A claris inde Rhetoribus venit ad Dionysium Longinum, cui ex omni veterum memoria nemo, vel argumenti, quod exponat ipse, nobilitate, vel ejus explicandi solertia, vel judicandi de altissimis quibusque ingeniis scientia, comparetur, in eodemque simul lima judicii, ac verissimus excolendæ rationis usus, demonstratur. Rejectis Scioppij minis, laudatur opera, quam Longino navarunt Viri eruditi, sed in ea desideratur lumen exemplorum, quo rei mensuram neque Jacobus Tollius impleat, nec alius quisquam. De Notarum vel commodis, vel incommodis ubi disseruit Autor, ubi, Scaligero assensus, harum coacervatione rerum ostendit ipsos e manibus scriptores excuti, Exemplis potius ad pernoscendos scriptorum usus opus esse, monet. Itaque causis, quas exprimit, haud levibus ductus, Longini doctrinam perpetuis C. Julii Cæsaris exemplis exponit, eaque re & Cæsaris, perinde ac Longini, usum, vulgo satis haud cognitum, & utilitatem Latinos cum Græcis componendi, planissime demonstrat. His ita strictum a nobis expositis, facile patet, Celeb. Autorem pulchre in commentario suo utile dulci miscuisse.

S. B. RELIQUA DICENDORUM DE EDITIO- ne Scholiorum Moschopuli in Homerum.

Conf. supra M. Jul. p. 305 seqq.

EDiturum Græca ex MStis non tantum bene intelligere linguam, sed & legere MSta posse oportet; ne aut mendose propagentur parum sentiendo, aut bene scripta depraventur male legendo, aut utrumque fiat. Nec mirum videri debet, si hodie etiam eruditus Græce, in MStis sit ἀναλφάβητος: cum jam dudum non aut vix nisi impressis adsuæti simus libris, & quidem illis fere literarum figuris, quæ multum discrepant a MStis. Atque callens quidem Græce, citius & faciliore negotio familia-

rem

rem sibi reddet lectionem, edetque incorruptiora & emendatiora. Quanto autem quis minori sermonis Græci peritia instructus tale quid conabitur, tanto ærumnosius luclabitur, parum interitum proficiens, nec multum rem literariam publicandis MStis juvenis. Hinc ferè fit, ut jam dudum, si quæ, quamvis raro & minuta, e MStis eruantur, plerumque corrupta & passim hiantia repræsententur: ut illa etiam dici possint καὶ ἐκδεδομένα καὶ μὴ ἐκδεδομένα, ut Aristoteles Alexandro M. de editis acroamaticis querenti respondebat. Postremo *culpantur calami*. At optimus ille Aldus sub initium typographiæ Græcæ multa & magna volumina typis exscribebat emendatissime, (de veris Aldinis Edd. hoc intelligendum plerisque, non quas fecere Asulanî, pater & juvenes patre digni) nec erant tantæ quiritationes de mendosis MStis: Nimirum tunc adhuc habebant usum MStorum. Et Aldus ipse cum esset solerissimus typographus, utebatur etiam opera doctissimorum Græcorum, συμπρατίντων αὐτῶν, inquit Musurus in dedicatione Pausaniæ, καὶ συνεργούντων τῶν Ἐφεσίων Φιλοσοφούντων τῆς Ἑλλαδικῆς Μῆσης τριφύλων, cum adjutores ei essent & cooperatores qui Venetiis studebant Græcicæ Muse alumni: quos inter ipse Musurus vel præcipuus fuit, quo nihil opportunius, nihil salutaris potuit evenire illi negotio. Quem morem hic Vir tenuerit, operæ pretium erit cognoscere, ut imitentur nostri Editores & Critici. Cum præfuisse accuratissimæ illi editioni Epistolarum Græcicarum ab Aldo collectarum, in fine Voluminis epilogi loco, operæ suæ rationem reddens, inquit: ἔτι καὶ κἄν ἐνο πάντας εἰδέναι βελοίμην, μάλιστα μὲν ἡμῖν τῶ ἀριστα διορθώσεως τὴν πραγματείαν ἔχεν μελήσαν εἰ δὲ τις παρέδραμεν, ἢ διεστραμμένον εἶναι γράμμα, ἢ τι τοιοῦτον. ὅσον εἰδὲ τοῖς ἀκρω Φασὶ δακτύλῳ τῆς Ἑλληνικῆς γευσάμενοις Φωνῆς; ἐμποδῶν ἂν πρὸς τὴν ἔνοιαν τῶ κεμῆνε γενέσθαι. ἐν μὲν τοι τοῖς Ἀλκίφρονος ἔστιν ἢ τὰ τῆς ἐνοίας διημερετῆσθαι. μηδὲν ἡμῶν παρὰ τὰ ἐν ἀντιγράφοις ἀνηκέστως ἔσι διορθωμένοις ἔρριονιδύνως καινοτομεῖν πολυησάντων. i. e. Etiam illud omnes scire cupiam, summa quidem nobis cura fuisse, ut hoc opus correctissimum esset. Si vero quid aliocubi effugit, id aut perverfam esse litteram, aut talis quisp-

piam quod nec iis, qui summo quod ajunt digito Græcum gustarunt sermonem, impedimento esse possit ad intelligendum textum; in Alciphronis tamen alicubi sententiam esse depravatam, nihil nobis, extra exemplaria, quæ insanabiliter erant corruptæ novare ausis. In tam multis & variis quam pauca sunt, quæ corrupta queritur, eaque quam caute & religiose tractavit! Dicit boni, ne illius modi jam nobis magna civium penuria est, inquit Demea civis Atticus apud Terentium. καὶ ταῦτα μὲν διὰ ταύτη.

Quod ad præsentem libellum attinet, in eo molimina Editoris fuere etiam magno & arduo operi paria. Exhibetur hic textus Homericus usque ad Catalogum, id est, dimidium secundi libri. In quo constituendo usum se dicit Editione Eustathii, Stephani, Porti, Castalioni, Turnebi, Parisensi anni 1624, Crispini & recentiorum. Nihil hic videtur ipse novasse, quod optime factum; nam ea res nec perspicaciori Barnesio nuper bene ubique cessit: & in iis ubi variatio est exemplarium, apparet plerumque meliora secutum. Sic initio statim v. 9 recte, ὁ γὰρ βασιλῆι χολωθεῖς, & mox ὁ γὰρ ἦλθε, ut H. Stephanus & alii quidam, pro ὁ γὰρ, quod alii perperam & ipse Barnesius, est enim articulus loco pronominis ἔτος, & debet acui. Bene etiam v. 84 & alibi, τὸν δ' ἀπαμειβόμενος, Barnesius perpetuo mendose τόνδε, cum sit pro τῆτον δέ. Nec tamen magis quam ceteri affectus est veram articulorum rationem in Homero, ut passim alibi apparet. Alia bene aut secus facta tanti non est ut hic recensentur. Versionem adhuc majore spiritu aggressus est, de qua sic prædicat: *Versionem infinitis locis emendavi, mutavi, interpolavi, ut plane nova videri possit.* Hoc quidem non est absurdum ei, quod facit Euripides apud Aristophanem in Ranis certans cum Æschylo sub iudice Baccho. Nam cum Æschylus tres jambos recitasset, querit ex Euripide Bacchus: τῆτων ἔχεις ψηφον τι; *In his habesne quod reprehendas?* Cui Euripides: πλεῖν ἢ δωδεκα. *Ultra duodecim.* Tum Bacchus: αἰὲν εἰδὲ πάντα ταῦτα γ' ἐς αἰὲν ἢ τρεῖς, *Atqui hi omnes non sunt nisi tres jambi.* Ad hæc Euripides: ἔχεις δ' ἑκαστον εἰκοσι γ' ἀμετρίας, *Sed habet quisque viginti errata.* Ceterum

terum ex interpolationibus illis hæc una est. Cum *Φίλος* alicubi commode exponatur per *ιδίος*, *δικῆος*, *proprius*, *meus*, *tuis*, *suus*, id quasi jam perpetuo migrasset propriam notionem, ubique inculcat etiam in locis alienissimis. Ut in *α. v. 587*, ubi Vulcanus rixas inter Jovem & Junonem componere festinans, patientiam suadet Junoni matri suæ, ne forte pulsetur a Jove: se enim id ut *Φιλομήτορα* dolenter visurum. Verba hæc sunt: *Τέτλαθι μήτερ ἐμή καὶ ἀνάσχεο κηδομένη πῆρ,*

Μή σε Φίλην περ ἔῃσαν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδῶμαι

Θενομένην. — quæ sic vertenda:

Per patienter, mater mea, & sustine, dolens licet: ne te, tam caram mihi, his oculis videam vapulantem. Hic in priorē versu πῆρ est καὶ περ, *etsi, quamvis, licet*, in posteriore valet *tam, præsertim, præcipue*, ut alias sine καὶ non uno loco. Quod postea non animadvertentes omnes quidem hallucinantur in illo *μή σε Φίλην πῆρ ἔῃσαν* (excepto Camerario, qui neglexit πῆρ, sicut potest omitti) dum vertunt aut, *Ne te, dilectam quamvis existentem, oculis videam verberatam*, aut, *Ne te, dilecta sis licet, his oculis videam vapulantem.* Quasi dicat, *quamvis te amem, nollem tamen te verberari*, quod absurdum. Naturale esset, *quamvis amem te, tamen castigatam velim: aut quamvis oderim te, tamen nolim verberibus te cædi.* Sed istorum unus est error; Noster autem in eodem illo geninavit, totum autem locum sic vertit: *Tolera, mater mea, & sustine, mæsta quamvis sis, ne te, mea mater quamvis sis, oculis videam verberari.* Ubi itidem contraria demum essent vera. Sed insuper debuit augeri malum acerbe intruso posteriore illo, *mea mater.* Tam autem fixum immotumque ei hoc sedet, ut etiam censorie pronunciet aliosque damnet: nam p. 137 *Φίλα τέταρα*, inquit, *barbare ut alibi vertitur, cari filii, ipse vertens, mei filii.* Sic tantum, *mi pater*, in Andria Terentii erit Latinum; *Ergo age, care pater;* apud Virgilium 2 *Æn.* barbarum. Sed de versione hæcenus, & nimium fortasse. Textus & versioni in singulis paginis subjecta Scholia illa, de quibus diximus supra Mense Julio, præmissa ubique titulo ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ, ad speciem scilicet tantum, nam recentiora nulla habentur. In quæ Notæ

passim subjiciuntur, in quibus indicantur corruptelæ MSti & loca quædam citata. Sub quibus aliæ in Homerum. Quæ quidem etiam Variorum diei potuissent in titulo, Gifanii scil. Spondani, Duporti, Scherpezelii & aliorum. Sed ipsis nomina subjecit. Adjecti etiam indices duo, prior Homericorum omnium vocabulorum in primo libro & secundi parte, posterior in Scholia & Notas.

Sequitur Camerarii Commentarius: de quo Cl. Editor sic præfatur: *Joachimi Camerarii, Viri doctissimi, Commentarium in hosce duos priores Homericæ Iliadis libros, qui fuit ultimus ejus in terris conatus, huic Editioni nostræ jussu subnecti, quod liber paucissimorum manibus versaretur, & plurima contineret, quæ ad pleniorum Homeri intellectum omnino facerent. Bene factum & recte dictum. Nisi quod illud falsum de ultimo conatu. Nam contra, primorum hujus Viri annorum hoc opus est, adhuc Tubingæ agentis, posteaque plurima scripsit, præsertim hic Lipsiæ longo tempore. Non autem debita fuit adhibita diligentia in recudendis hisce Camerarianis. Nam nec veteres errores typographici omnes sublatis, & novi plures inventi. Sic (tantum duo aut tria afferentur) relicta distinctio pervertens sententiam p. 52; *Consilium autoris atque voluntas fuit — Græcos ornare atque insectari, planeque infamare barbaros*; pro, *Græcos ornare, atque insectari planeque infamare barbaros*. P. 50: *Amazoma* pro *Amazonia*, quamvis hoc esset in Ed. Bas. recensitum in err. typ. Cui simile in fine catal. Navium in versione, *Auro qui Conatus*, pro, *Auro qui conatus*. Recens inventum, *Ptolemeus* p. 47 bis pro *Ptolemeus*. Sed videtur quædam de industria mutasse, corrupta putans, ut p. 44 pro *ἑπτὰ ἐριμαίνεσσι πόλεις*, quod sic in Ed. Bas. recte, ipse edidit *ἑπτὰ ἔριδι μαίνεσσι πόλεις*. quo uno facto simul versus & sermo Græcus violatur. Versum dignis licet explorare. Hellenifinus ipse ait *ἔριδι μαίνοντα*. Nam *μαίνεσσι* Græcos perinde offendit, ut Latinos *loquunt* aut *rixant*. Noster talia non sentit in Græcis; hic familia commisit in Mœschopulianis, ut *μένοντα* p. 6 in his ita ab ipso editis: *τὸ γὰρ ἰ καὶ ἢ τὰ αὐτὰ μένοντα ἐν τοῖς παραχωρημένοις, διὰ τὴν ἀμετάβολον**

βολα λέγεται, ὁμως μεταβάλλεις τὸν χρόνον, εἰ βραχέα εἰσὶν
 ἐν τῷ ἐνεσῶτι. Hic μένονται non magis Græce dici potest
 quam Latine *manentur* pro *manent*, μένουσιν autem rectum es-
 set. Aliter tamen formaverat orationem Moschopolus, nam in
 MS. nostro sic legitur hic locus totus sine vitio : τὸ γὰρ καὶ
 τὸ ὑπὸ αὐτὰ μένοντα ἐν τοῖς παρωχημένοις· διὰ τῆτο γὰρ ἀμο-
 τάβολα λέγεται, ὁμως μεταβάλλει τὸν χρόνον &c. i. e. Nam
 ἵσ' ὃ eadem *manentia in præteritis*, (*propterea enim immuta-
 bilia dicuntur*) *mutant tamen quantitatem, si brevia sint, in
 præsentī*. Sic λέγονται pro λέγουσι p. 139. Alia etiam, quæ
 specie bonitatis fallere poterant, secure recepit, ut p. 50 εἰδόν-
 τα, in his : καὶ θαυμάσαι κυρίως μὲν φοβηθῆναι καὶ Φεύγειν
 θεὸν εἰδόντα. Ubi annotat : MS. εἰδόντο. Hanc emendatio-
 nem debeo V. Cl. legebam ante Φεύγειν θεῶν εἶδος. Scilicet
 in tenebris tantis duce opus fuit, quem quidem nactus est, nihi-
 lo acutius cernentem. Lege ut in MS. nostro ἰδόντα. (ibid.
 pro καθησθαι leg. ex MS. καὶ θηῆσθαι.) Tale est προείπει p.
 20 non magis Græcum quam Φάγες. Sed hæc pauca de mul-
 tis propterea præcipue adducuntur, ut ostendatur, talia admit-
 tentem & committentem fatius fuisse intra typographica se
 continere, nec diffidere, Græcis vix tinctum, alteri penitus im-
 buto. Nam idem Scherpezelius adhuc turpius se dedit, cum
 alicubi etiam erroris aperte convincere conatus est Camerari-
 um, lectoremque monere, ne decipiatur scilicet. Nimirum ad
 II. β. 8, ubi Jupiter Somnium mittit ad Agamemnonem, ut eura
 hortetur aggredi Trojanos; nam nunc fore, ut Trojanos vincat
 urbemque capiat, quod tamen non fit postea, ad hæc erudite
 Camerarius annotavit : “ Hoc loco queritur, cur non fiat,
 quod Somnus divinitus immisus nunciaverit. Ac alii aliter
 Jovem a mendacio liberant, quod ut opinor non admodum
 necesse fuerit, cum & hoc sit referendum ad illas multiplices
 species σοφισμάτων, quibus mortales, θεοὶ σφάλλουσι κρείττο-
 νες πεφυκότες, ut Euripides scripsit. “ Deinde refert, quo-
 modo alii solvant, postremo commemorans solutionem quo-
 rundam, ab Aristotele annotatam in αὐτῷ περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων
 cap. 3 circa finem, quæ sit transposito accentu. Jovem enim
 in

in promittenda victoria non dixisse *δίδομεν δὲ εἰ εὖχος ἀρέσθαι* (sive ut Cam. *ἐλέσθαι*) i. e. *Damus enim ei* (Agamemnoni) *ut gloriam victoriæ capiat*, quasi ipse cum ceteris Diis id concedat: sed dixisse ad Somnium, *δίδομεν δὲ εἰ εὖχος ἀρέσθαι*, *Da ei, ut reportet gloriam victoriæ*. Hæc enim verba Aristoteles in Homeri loco isto legerat, quamvis hodie non extant. Proinde Camerarius scribit: „ Sed hoc hemistichium nusquam in Homeri legitur libris, iis quidem quos habemus, ut alio exemplo Aristotelem usum esse appareat, nisi memoria lapsus fuit, ut quibusdam videtur in mentione Calypsus libro secundo, *ἠθικῶν Νικομαχείων*, & tertio *τῶν μετὰ τὰ Φυσικά*, ubi fecerit apud Homerum Hectorem *καὶ δ' αἰδοφρονέοντα*, cum non legatur *αἰδοφρονέων* sed *ὀλυγηπελέων*, il. 6. 245. Hæc ille doctè & caute. At Seherpezelius quam intempestive & improvide in his curiosus est. Nam cum Camerarius forte ex suo exemplari Aristotelis pro *ἀρέσθαι* scripsisset *ἐλέσθαι* quod idem est, præpostere iste notat: *Male hic scribitur ἐλέσθαι, apud Aristotelem reperies ἀρέσθαι, neque is memoria lapsus est. Locus enim legitur Iliados φ. 297. Atqui in isto loco est δίδομεν δὲ τοι εὖχος ἀρέσθαι, damus autem Tibi gloriam referendam, σοι inquam, tibi, non οἱ εἰ, & sunt verba non Jovis ad Somnium de Agamemnone, ut debebant, sed Neptuni ad Achillem, huic assistentis cum Pallade, in fluvio luctanti, & animos addentis ad præliandum victoriamque promittentis, ne γὰρ quidem ad Aristotelis institutum pertinentia, qui expresse dicit: καὶ τὸ περὶ τὸ ἐνύπνιον Ἀγαμέμνονος, ὅτι ἐν αὐτῷ ὁ Ζεὺς εἶπεν, δίδομεν δὲ εἰ εὖχος ἀρέσθαι, ἀλλὰ τῷ ἐνυπνίῳ ἐνετέλλετο δίδομαι, i. e. Et illud circa Somnium Agamemnonis, ut non ipse Jupiter dixerit, *Damus ei gloriam reportandam, sed Somnium jussit dare*. i. e. non *δίδομεν damus* dixerit, sed *δίδομεν dato tu* quæ diversitas *παρὰ τὴν προσωπίαν* sive *ab accentu* nec ipsa cadit in illud lh φ. 297. Ita nec Homerum nec Aristotelem intropexit Corrector. Pergit tamen sibi sapiendo, & adhuc unam Notam facit ad illa, ubi Camerarius dicit, quibusdam videri memoria lapsum Aristotelem etiam in tertio *τῶν μετὰ τὰ Φυσικά*, ubi fecerit apud Homerum Hectorem *καὶ δ' αἰδο-**

αἰδο-

ἀλλοφρονέοντα, cum non legatur *ἀλλοφρονέων* sed *ὀλιγηπέλειων*. Hic notat Noſter : *Fruſtra quæres hoc beneſicium apud Ariſtoelem iis libris qui citantur ; ſed forte is ſcripſerit, velin animo habuerit locum ex Il. ψ. v. 698, ubi eſt, καὶ δ' ἀλλοφρονέοντα.* Nempe quia ipſe in margine ſui exemplaris Ariſtotelis non potuit invenire annotatum locum, putavit Camerarium mentiri, veluitque alios deterrere a quærendo, ne forte ipſe mendacii arguatur. Extat autem ita, ut citatur a Camerario, Lib. III τῶν μετὰ τὰ Φυſικὰ cap. nempe quinto. Ubi de incertitudine rerum agitur, quia nihil ſit ſtabile, nihil immutabile, & quia mens humana perinde ſit varia & mutabilis. Quam in rem eximia vetuſtiſſimorum fragmenta adducuntur, ut non latere debuerint tantum Philologum, qui ſe idoneum putaret examinandis Camerarianis, talia ſunt :

πρὸς παρὲν γὰρ μῆτις ἐναύξεται ἀνθρώποις.

Ad præſens enim mens vegetatur in hominibus.

quod eſt Empedoclis ; & hoc Parmenidis :

*ὡς γὰρ ἕκαστος ἔχει κρῶσιν μελέων πολικαίμπετον,
τὸς νόος ἀνθρώποις παρκαταί—*

*Prout enim cuique comparatum eſt temperamentum
membrorum flexilium, ita mens advenit hominibus.*

De Homero autem, quaſi idem ſentiente, ſic ibi ſcribit Ariſtoteles : *Φασι δὲ καὶ τὸν Ὅμηρον ταυῶν ἔχοντα φαίνεσθαι τὴν δόξαν, ὅτι ἐποίησε τὸν Ἕκτορα ὡς ἐξέτη ὑπὸ τῆς πληγῆς, καὶ δει ἀλλοφρονέοντα. i. e. Ajunt autem & Homerium videri talem fovere ſententiam, quia faciſſet Hecctorem, cum dementa-ret ex icu, ἀλλοφρονέοντα, mente alteratum.* Hoc ergo noſter hic reprehendor invenire non potuit. At cito illud ex Il. ψ. 698 *ἀλλοφρονέοντα*, in Seberi nempe Indice Homeroico, cujus beneficio ubique in Homero verſatiſſimum ſe videri facit, cum nec hic Poetam introſpexerit. Nam & iſte locus nihil ad Ariſtotelem facit, cum non de Hecctore agat, verum de Euryalo in caſtuum pugna graviter afflicto.

Jam pro duabus falſis Notis accipiat totidem veras notator. I. Ad Il. α. 551, ubi *βοῶπις*, annotat, *omnia magna Graecos βοῶνα vocare. Sic, interjectis aliis, βῆπις quod legitur a-*

apud Alciphronem Ep. 62. est μέγας παῖς, puer adultior. Hæc ibi. Frustra autem quæres hoc apud Alciphronem iis epistolis quæ habentur. Sed forte is in animo habuerit locum ex Theophylacto Simocata Epist. 62, ubi : ἄλλοι τῆς ἀκμῆς ἐπιβαίνουσι, καὶ τὸ βεβαῖδες εἶναι κεκλήρανται. Certum est, convenit numerus. 2. Ad β. 287, ubi ἰππόβοτος, scribit præmissis aliis : Πρατρεὶα ἰππόβοτον ἐκρονίς Ηεφύχιος μεγαλόβοτον καὶ εὐγενον, magna & lata pascua habens. Additque, τὸ γὰρ ἵππος ὄνομα ἀντὶ τῆ μεγάλε τιθεταί. Hinc ἰππόβοτος de sado & magno scorto dixit Alciphron Epist. CLXXXIII. Plures videtur legisse Alciphronis Epistolis, quam habuit. Nam nunc quidem tot sunt, postquam apud nos ad 44 illas, quæ tunc extabant, accessere 72. Neque is tamen memoria lapsus est. Quæ si cui mira videntur, inspiciat fontes Scherpezelianos. Henrici Steph. Thesaurus : ἰππόβοτος — immane scortum. Alciphron. ep. 183 de prostitutissima meretrice, Μεγάλα ἢ ἰππόβοτος. Ergo & hic totidem aut plures habuit. Non; sed is forte scripserit, epi. 38. Pone punctum non ante sed post 1, transpone 83 & vide Alciphron. Lib. I, epi. 38 circa finem.

MARCI TULLII CICERONIS DE NATURA DEORUM Libri III, cum notis integris P. Manuzii, Petri Victorii, Joachimi Camerarii, Dionysii Lambini, Fulvii Ursini. Recensuit & notis illustravit JOH. DAVI-STIUS L. L. D. Canonic. Eliens. Accedunt Emendationes JOH. WALKERI A. M.

Cantabrigiæ, impensis Corn. Crownfield, 1718, 8.

Alph. I pl. I.

QUO vehementius omnes boni doluerant, felicissimam Cl. Gravis operam, quam Ciceronis operibus expoliendis pristinaque integritati restituendis impendebat, præmaturo ejus fato interceptam fuisse interpellatamque: eo majores a justis literarum æstimatoribus gratiæ debentur Reverendo Joh. Davisto, quod factam tanti viri obitu jacturam suo studio pensare, inchoatamque ab illo Ciceronis exornandi telam egregie per-

pertere non dedignetur. Indigebant scilicet libri intacti a Grævio relictis successoris digni cultura eo magis, quo & argu-
 menti nobilitate ceteris omnibus sunt præstantiores Philosophi-
 ci, & rerum obscuritate difficiliore, quoque pluribus ob libra-
 riorum ignorantiam mendis inquinati nativam fere elegan-
 tiam amiserunt. Eadem fata experti sunt exhibitihic de Na-
 tura Deorum Libri, quibus quantam lucem, quaque ratione
 fœneratus sit Cl. Editor, paucis explicabimus. Ut scilicet, quæ
 temporis longinquitas, calamique oscitantia corruperant, sana-
 ret, aptissima curandis libris remedia adhibuit, probatos codi-
 ces & ingenium. *Stephanica* editionis usum cum duobus opti-
 mis Codicibus MSSis, quos *Elienses* vocat, Joh. Morum Episc.
 Eliensem sibi concessisse testatur. Codicis quoque membra-
 nacei *Londini* servati copiam sibi a Richardo Bentlejo factam
 esse memorat. Nec parum se debere profitetur Richardo
 Laughtono & Josepho Waffio, quos *Cantabrigiensem* & *Bono-
 niensem* anni 1494 secum communicasse affirmat. Tandem
Gruteri editionem se secutum monet, exceptis iis locis, quo-
 rum aliam lectionem in notis suis suppeditaverit. His instru-
 ctus codicibus librorum horum emendationem molitus est.
 Neque vero tam serva superstitione a MSSorum autoritate pe-
 pendit, ut sua literam sede movere sacrilegium putarit. Sua-
 dente enim vel rerum natura, vel styli Ciceroniani indole, vel
 textus *ovæ Pœtæ*, vel dogmatum præpositorum ratione, voces
 immutare, augere, alias substituere non sibi duxit religioni.
 Præter textus emendationes, quicquid erat difficile, vel autoris
 parallelis locis, vel ex aliis veterum monumentis, Plutarcho,
 Xenophonte, Sexto Empirico, Diog. Laertio abunde explicuit,
 ita, ut nihil, quod lucem his libris commodare queat, præter-
 missum videatur. Integras quoque summorum virorum,
 quorum in limine meminimus, notas adjecit, quas singulas ex-
 pendit, & si quas inter easdem falsas comperit, modeste refu-
 tat. Accedunt in calce libri emendationes Cl. *Joh. Walkeri*,
 quæ quominus MSSorum subsidio adjunctæ sunt, cum ejus in-
 genio saltem debeantur, eo majori plausu dignæ sunt. Sed
 videamus specimina quædam, e *Davisi* primum, deinde &

Walkerii notis. L. I c. 1 p. 2 ea vulgaris lectio est : de natura Deorum tam variaz sunt doctissimorum hominum tamque discrepantes sententiaz, ut magno argumento esse debeat, causam, id est, principium Philosophiaz esse *scientiam*. Ibi ex MS. Eliensi egregie Davisius restituit *inscientiam*, genuinamque esse hanc lectionem rationibus declarat : *ignorationem* rerum scilicet fuisse in causa, cur homines Philosophiaz sese dederint, quod ex discrepantibus illorum sententiis colligi possit ; quoniam, si res liquido *scivissent*, una fuisset omnium consentiens vox, & in ejusdem sententiaz finem cunctorum perrexisset & convenisset assensio. C. 8 p. 17: Tum Vellejus fidenter, tanquam modo ex Deorum concilio, & ex Epicuri *intermundiis* descendisset : reponit *intermundiis*, licet MSS. non addicant, exponitque intermundia fuisse interjecta quaedam spatia inania inter mundos innumerabiles, ab Epicuro confictos, in quibus ille Deorum sedes constituit. C. 9 p. 17: Fuit quaedam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumscriptio metiebarur ; spatio *tamen*, qualis ea fuerit, intelligi *non potest*. Ibi expungit *rd non*, quoniam inserta particula *non* sensum consequentis cum antecedente eundem fundit, quod particula *tamen* diversum quid denotans admittere non videtur ; itaque explicat, idea spatii sive temporis abstracta concipi posse æternitatem. C. 14 p. 36 : Ita fit, ut DEUS ille, quem mente noscimus, atque in animi notione, tanquam in *vestigio* volumus reponere, nusquam profus appareat. In *vestigio* explicat Manutius, in ambiente circulo. Sed hanc explicationem absurditatis arguit Noster, cum mentem esse circulum nunquam Epicurus statuerit, potiusque alludatur ad *impressionem*, qua Deorum eognitio in animis nostris insculpitur. C. 15 p. 37 DEUM dicit esse fatalem *umbram* : ex MS. Eliensi restituit fatalem *vim*, cui omnia obnoxia sint. L. 2 c. 15 p. 134 : Solis calor candorque *illustrior* est, quam ullius ignis. Hoc loco expunxit *calor*, cum hic non sensu visus, ad quem *illustrior* respicit, sed tactu percipiatur, perstringitque Gronovium, vocem *calor* Ciceroni vindicantem, neminemque ita locuturum putat, nisi qui more Gronoviano loquatur. C. 16 p. 137 : Ordo *side-*

siderum, & in omni æternitate *constantia*, neque *naturam* significat, est enim *plena rationis*, neque fortunam; quæ unica varietati constantiam respuit. Lambinus reponit, est enim *expers rationis*, cum *natura* sit *ἄλογον*. At in eo carpit Lambinum Davisius, ostendens, verba ultima non ad *naturam*, sed ad *constantiam* esse referenda: neque vero naturam ut *ἄλογον* considerandam, cum ex Stoicorum, quorum hic persona agitur, sententia, illa sit *vis particeps rationis*, & si constantia motus siderum naturam excludere dicatur, saltem discrimen ex gradu dependeat, cum natura ex parte sit rationis capax, hæc vero plena rationis. Hæc de Davisio sufficiant. Aliquot jam Walkeri emendationes exempli loco succedant. L. 2 c. 3 p. 344: Prædictiones & præsentiones rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea, *quæ sint*, portendi, prædici. Ea constans est omnium lectio. Noster, cum præsentia non portendantur, ex rei natura reponit, quæ *futura* sint. C. 5 p. 345: In tantis siderum motionibus, tantisque vicissitudinibus, tam multarum rerum ordinibus, in quibus nihil unquam immensa vetustas *mentita* sit, quilibet statuatur necesse est, ab aliqua mente tantos motus gubernari. Hic Noster ex conjectura substituit, vetustas *mutaverit*; cum scilicet ex horum omnium ordine constanti inmutabilique supremæ mentis existentiam colligat. Autor locum quoque adjicit similia continentem ex Acad. L. 4 c. 38, ubi Cicero: Mundum ita esse undique aptum, ut nulla unquam vis queat *mutationem* moliri, nulla *senectus* diuturnitate temporum *efficere*, ut hic ornatus dilapsus occidat. C. 32 p. 348: Cum dicimus natura constare mundum, non ita dicimus, ut glebam aut fragmentum lapidis, aut aliquid ejusmodi; *nulla coherendi natura*, sed ut arborem, ut animal, in quibus ordo apparet. Hoc loco substituit *sola coherendi natura*, explicans mundi partes non tantum, *ὡς ἔτυχεν*, temere & fortuito coherere inter se, sed ut summus ordo in illis apparet; illustrat quoque ex Origenis loco *περὶ ἐνυχῆς*: τῶν κινεμένων τὰ μὲν τινὰ τὸ κινῶν ἔξωθεν ἔχει ὡς πρὸς τὰ ἀψυχα, καὶ ὑπὸ ἕξεως μόνης συεχόμενα. L. 3 c. 29 p. 357: Ille *Academicorum* more contra *communem opinionem* non dubitat pugnare ratione. Substituit:

Stoicorum more, cum illis licuerit in utramque partem disputare; *Stoicis* vero, uti Cicero in Parad. testatur, solenne fuerit ea sentire, quæ non sane probabantur in vulgus, & quæ, quia sunt admirabilis, & contra *communem opinionem*, ab ipsis *παιδοδοξα* appellabantur. Hæc argumento esse possunt, non communis esse saporis editionem nostram. Ceterum non magis omnes, qui literarum amore tanguntur, sibi devinciet Cl. Editor, quam si & reliquis, qui supersunt, libris Philosophicis suum ingenium commodet, deque erudito orbe tam bene & impotenter mereri pergat.

E LITERIS CHRISTFRIDI WÄCHTLERI, JCTI.

UT satisfacerem, quodammodo desiderio illorum, qui cuperent videre specimen legum in Pandectis per simplicem analysin expositorum, ac Titulum de Transactionibus mihi proponebant, nervum cujusque textus recitare volui, procul a reliquis ornamentis omnibus & fastu.

L. 1.

Ut ab etymo vocabuli inciperet Ulpianus, opponit eum qui transigit non gratis, illi, qui donandi causa & gratis paciscitur. Quod valde evidens est, & statim intelligitur. Non opponit transigentem illi, qui paciscitur; sed qui donationis causa paciscitur. Nam alias idem bis diceret: *liberalitate remittit*, & *donationis causa remittit*. Et quod mirum, laudat hanc distinctionem lectionis etiam doctissimis Noodt; *de Pact. & Transf. c. 3.*

L. 2.

Ulpianus duo ostendit schemata transactionis: alterum, si Aquiliana stipulatio illi accesserit, alterum, si citra illam pactum conventum fuerit factum. Sæpius occurrit in hoc titulo Aquiliana stipulatio. Præmittere ergo notitiam & hujus vocabuli voluit; §. 2 I. *quib. mod. toll. oblig. L. 18 §. 1 de acceptil.*

L. 3. pr.

Incipiunt hic difficiliore Scævolarum quæstiones. Canon est: privatis pactionibus & transactionibus non læditur jus ceterorum, ad quos ea res etiam pertinet, qui tamen cum reliquis non

non transegerunt. Si ergo transactio facta sit super hereditate inter heredem in testamento scriptum, & matrem defuncti ibi præteritam, servis in illo testamento manumissis & legatariis manet jus suum integrum; quia pactio inter heredem scriptum & matrem, ad hos non extenditur. Adhuc ergo petunt legata sua & manumissionem ex testamento, quod per transactionem istam non est rescissum. Porro si cavit sibi in ea scriptus heres pro certa parte onerum a matre simul ferendorum, indemnis erit: si non cavit, negligentia sua imputet. Neque ideo injuriam patientur legatarii & manumittendi.

§. 1.

Mater defuncti transegit cum herede scripto, & ex fidei commissio accepit quinquaginta: postea codicilli reperti, in quibus illi ex causa fideicommissi relicti sunt ducenti. Hic mater non ita transegit, ut renunciaret juri ex quacunque alia scriptura adhuc incognita competituro. Accipiet ergo, quantum ipsi pro parte sua adhuc deest, nec improbe dicet, se de codicillis non cogitasse. *L. 6 L. 12 b.* maxime vero in causa ultimæ voluntatis favor hic noviter reperorum admittitur.

§. 2.

Titius debitor, cujus pignus creditor non jure disfracit, cum Mævio, qui se legitimum creditoris heredem esse jactabat, accepto minime transegit, ut pignus reverteret: postea præfato testamento Creditoris apparuit, Septicium heredem esse, Mævium autem non fuisse: transactio illa non egreditur personam Titii & Mævii. Ergo si Titius agit pignoratitia adversus Septicium, eliditur actio exceptione transactionis, quam diximus, nequit. Rursus Septicius, condemnatus Titio, pecuniam Mævio, ut falso heredi a Titio numeratam conditione repetere contendit, sub prætextu hereditatis acceptam. Atqui transactio ista non egreditur iterum personam Titii & Mævii, neque Septicius ipse transegit cum Mævio. Neque Mævius tunc gessit negotium Septicii, sed proprium, & accepit, quasi heres legitimus creditoris. Ergo Septicius pecuniam illam non repetet a Mævio. Non dicit Scævola, Titium idem bis accipere debuisse, per remissionem a Mævio impetratam, & deinde per satis-

satisfactionem Septicius : sed quia minimo transegit, præterit prius illud.

L. 4.

Certum est, stipulationem a Gallo Aquilio JC. inventam omnes præcedentes obligationes omni modo novare, easque in verborum obligationem transfundere, atque hanc ipsam deinde per acceptilationem iterum statim perimi. *L. 8 §. 3 de acceptilat.* Acceptilatio autem, quæ est Juris Gentium, *L. 18 §. fin. d. t.* fieri non potest sub conditione. *L. 4 d. t.* Atqui legata etiam & fideicommissa, sub conditione relicta, in stipulationem illam similiter deducuntur ante existentem conditionem. Nec tamen ideo conditionaliter fit acceptilatio. Pure acceptum semper facio : id vero factum esse tum demum apparet tantum, si conditio extiterit. *L. 12 L. 21 d. t. L. 8 §. 1 de novat.* Ergo stipulatio Aquiliana etiam legata conditionalia, & fideicommissa sub conditione relicta, novat, & transformat in verborum obligationem, eamque per acceptilationem iterum perimit.

L. 5.

Dictum fuit, Aquilianam stipulationem perimere omnes obligationes præcedentes. *L. 4 b.* Operatur autem ex consensu contrahentium. Atqui in lites, de quibus non est cogitatum, non fuit consensus : & captiosam ac nimis liberalem verborum, quantumvis generalium, interpretationem averfamur. Ergo lites istæ per Aquilianam stipulationem non perimuntur, sed in suo statu retinentur. Nec moramur hic varias variorum lectiones : quando nulla nos urget necessitas.

L. 6.

Ex testamento nullæ possunt controversiæ proficisci, nisi verbis illius inspectis & cognitis. Ergo nec transigi de iisdem controversiis potest inter partes, sive suppressis dolo verbis testamenti, sive tabulis ipsis authentice non extantibus, neque veritas a judicio erui atque exquiri, iisdem non inspectis ac cognitis. *L. 3 §. 1 b.* Qui neglexerunt autem ea inspicere, cum possent, vel cognita habuerunt jam ante, iis nihil utique nec retentum nec suppressum fuit. Ergo meas Gaji perinde ad partes contrahentes,

hentes, sicut ad iudicem, recte extenditur. *L. 1 pr. testam. quemadm. aper.* Neque contrarium dicerent verba illius, si exarent libri integri, etsi illa his duabus legibus ansam dederint. Contra Jac. Labittum, & Gerh. Noodt. *Paulo, c 7 § de Pact. & Transact. c. 18.* Adde etiam Valeron. de Transact. Tit. 3 Q. 4.

L. 7. pr.

Transactio, accepto vocabulo proprie & in sensu tituli presentis, fit de re dubia & lite incerta, neque per sententiam finita: ne lis autoritate iudicis decisa disceptetur in contemptum illius de novo. *L. 1 b.* Nondum autem res est finita, si vel appellatio intercessit, vel potuit saltem appellari. Appellatio fit a re per sententiam iudicis inferioris hactenus decisa. Ergo transactio valet etiam post rem iudicatam, præsertim in casibus. *L. 11. b.* Conveniri tamen potest, ut solvatur iterum vinculum sententiæ & rei iudicatæ, quoties donationis causa & liberaliter aliquid remittimus. Ergo adhuc verum est, non transigi de re finita & certa, sed quasi de re dubia *d. L. 1 b.*

§. 1.

Etiam post rem iudicatam valet transactio Rei Principalis seu debitoris cum creditore, cui fidejussor erat condemnatus: quia res iudicata obstat tantum fidejussori, non debitori. Sicut ergo hæc transactio valet etiam post rem iudicatam, ita dissoluta causa tota liberatur etiam fidejussor. *L. 31 §. fin. de pact.* Et vicissim, si fidejussor ipse transigit cum creditore, cui erat condemnatus, res iudicata hactenus non dicitur perimi, eo sensu, quo hic vocabulo utimur: sed relevatur tamen sententia per id, quod a fidejussore datum est. Permittitur enim utique condemnato, relevare rem iudicatam. Add. Eman. Rom. Valeron. *de Transact. Tit. 2. Q. 8.*

§. 2.

Nam & quod circa alimenta transactum, & citra Prætoris autoritatem datum est, etsi ad convalidandam transactionem, & ad perimendam plane rem iudicatam non proficit, extenuat tamen hanc, & imputatur, ac si quid amplius debetur, itidem præstandum est. Ergo de alimentis relictis regulariter citra Prætoris autoritatem transigendum non est. *L. 8 b.*

Ttt

L. 8.

L. 8 pr. & §§. omnes.

Pulcherrima est illa L. 8, ac lætamur, maximam istius partem servatam esse etiam in Basilicis. D. Marcus enim, ne quis contentus modico præsentis, facile transigeret de alimentis in futurum relictis, sed interceptis, & repræsentatam pecuniam anticipando consumeret, vel aliter circumveniretur, neque ita voluntas ultima haberet exitum, noluit transactionem ratam esse alimentariam, quæ autore Prætoris facta non esset. Planissima autem sunt pleraque prolixissimi hujus textus. In §. 2 tamen mendum est notabile, atque ita supplendum, ut sensus sibi constet, qui plane est turbatus: *Idem erit dicendum, si & mortis causa donatione relicta sint, vel ab eo, cui mortis causa donata, relicta sunt*; per fidei commissum scilicet §. 5. Debemus hoc Ant. Fabro, & Gerhardo Noodt, *de pact. & Transf. c. 17.* In eodem §. 5 permittitur transactio legatario, (cui aliquid erat relictum, ad alimenta Sejo præstanda,) cum herede. Heredi autem cum alimentario non item permittitur. Coniungendus autem perspicuitatis causa est §. 1 cum §. 12, 13, 14, atque iterum §. 7 cum §. 23, porro §. 6 cum §. 24, 25 & tunc prompte intelliguntur. Subtilem imprimis dolum per sub & obreptionem forensis coercet Ulpianus §. 20. Sed & tota hæc lex octava speculi vicem habeat, in quo cernas inimitabile studium & circumspersionem Boni Principis, cui quotidie exhibentur transactiones sive de feudis sive de *alodiis* per ultimas voluntates aut aliter relictis, ad impetrandam autoritatem publicam. Tametsi enim D. Marcus loquatur tantum de alimentis ad ultimas voluntates spectantibus; possis tamen exemplum inde capere, quod ad utilitatem Reipublicæ Juriumque Principis, etiam alibi cum laude incomparabili applicetur. In §. 25 & ultimo dicitur: *licet ruina vel incendio subjecta transactio est*: ubi Feltmann supplet, *subjecta domus, de qua transactio est*. Integrum hunc textum succincte & methodice tractatum a se gloriatur Bachovius, *Hq. c. 2 n. 6.* Adde etiam Valeron. *de Transact. Tit. 3. Q. 3.*

L. 9 pr.

Diximus ad L. 3 h. privatis pactioibus & transactionibus non lædi jus ceterorum. Ergo qui de sola portione sua egerat

&

& tranſegerat cum tutoribus, recte agit deinceps adverſus eosdem, etiam ex perſona fratris ſui, cui poſtea demum heres extiterat. Nam in prima actione non tranſigebat generaliter, & eum extenſione ad jus poſtea ex ſucceſſione quaſſitum, ſed de ſua tantum portione. Si igitur privatis pactioibus non læditur jus ceterorum nondum tranſigentium, exceptione tranſactionis non ſubmovebitur, qui nunc agit ex perſona fratris ſui, qua heres. Diſpar eſt textus in *L. 122 §. fin. de V.D.* Nam adverſus fratrem ſuperſtitem ibi ideo pronuntiabatur, quia in diviſione hereditatis paternæ caverant ſibi duo fratres, *nihil ſe contra illam facturos* : videbaturque adeo ſuper fidei-commiſſo paterno ſimul tranſactum, eique renunciatum; quod tamen debebat ſervari integrum, & diſerte excipi. Quale nihil eſt in *L. 9. b.*

§. 1. & 3.

Canon : tranſactio, quæcunque ſit, de iis tantum eſt interpoſita, de quibus inter convenientes placuit, quia conſenſum alium pacificandi non habuerunt. Neque aliud dicitur in §. 3. Sed in eodem tamen non vidit τὰυτὸ neque Dion. Gothofredus, neque G. Noodt, quod ita emendavit Cujacius, ac deinde probavit Ulricus Huberus : *pactio tranſegit : qua tranſactio in iis tantum (quamvis major XXV annis eam interpoſuit) obest, de quibus actum probatur ; non autem, quorum actiones competere ei poſtea comperitum eſt : iniquum enim eſt, periri pacto id, de quo cogitatum non docetur.* Eunom. *b.*

§ 2.

Ergo tranſactio ab eo non eſt interpoſita, qui per fallaciam & aperto dolo coheredis, ignorans univerſa, quæ in vero erant, tranſegit, & plane non pacificitur ſed ſimpliciter decipitur. Ergo is nec Aquiliana ſtipulatione opus habuit : & ipſo jure tutus eſt, citra actionem de dolo : qui neminem relevat. *L. 63 §. 7 pro Soc.* Accipiunt quidam inepte hunc textum de eo caſu, ubi *de univerſitate* agitur, ob verbum, ignorans *univerſa.*

L. 10.

Si pater cum aliquo tranſigat de re filiorum, quos in poſtate habet, non amplius poteſt quam tutor, & iisdem regulis adſtrictus eſt ; etiamſi habeat adminiſtrationem privilegiam

giatam. Ergo de re filiorum, quos in potestate non habet, frustra transigit. Quod si transigendo plane etiam obfuerit illis ac dannum dederit, multo tenebitur magis. Debetur enim parentibus reverentia; dum tamen nihil ab ipsis in detrimentum filiorum fiat *Nov. 155. Illustr. Lyncker. de Transact. aph. 9 & in Comment. h. n. 5.*

L. 11.

Quod dixerat Ulpianus *L. 7 pr. h.* hic nunc ampliat: transigi posse, etiam si post rem judicatam appellatio non intercesserit, dummodo lis subesse adhuc possit: puta, si hoc ipsum incertum sit, aut ignoretur, an judicatum sit, vel, an sententia valeat. Tunc enim Rescripto Antonini locus est, cum de sententia indubitata transigitur: cujus rescripti mentio fit in *L. 23 §. 1 de condict. indeb.*

L. 12.

Limitat hic Celsus ea, quæ dicta erant *L. 6 L. 9 §. ult. h.* de inspiciendis ante omnia verbis testamenti, id enim secus est, si quis per imprudentiam causetur, de sola prima parte testamenti, non & de posteriori se cogitasse; quum tamen totum illud esset exhibitum. Quod si post transactionem demum proferantur codicilli, quorum idem est favor, eademque auctoritas, utique tenendus est, qui ait, de iis se non cogitasse. Non enim nudum prætextum allegat, sed veritatem rei *L. 3 §. 1 h. L. 19 L. 29 C. eod.* neque adeo certitudo vel incertitudo antecedere potest inspectionem codicillorum. Schilter *Exerc. 9 n. 9 lit. c.* Hic enim nova documenta novam etiam causam debendi aperiunt.

L. 13.

Si inter privatos transactio, decidendi negotii causa interposita, mandato generali in universon non continetur, *L. 60 de procurat.* Principis certe procuratori non licebit transigere Principe inconsulto. Itaque nec dominium transfert procurator, si vendat vel donet, nisi consensu ipsius Principis tradat. *L. 1 §. 1 de offic. proc. Cas.* De libro Macri vice sumæ, add. *Gromov. de pecun. vet. L. 3 c. 13.*

L. 14.

Status causæ post ea, quæ inter Gerh. Noodt passim, & Ulicum

ricum Huberum in Eunomia disputata sunt, in aprico est. Orta erat controversia inter legitimum & scriptum heredem, uter vocatus esset vere ad hereditatem? & uter alterum excluderet? cum neuter adhuc adiiisset. Incertum hoc successionis quum tandem transactione finitum esset ita, ut quilibet hereditatem pro parte, quam uterque in transactione expresserat, haberet, respondit Scævola, vi transactionis utrumque etiam pro illa parte utilibus actionibus simul conveniendum esse a creditoribus. Et quia controversia ista non esset per sententiam iudicis, sed transactione, (quæ rem hec tenus relinquebat in dubio, uter alterum excluderet) finita, de directis actionibus non poterat Scævola respondere: quum illæ dentur tantum contra eum, qui certo jure heres est. Reliqua verba textus, *si iidem creditores essent, si alii creditores essent, vel, transactioni interessent*, in litura sunt, eruntque, donec lectionem Florentinam V. Cl. Henrici Brenkmanni videbimus. Haloander enim edidit, sicut in Græco repperit. Græcus autem scholiastes discessit a textu Græco, & eo ipso has nobis turbas fecit. Terque adeo excussit hæc Ger. Noodt: primum 1679, deinde 1691, ac tandem 1713, tactus eo nomine etiam illustr. Lynckero, *Comment. b. n. 18.* His adde Valeron. *de Transact. Tit. 5 Q. 8.*

L. 15. L. 16.

Ad L. 4 h. respiciant duo illa Eurenatica sive consilia, Pauli & Hermogeniani: alterum de adiectione patris, alterum de pœna & nova clausula simul, *rato manente pacto*, vel *manente transactionis placito. L. 17 L. 40 L. 41 C. b.* Alias si debitor rumpat transactionem, exceptione quidem repellitur, & pœna committitur, sed debitum principale perire, æquo animo ut creditor ferat necesse est. Utroque igitur commodo utetur, si utramque clausulam adhibuerit. Cujac. *b.*

L. 17.

Debitor hereditatis transfegit cum creditore suo, ignorans, illum jamjam vendidisse hereditatem, atque emtori omnes actiones hereditarias mandasse vel cessisse. Emtor igitur si postea idem debitum a debitore denuo exigat, utilem contra ipsum habet exceptionem negotii cum venditore transfacti, quo tempore is rem totam hanc ignorabat. Quod si sol-

visset etiam debitor pecuniam transactam venditori, ipso jure liberaretur. Si transegit tantum, exceptio ei competit etiam contra tertium. *Utilis* scilicet: dicitur enim ei *accommodari*. Directa autem daretur tantum contra eum, cum quo transegit. Eodem modo accommodantur, per inflexionem quandam, exceptiones, sicut actiones & interdicta. Barn. Briffon. *de V.S.b.* Ant. Faber *Conject. Lib. 12 c. 2 sqq.* In toto titulo hoc tamen nullibi fit mentio actionis ex Transactione: in *C. eodem*, bis actionis præscriptis verbis. *L. 6 L. 33.* Hier. de Oroz *de Apic. Jur. Civ. L. 3 c. 12 n. 6.* Ergo si sciebat, hereditatem jam venditam esse, aliter dicendum. Idem est, si fidei commissarius, qui hereditatem fidei commissam restitutam accepit ab herede, exigat a debitore hereditatis, de quo ille cum herede, per similem ignorantiam, post restitutam hereditatem jam transegerat. Quæ similitudo argumentandi ad fideicommissum Papi- niano, cujus est hic textus, frequens etiam alibi.

Habes analysin singulorum hujus tituli textuum, ex ver- bis ipsorum, ut plurimum unice desumptam, & perraro ex aliis quibusdam capitibus illustratam. Sic enim scribunt veteres Jcti, ut plerique articuli stappeditent ipsi nervum legis, in verbis latentem. Quandoque etiam in iis luxuriant: aliquan- do tamen occurrunt textus paulo steriliores, quibus aliunde subsidia sua petenda sunt. Dedi ergo operam, ut in omnibus essem satis perspicuus ac brevis. Ineptum enim est, excurre- re in hoc studio ad fines juris universi, & colores quærere ad exornandum textum, qui sua luce plerumque radiat. Neque deterreat nos hoc genus scribendi parum suctum, & quodamo- do implicatum. Si enim vel unicuique titulum absolveris, fu- turum spondeo, ut titulus sequens longe fluat facilius. Recur- runt enim toties eadem principia juris, & ipsum idioma Jcto- rum nobis fit familiare, etiam non cogitantibus. Fructus au- tem hujus instituti erunt oppido suaves ac dulces. Postea enim promptum erit, consonantiam omnium doctrinarum Juris com- binare iterum inter se; quod impossibile est illis, qui per Syste- mata incedunt primis statim annis, ubi mens nostra nondum imbuta est introductione & præparatione ad interiores rationes ejus, quod justum est. Systemata autem inventa sunt ad repe-
tenda

tenda iterum summa illa capita, quæ nobis jam pridem debent esse exposita, ac nunc instar subsidii pneumonici crebro in memoriam tantum revocanda. Aut cogitandum vero foret de alio plane schemate systematico, in quo singula præcepta demonstrantur statim per evidentem analysin aliquot textuum. Quale quid aggressus est J. C. nostra laude major, Gerhardus Noodt, ad corpus Pandectarum; cui operi ut superesse finemque imponere queat faustum, serio exoptandum. Nam alioquinis frequens est, ut Nostri Commentatores desinant ibi ubi omnium maxime successus prosperitatem ab iis expectassemus.

HISTORIÆ MEDICINÆ UNIVERSALIS
Periodus Quinta; Autore ANDREA OTTOMARO
GOELICKE, Medico & Professore Regio.

Francofurti ad Viadrum, ap. Jo. Godofredum Conradi, 1719, 8.
 Alphab. 1 plag. 2½.

Absolutis quatuor prioribus in describenda Historia Medicinæ Universalis Periodis, prout in Actis nostris hoc ipso anno p. 228 monuimus, quintam nunc aggreditur clarissimus Goelicke, qua Univerſa Hippocratis Cui Medicina sistitur. Hic scilicet in Insula Cos circa finem seculi trigesimi quinti natus genus suum ad Æsculapium & Herculem, adeoque ad stirpem Regiam, retulit. A Patre Heraclida & Prodicò Gorgiaque in Arte salutari instructus, sectæ Dogmaticæ primus stator atque conditor fuit, rationem cum experientia tam feliciter conjungens, ut æqualem ea in re neminem ante se habuerit; cujus hinc fama tam late diffusa fuit, ut Reges consilium & auxilium ejus expeterent. Religionem ejus quidam tantopere evexerunt, ut etiam Theologiam Hippocraticam ex scriptis ejus eruere non dubitaverint, alii vero suspectam habere, imo Atheismi notam Coo nostro inurere ausi sunt; quam ultimam tamen opinionem Autor ante hos sex annos in Oratione Inaugurali jam refutavit. Quoad placita Hippocratis, omnium quidem errorum non immunis hic pronuntiandus, nec tamen debitis ac meritis suis laudibus interea defraudandus est. Quemadmodum autem Medicina omnium artium nobilissima existit, verum propter eorum, qui eam exercent, ignorantiam, & qui temere de his judicant, imperitiam

p. 428.

443.

451.

tiam omnibus artibus inferior habetur; ita ideam boni Medici Hippocrates hinc inde in scriptis suis graphice delineat. Qualem autem in Physica, Physiologia, Pathologia, Anatomia, Chirurgia & Materia Medica se gesserit, qualiaque reliquerit scripta, seorsum exponit Gœlickius, quæ singula recensere, supervacaneum esse ducimus, utpote nulli incognita, qui diurna nocturnaque illa versant manu. De Autore nostro quædam adhuc sunt notanda. Negat scilicet hic partum octimestrem juxta Hippocratis placitum sua natura vitalem non esse; ovaria mulierum, vasa lymphatica & lactea ad mammas tendentia, Coo cognita fuisse; naturam insimul crifum explicat; & doctrinam de signis tam diagnosticiis quam prognosticiis tam dextre calluisse Hippocratem dicit, ut hodieque omnibus medentibus admirationi sit, idque vel ex eo patescere, quod, cum non pauci Medici multas novas hypotheses in Medicinam introduxerint, in doctrina tamen de signis nihil mutarint. Affectus postquam commemoraverat Noster, quorum mentio apud Hippocratem facta reperitur, nullo modo eos excusandos esse putat, qui omnia promiscue, quæ hodie inventa sunt, nostro Medicorum Principi vindicare non erubescunt, & loca quædam ex ejus scriptis inventa & repugnante ipsa morborum indole allegare novisque morbis applicare allaborant. Et hisce veteribus minus cognitis affectibus annumerat Variolas, Morbillos, Luem Veneream, Febrem Hungaricam, Purpuram puerperarum, sudorem Anglicum, Rachitidem, aliosque. Porro Chymix peritum fuisse Hippocratem, constanter negat, felicem vero eundem deprædicat in Historia morborum consignanda, utpote quam tanta cum solertia tractavit, ut hodieque ruborem & pudorem incutiat Medicis speculatoribus, a prisca illa observandi ingenuitate turpiter descendentibus, fidemque historicam mirifice temerantibus. Denique monet Gœlickius, editionem Vanderlindianam operum Hippocraticorum multo deterioris esse conditionis, quam Fœsianam, utpote ad Manuscriptorum fidem castigatam & egregiis annotationibus illustratam. Sed nec reticendum est, præmissam esse huic Periodo Præfationem Autoris apologeticam, Vindiciis Recensionum atque Censurarum Hallensium oppositam.

ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsia

Calendis Decembris, Anno MDCCXIX.

HISTOIRE DE L'ACADEMIE ROYALE DES
Sciences Annee MDCCXV.

h. e.

**HISTORIA ACADEMIÆ REGIÆ SCIEN-
tiarum A. M DCCXV cum Commentariis Mathema-
ticis, & Physicis.**

Amstelodami, apud Petrum de Coup, 1719, 12 reg.
Plag. 26 Tabb. xn. 10.

IN *Physica generali* gemmam describit de *Reaumur*, quam nostrates *Turcis*, Galli *Turquoise*, nonnulli ex *Plinio Callaidem* vocare solent. Reperit, has gemmas esse animalium ossa, cum earum mineras in Gallia obvias perscrutaretur, quæ succo quodam petrifico in formam lapidum vertuntur & in igne colore cœruleo tinguntur. Evidentissima ratio hæc est, quod mineræ dentium & ossium figuras referant & ubi imperfectæ fuerant, structuram quoque ossium internam habeant. Ex literis *Leibnitii* narratur, quod prope Cizam in nostra vicinia canis quidam plurima verba Germanica & nonnulla Gallica, veluti *Thé, Caffé, Chocolat, Assemblée*, repetere potuerit, cum a magistro, qui ipsum erudiverat, pronunciarentur: cuius rei testes oculati complures apud nos degunt. *De la Hire* quantitatem aquæ pluvialis A. 1714 reperit 14 dig. 9½ lin. Maximam barometri altitudinem observavit 28 dig. 5 lin. d. 7 Decembr. minimam vero 27 dig. 1½ lin. inter 9 & 10 Maji: declinationem acus magneticæ circa finem Decembris 11° 30' versus occidentem.

In *Anatomicis* describit *Littre* massam singularem 9 librarum,
U u u.

brarum, quam die 15 mensis decimi loco infantis enixa est foemina 29 annos nata, a lapsu graviore, qui circa finem mensis secundi gestationis contigerat. *Winslow* refert, situm cordis non esse verticalem, quemadmodum vulgo putatur, sed fere horizontalem, & orificium ventriculi alterum esse superius, alterum inferius, quemadmodum annotarunt veteres. Memoratur etiam exemplum foeminae urinam per vomitum reddentis, & exemplum purpuræ contagiosæ, ita ut hoc malo corripere-
rentur, qui cadavera humo demandaverant. Coniunguntur Tractatus, quos *Vieussens* de liquoribus corporis humani, de structura & causis motus naturalis cordis & de structura auris A. 1715 edidit. *Roubaux* de placenta uterina & membranis foetus; *Petit* de quibusdam functionibus oris disserit.

In *Chymicis* recenset *Boulduc*, quæ circa petroleum observavit, scilicet quod accendatur, etiamsi flamma candelæ superficiem ejus non attingat, quod in vase calefactum flammam attrahat, quod in aqua ardeat, quod ipsi spiritui vini rectificato supernatet, quod unica gutta in superficie aquæ per intervallum hexapedæ expandatur, filamentis colores prismaticas reflectentibus, quod gelu nullam inducat mutationem, quod destillatum nihil phlegmatis, nihil spiritus salini, sed solum oleum reddat, exigua quadam materiæ crassæ quantitate relicta. *Lemery junior* Phosphorum parare docet ex omnibus fere materiis vegetabilibus & animalibus, *Homborgii* exemplo alumine admixto. Inflammat Phosphorus solo aere. *Godofredus junior* docet, quomodo experiri possimus, utrum oleum Lavandulæ oleum terebinthinæ, an spiritum vini admixtum habeat, quibus in eo adulterando uti solent.

In *Botanicis* refert *Jeaugeon*, tres milites Germanos A. 1714 animam subito efflasse, quod cicutariam aquariam sive palustrem comedisent. Ventriculus in duobus fuit corrosus, in uno hinc inde perforatus. *Fontenellius* recenset epitomen Historiæ plantarum usualium, quam A. 1715 secunda vice edidit *Chomel*.

In *Geometricis* methodum tradit *Nicollus* determinandi naturam curvarum, quæ infinitas alias positione datæ sub angulo

angulo constante fecerit. De hoc problemate plura jam dicta sunt in Actis Anni superioris p. 248. Qui ibidem dicta cum methodo *Nicollana* contulerit, videbit, quantum in abstrusa hac materia profecerit *Nicollus*. Difficultates de *rota Aristotelis* solvit *d'Ortous de Meyran*, scilicet cur duo circuli concentrici circa commune centrum rotati describant eandem lineam rectam eamque peripheriæ majoris æqualem. Ratio petitur a compositione motus rectilinei & circularis, unde pro minori circulo enascitur motus radens, *Gallilæo* non animadversus & *Tacquetto* perperam improbatus, quorum uterque frustra tentavit problematis solutionem. *Varignonius* occasione seriei infinitæ $1-1+1-1+1-1+1-1$ &c. quam *Grandus* crediderat esse $=\frac{1}{2}$ & unde intulerat $0+0+0+0+0$ &c. infinitum seu infinita nihila esse $=\frac{1}{2}$, de usu serierum infinitarum cum more *Mercatoris* per divisionem, tum more *Newtoni* per extractionem radicum quæsitaram nonnulla annotat, ad earum abusum præcavendum utilia.

In *Astronomicis* observatores assidui *Cassinus* atque *Marraldus*, commodam A. 1715 occasionem nacti, cum cura observarunt Saturnum, & singularia nonnulla annotarunt. *Marraldus* d. 25 Martii per telescopium 114 pedum Saturni faciem vidit, qualis apparere solet facies Jovis per telescopium pedum 34. Ansa enim destitutus tres exhibuit fascias obscuras inter se parallelas. Primus quoque mortalium eodem die h. 11 observavit eclipsin quarti Satellitis Saturni & d. 26, 27, 28 atque 30 Martii omnes Saturni Satellites una conspexit. Nullam tamen potuit in Saturno notare maculam, quamvis oculi aciem omni vi in eum intenderet. A. 1696 mense Augusto duas jamdum observaverat in Saturno ansato fascias. Singularibus autem rationibus evincit, fascias istas non inhærere disco Saturni, sed notabili intervallo ab eodem removeri. Fasciam mediam umbram annuli esse agnoscit; laterales pro nubium umbris habet *Cassinus*. Annum constare ex multitudine Satellitum valde propinquorum & in atmosphæra Saturni admodum vasta sitorum, idem arbitratur. D. 12 Octobr. Saturnum una tantummodo ansa præditum observavit *Marraldus*,

orientali absente: a die autem 14 Octobr. usque ad 1 Febr. rotundus apparuit. Multa ex observationibus suis deducit ad phaenomena annuli praedicenda utilia. Plures commemorantur observationes eclipsios magnae Solaris, quae d. 3 Maji A. 1715 contigit. Tempore obscuritatis maximae *Cassinus* atque *Maraldus* viderunt Mercurium atque Venerem. Fuit autem ista obscuratio digitorum $11\frac{1}{4}$. Tempore eclipsios observata fuit in Sole macula, a Luna tecta, & deinde rursus re-tecta, quae quidem observatio hactenus sine exemplo. *Cassinus* circa Solem in maxima obscuracione deprehendit Coronam lucidam latitudinis plurium graduum. *Delisle* junior advertit, spiritum in thermometro ab obscuracione sexti digiti usque ad finem eclipsios descendisse, postea vero rursus ascendisse, *De Louville* cum instrumentis necessariis in Angliam profectus, ut ecliplin Londini observaret, cum ibidem totalis esset. Socias operas praestitit *Hallejus*. Apparuit quoque Londini in obscuracione totali corona coloris argenteae circa Lunam ea fere forma, quae esse solet coronis a pictoribus Sanctorum capitibus adpingi solitis. Eam pro atmosphaera lunari habet cum aliis *de Louville*, cujus existentiam variis argumentis confirmat. Primus quoque observavit tempore obscuracionis totalis certas quasdam fulminationes seu vibrationes instantaneas radiorum luminosorum in superficie Lunae; observarunt tamen cum ipso idem phaenomenon alii telescopio usi. Putat fulgura fuisse in atmosphaera lunari. In maxima obscuracione literas a se exaratas legere non potuit. Vidit Jovem, Mercurium, Venerem, oculum Tauri, & quasdam fixas secundi honoris. Circa finem eclipsios etiam per medium lentis objectivae conspectus limbus Lunae rubuit. Immo per ecliplin integram lumen Solis, antequam interciperetur, a limbo Lunae orientali appropinquante palluit: quod tamen phaenomenon non comparuit in limbo occidentali, cum Solem linqueret. Viderunt denique *de Louville* atque *Hallejus*, cum eclipsis vix semidigitum superasset, partem cornu obscurati a reliquo quasi avulsam, quale phaenomenon per tubum spectatur in Sole oriente lucido, ubi atmosphaera multis fuerit vaporibus

ribus oppleta. His argumentis, ut diximus, utitur *de Louville* ad atmosphæram lunarem stabiliendam. Sed cum sint in Academia Scientiarum, quibus atmosphæra lunaris minus probatur, propterea quod fixæ a Luna occultandæ vel ex occultatione emergentes nullam patiantur figuræ motusque mutationem; coronæ lunaris in eclipsibus solaribus apparentis rationem aliam quam refractionem in atmosphæra factam, reddere conantur. Petunt eam *Delisle junior* & *de la Hire* a radiorum inflexione, quam *Grimaldus* detegit & *Newtonus* in Optica confirmavit, hincque circa corpus opacum rotuadum Soli objectum coronam lucidam apparere experimentis confirmant. Hæc tamen experimenta parti adversæ non visa fuisse decisiva, unde in occultationibus Veneris atque Jovis a Luna tum factis cum cura attenderunt, num quædam apparitura sint phænomena, per quæ dubia circa existentiam atmosphære lunaris ortæ tolli possint. Quamvis autem *de la Hire*, *Cassinus*, *Maraldus*, *Delisle*, *de Louville* omnem in observando solertiam adhiberent, neque tamen in observatione, neque in observatorum explicatione consenserunt. Mittimus ea, quæ de his eclipsibus & maculis solaribus commemorantur. De *Malezicus* ope Gnomonis A. 1714 erecti (de quo diximus in Actis hujus anni p. 348) cum æquinoctia hujus anni observasset, quantitatem anni Gregoriani 365 d. 5 h. 49' confirmavit. Quomodo vitra objectiva a tubi optici molimine liberanda sint, *de la Hire* docet.

In *Mechanicis* suas de vorticibus in fluidis excitatis meditationes prosequitur *Saulmon*, & *de la Hire* circa longitudinem penduli in horologiis oscillatoriis nonnulla annotat.

Obierunt A. 1715 *Morinus*, *Lemery*, *Homborgius* atque *Malebranchius*, quorum elogia sub finem Historiæ, ut solet, subjungit *Fonsellius*.

Ludovicus Morinus natus est d. 11 Julii 1635 Cenomani ex parentibus honestis, sed tenuioris fortis, in primis cum liberi ex ipsis procreati essent sedecim. Ab incunte ætate cum studio Botanico delectaretur, tyrocinia posuit apud pharmacopolam oppidi, & herbas in pratis vicinis collegit. Pedibus, instar

Botanici Parisios ivit, Philosophiæ operam daturus : quo studio absoluto ad Medicinam se convertit. Modico pane & aqua contentus praxi Medicæ operam dedit. A. 1662 Doctor Medicinæ creatus socias operas contulit ad Catalogum plantarum horti regii, in quo condendo *Fagon, Longuet & Galois* desudabant, quique A. 1665 sub *Valloti* Medici primarii nomine prodit. Medicus ptochotrophii factus (quam spartam expectando ornaverat) quæ meruit stipendia, in ægrotos contulit, paucis quippe ipsemet contentus. Cum, urgente *Dodarto*, amico intimo, locum Archiatri, quem Guisla offerebat, accepisset, plus incommoditatis quam commoditatis sensit, quod rheda vehi opus haberet: unde, mortua Principe, pedes rursus incedere maluit, licet post mortem ipsius adhuc stipendio annuo 2000 librarum frueretur. Victum tamen reddebat lautiozem, addita panis oriza in aqua cocta. A. 1699 in Academia Scientiarum *Dodarto* adjunctus fuit Botanicus, in cuius deinceps A. 1707 locum successit. *Tournefortio* A. 1700 iter in orientem faciente, plantas demonstravit in horto regio: quam obreum redux novam, quam apportabat, plantam in ipsius honorem *Morinam orientalem* vocavit. Ætate profectus famulum adscrivit & victum diurnum uncia vini una auxit. Ab anno ætatis 78 lecto constanter adhæsit, donec anno 80 ob solum virium defectum extingueretur, relictis indice amplo Græco atque Latino in *Hippocratem*, bibliotheca 20000 circiter imperialium, numismatibus & Herbario, una cum Diario observationum meteorologicarum continuis 40 annis factarum. Hora septima cubitum ivit & secunda matutina iterum surrexit. A conversatione fuit alienus.

Nicolaus Lemery natus est Rothomagi d. 17 Novembr. A. 1645. Pater erat Procurator in suprema curia Normannidiz, religioni reformatæ addictus. Apud pharmacopolam Rothomagensis pharmaceuticæ operam dedit atque A. 1666 Chymicæ gratia Parisios venit: sed cum *Glaferus*, demonstrator chymicæ in horto Regio, non satis faceret desiderio ipsius, iter per Galliam fecit atque Montepessulano apud pharmacopolam chymicam exercuit & juvenibus studiosis eam explicuit, praxi

praxi etiam Medicæ operam dedit, etsi Doctoris titulo careret. A. 1672 Parisios rediit, ibique cursum chymicæ conscripsit, quæ magnam sibi famam conciliavit. Egit pharmacopolam, cum Doctorem Medicinæ agere posset, atque chymicis lectionibus multorum curiositati satisfacere, quos inter *Robault, Bernier, Auxout, Regis, Tournesort*. Confluebant etiam exteri, & medicamenta ipsius in pretio habebantur. Primus dissipavit tenebras chymicorum & artem perspicue tradidit. Cursus chymicus prima vice lucem adspexit A. 1675, sæpius recusus & in linguam Latinam, Germanicam, Anglicam atque Hispanicam versus. Turbis ob religionem A. 1681 exortus, Elector Brandenburgicus per *Spanhemium* legatum suum in Gallia ipsum Berolinum vocabat; sed Parisios relinquere durum videbatur, quamdiu tolerabatur. Ast cum tolerantia non amplius esset locus, A. 1683 in Angliam profectus Carolo II Regi quintam cursus sui editionem obtulit: inde profectus, cum non reperiret, quæ quæsierat, circa finem A. 1683 Doctoris Medicinæ gradum adoptavit in Universitate Cadomensi, ut Parisiis securior degeret. Enimvero ubi anno 1685 edictum Nannetenſe revocabatur, Medicinæ exercitiū ipsi interdictum, & fortunæ everſæ: quæ calamitates ipsum tandem permoverunt, ut cum tota familia A. 1686 ad castra Pontificiorum transiret. Mox itaque recepit licentiam praxeos Medicæ & pharmacopolii instruendi, magno suo cum emolumento. A. 1697 edidit Pharmacopiam universalem & Tractatum universalem de medicamentis simplicibus. Etsi chymicus, remediis tamen chymicis non nisi magna circumspectione usus. Etsi pharmacopola, remedia tamen pauca ex tanto numero in usum praxeos selegit. A. 1699 locum chymici adjuncti nactus & tandem *Bourdelino* successit. A. 1707 Tractatum de antimonio publicavit. Apoplexia extinctus obiit d. 19 Jun. 1715.

Gustichmus Hombergius lucem adspexit d. 8 Jan. 1652 *Batavia* in insula *Java*. Parens *Joannes*, *Quedlimburgensis* Saxo, belli tricennalis incommoda sentiens in Indiam orientalem profectus. Notatu maxime dignum, quod *Hombergius* noster habuerit sororem, quæ anno ætatis octavo maritum duxit &

anno

anno nono prolem in lucem edidit. Rediit pater ex India Amstelodamum, ubi per plures annos commoratus cum familia sua. Filius in Academia Jenensi & Lipsiensi studio Juris vocavit & A. 1674 in numerum Advocatorum Magdeburgensium adscitus: proprio tamen Marte Botanicam & Astronomiam didicit, & experimentis *Ottonis de Guericke*, Consulis Magdeburgensis, antilix pneumaticæ inventoris, ad studium Physicæ allectus. Pragam deinde abiit, ubi Medicinæ, atque imprimis Anatomix ac Botanicæ operam dedit; Bononiæ autem phosphoro Bononiensi, & Romæ vitris poliendis. Ex Italia in Galliam venit, inde in Angliam profectus laboratorium *Boyllii* invisit. Ex Anglia in Hollandiam trajecit, ubi sub *Grassio* Anatomiam excoluit. Rediit ex itinere satis diuturno Quedlinburgum, & mox in Academia Wittebergenfi titulum Doctoris Medicinæ adscivit. Berolini *Kunckelium* convenit, & ab eo phosphori inventum didicit, communicato eidem invento virunculi meteorologici *Guerickiano*. Metallorum cognoscendorum gratia metalli fodinas Saxonix, Bohemix ac Hungarix invisit, & in ipsam Sueciam penetravit, ubi in Laboratorio chymico regio cum *Herna* Chymiam excoluit. In itineribus hystoriæ naturali & singularibus artis attendit. Ex Suecia tertia vice in Hollandiam, & secunda vice in Galliam rediit; sed cum Patre urgente abitum pararet, *Colbertus* jussu Regis eum in Gallia retinuit. A. 1682 religionem Pontificiam amplexus, a patre exheredatus fuit. Mortuo A. 1683 *Colberto*, A. 1685 Romam abiit & praxi Medicæ vacavit non sine applausu. Aliquot annis elapsis denuo Parisios rediit & cum A. 1691 directio Academiæ Scientiarum *Bignonio* committeretur, ab eodem *Homburgius* in eandem receptus, ipsique laboratorium Academiæ commissum. A. 1702 Serenissimus Princeps, Dux Aurelianensis, cum Chymix & Philosophiæ experimentalis cognoscendæ desiderio flagraret, stipendium annuum ipsi decrevit & laboratorium Chymicum sine exemplo instruxit. A. 1705 ad dignitatem Archiatri eundem evexit, spreta eadem dignitate ab Electore Palatino cum insignibus emolumentis oblata. A. 1708 *Homburgius* uxorem duxit *Margaretham Anglicam*, filiam *Dodarti*, & A. 1715 d. 24 Sept. mor-

mortuus. Inter schedas ejus reperta sunt Elementorum Chymicæ, quorum partem in Commentariis Academicæ Regiæ edidit, complementa.

Nicolaus Malebranchius natus est Parisiis d. 6 Aug. A. 1638. Parens ejusdem nominis a dignitate Secretarii Regii post alia munera, quibus cum laude functus fuerat, tandem ad dignitatem Consiliarii status ascendit. Erat autem Noster complexionis admodum infirmæ & continuis morbis vexabatur. Statui Ecclesiastico destinatus, A. 1660 Congregationem Oratoriam intravit: ubi cum Historiam Ecclesiasticam non magna cum voluptate tractasset, suadente *Simonio* ad Criticam sacram divertit, sed exiguo cum successu. Anno ætatis 26 forte fortuna bibliopola ipsi offerebat *Cartesii* (qui *Malebranchio* nondum innotuerat) Tractatum de homine, quem statim redemit & cum insigni fervore legit, sicque missis studiis ceteris ad solam Philosophiam *Cartesianam* animum applicavit. Annis abhinc decem elapsis librum de inquirenda veritate edidit, multorum applausu, aliquorum etiam objectionibus exceptum, ad quas singulas respondit. A. 1677 edidit Conversationes Christianas, in quibus consensum suæ Philosophiæ cum religione docere intendit. Cartesianam Philosophiam cum religione conciliare conatus. Systema causarum occasionalium maxime excoluit. A. 1680 Tractatum de natura & gratia in Batavia publicari curavit, cujus publicationem *Arnaldus* frustra impedire tentabat. A. 1683 Meditationes Christianas & metaphysicas edidit, & eodem *Arnaldus* non tractatum de natura & gratia oppugnavit, sed visionem in Deo, quam in altero de inquirendo veritate defenderat. Titulus scripti eristici est de veris & falsis ideis. A. 1684 comparuit Tractatus moralis. A. 1685 *Arnaldus* in lucem emisit Reflexiones philosophicas & theologicas in Tractatum de Natura & Gratia. Respondit *Malebranchius* & finitis controversis A. 1688 systema suum in Dialogis de Metaphysica & Religione in ordinem reductum proposuit. Contentionis ferram deinde reciprocavit cum *Regio* de magnitudine apparente Lunæ in horizonte. A. 1697 Tractatum de Amore Dei publicavit. A. 1694 mor-

tuus *Arnaldus*, acerrimus ipsius antagonista. A. 1715 scriptum ultimum sub nomine Reflexionum de præmotione physica prodiit. Ob Metaphysicam nullum in Academia Scientiarum locum meruit, quod, iudice *Fontenellio*, admodum incerta & contentiosa, ac obscuræ utilitatis existat. In eandem admissus ob profectus eximios in Geometria & Physica A. 1712, editioni ultimæ Tractatus de inquirenda veritate inseruit leges motus. Obiit A. 1715 die 13 Oct. ætatis 77, morbo per quatuor menses afflictus.

PHYSICO-MECHANICAL EXPERIMENTS ON
various subjects &c.

i. e.

EXPERIMENTA PHYSICO-MECHANICA
*de variis subjectis, quæ continent recensionem variorum
phenomenorum stupendorum de lumine ac electricitate per
attritionem corporum producendis una cum aliis phæno-
menis antea non observatis &c. Accessit Supplementum
continens diversa experimenta nova, quæ in priori edi-
tione non continentur. Editio altera, Autore FRAN-
CISCO HAUKS BEE, S. R. S.*

Londini, ap. Joannem Senex & Guilielmum Taylor, 1719, 8.
Alph. I Tab. 22. 8.

CUM de iis, quæ in priori editione habentur, abundè dictum sit in his Actis Supplem. Tom V Sect. 9 p. 403 & seqq. nunc quidem nobis incumbit, ut de supplemento verba faciamus. Continet supplementum experimenta 24, quæ a p. 253 usque ad p. 336 seu finem operis describuntur. Communicavit hæc experimenta Autor industrius atque ingeniosus cum Societate Regia, postquam prior editio in lucem publicam prodierat. Quamobrem cum ante obitum suum in nullas sectiones sicuti priora eadem digesserit, eo ordine hic exhibentur, quo ea Societati Regiæ exhibuit.

Primo itaque experimento determinatur variatio densita-

tis

tis in aqua communi, quæ a maximo æstu in Anglia usque ad illud tempus contingit, quo primum in glaciem abeunt aquæ. Reperit Auctor condensibilitatem $\frac{1}{8}$, nempe ut fit tempore maximi æstus densitas ad densitatem tempore primæ congelationis ut 28 ad 29. *Exper. 2* eandem densitatem deprehendit in aqua communi & in aqua, quam post ebullitionem in vacuo refrigeratam ab aere purgaverat. *Exper. 3* docet, glaciem, quæ ex aqua ab aere purgata concrefcit, non minus expandi quam communem. Notandum vero est, quod vi congelationis artificialis ope salis & nivis congelationem incipere curaverit a fundo vasis: unde forsân tot aeris ex communi in congelatione expulsum, quot ex altera ope ebullitionis & antliæ pneumaticæ sductum. Constat enim (id quod etiam a nostro Experimentatore observatum est) in congelatione aquæ communis, quæ a fundo incipit, multum aeris expelli, non item in simili congelatione aquæ ab aere purgatæ. *Experimentum quartum* specialem quandam congelationis casum concernit, ubi fluidum quoddam congelari nescium, cum aqua commixtum, in hujus congelatione ab eodem separatum, medium intra glaciem locum occupavit. Erat fluidum coloris rubri extractum e lacca vulgo Shell-lac. Quæ *Exper. 5* de sono per vacuum ab aere spatium non transmissio observat, aliunde dudum innotuerunt. *Exp. 6* notat, sonum in aere productum intra vitrum vacuo inclusum non percipi potuisse, nisi per fistulam æneam in vitrum aere plenum patentem. *Exper. 7* spatium, quod in anteriori ab aere vacuum erat, aqua replevit sonumque per aquam propagatum imminui se obtusiores fieri didicit. *Exper. 8* probat, corpora opaca esse tantum ad sensum talia, habere sane aliquam pelluciditatis gradum. *Experimentum* sumsit in pice, qua illinivit interiorem superficiem dimidii vitri, cujus rotatione celeri lumen produxit, quemadmodum legitur in Actis A. 1709 p. 237. In *Experimento nono* pici substituit flores sulphuris, mox etiam sulphur commune. *Exper. 10* determinat tempus descensus gravium diversæ motis in aere: de quo jam diximus in Actis A. 1716 p. 111, 112. *Exper. 11* inquisivit in effectus aeris, qui per candens metallum transit. Observavit inter alia, selem in eodem

statim convulsionibus corripitur & tantum non profus extinguitur. *Exper. 12* examinat refractionem Fluidorum ope peculiaris instrumenti, quod rerum naturalium curiosis exemplo Experimentatoris nostri paravit *Leopoldus* noster atque apud eum haberi potest. E. g. posita refractione in aqua communis ut 10000, erit eadem in oleo terebinthinæ ut 67418, in spiritu vini ut 72879, in oleo vitrioli ut 70115, in aqua regia ut 71955, in aqua forti ut 71205, in urina humana ut 74519, in humore aqueo oculi & in saliva humana ut in aqua. *Exper. 13*, post *Hookium*, quem laudat, observavit, aquæ volumen, admixto oleo vitrioli, decrescere, utut incalescat nec ponderis aliquam partem, nisi sub initium, amittat. *Experimentum 14* simile est octavo, nisi quod pici substituatür lamina metallica, sed sine successu. *Exper. 15* motum guttæ olei citrini inter duo vitra plana angulum valde acutum constituenta istamque contingentiã consideravit, inde exculpturus causam ascensus aquæ in tubulis capillaribus esse attractionem. *Exper. 16* varias recenset circumstantias de piscibus sub aqua demersis. *Exper. 17* quasdam circumstantias præcedentis 15 determinat. *Exper. 18* gravitatem specificam metallorum examinat. *Exper. 19* commemorat ascensum aquæ intra duo vitra plana in figura hyperbolica. *Exper. 20* gravitatem specificam diversorum stratorum terræ sibi mutuo superincumbentium ad calculos revocat: unde apparet, gravitatem specificam non consentire cum profunditate stratorum, quæ fuerunt numero triginta. E. gr. si primum stratum sumatur ut 200, tertium fuit ut 256, sed novum ut 140, vigesimum quintum ut 128, trigesimum ut 183. *Experimentum 21* versator circa spheram activitatis magnetis, quæ cum in omnibus hæc lapidibus non sit eadem, specialiora addere superfedemus. *Exper. 22* ascensum spiritus vini inter duo vitra plana ad se invicem sub angulo valde acuto inclinata considerat. *Exper. 23* repetit decimum octavum de aquæ inter duo vitra plana sub figura hyperbolica ascensu; ultimo autem decimum quintum, nisi quod guttæ olei citrini substituatür guttæ spiritus vini.

D. LAU.

MENSIS DECEMBRIS A. M DCC XIX. 533

D. LAURENTII HEISTERI, ANATOM.
Chirurg. ac Theor. Profess. Publ. Altorfni Acad. Cesar.
& Regie Berolinens. Collegæ, Compendium Anatomicum,
totam rem Anatomicam brevissime complectens. Edi-
tio altera, prima longe auctior at-
que emendatior.

Altorfii & Norimb. in Bibl. Köhlesiana & Adolphiano, 1719, 8.
Plag. 18 & Tabb. zn. 4.

QUoniam in recensione prioris editionis hujus libri A. 1717
Mens. August. p. 367 ostendimus, quales Celeb. Autor
in eo ad Anatomicum Clar. *Verheyeni* additiones & emendatio-
nes fecerit; hinc ea, quæ tunc recensuimus, hic repetere no-
lumus, sed solum quid hac in editione supra præcedentem
præstiterit, indicabimus. Ab initio igitur generatim nota-
mus, Autorem, ut ipse in præfatione ait p. 33, alteram hanc
editionem priori longe auctiorem & nitidiorẽ edendam
allaborasse, eique figuras aliquot novas, suarum potissimum
observationum adjecisse. Apparet vero facile opusculum
hoc non solum meliori ordine, verum ubi in priori nimis bre-
vis fuit, majori quoque perspicuitate ubique digestum esse.
Deinde cum usui studiosæ juventutis academicæ maxime
inservire debeat, commodiori etiam forma, quam prius,
ut gestabilis sit, nimirum forma octopartita majori, sive
mediana, ut vocant, nunc inprimi curavit, atque etiam niti-
diori charta & typo usus est, imo magna exemplarium pars
tam eleganti chartæ impressa est, ut cum nitore librorum
in Belgio aut Gallia impressorum facile certare queat. Usus
vero est in opusculo hoc augendo atque emendando, non
tantum sua industria atque observationibus verum etiam ali-
os scriptores Anatomicos, quibus, cum primam editionem
publicaret, carebat, præsertim vero novissimos, qui interea
prodierunt, adhuc pervolvit, eorumque novas & utiles ob-
servaciones singulis suis locis inseruit; ubi vero, ut ait, ita
se gessit, ut pauca pro certis ex illis describeret, quæ non
ipse in cadaveribus humanis exploraverit, & vera esse inve-
nerit.

nerit. Denique huic editioni *Adnologia* five doctrinam de glandulis latis amplam, ac deinde *notas in loca controversa & obscuriora precipua*, cum *indice rerum* locupletissimo addidit, ut sic totius anatomes compendium sit perfectius tantoque majori utilitati esse queat.

Ut vero speciatim nonnulla commemoremus, quibus Autor hanc editionem locupletavit, p. 2 *optimos scriptores Anatomicos*, cum veteres tum recentiores, tyronibus notos facit; deinde p. 7 & seq. partium simpliciorum five *familiarium* vulgo dictarum definitiones tradit. Pag. 23 *foramina capitis* in Sceleto eorumque *usus* accurate describit, quæ a VERHEYENO (quem potissimum illustrandum & emendandum sibi sumfit Autor) valde neglecta fuerunt. Pag. 43 *nummorum ossium*, in quo determinando Anatomici tantopere variant, peculiari tabula certioram ostendit, & in adulto 260 ossa distincta numeranda esse contendit; supra quæ vero in junioribus circa annos pubertatis adhuc 124 *Epiphyses*, tanquam peculiaria ossa demonstrari posse docet: & hinc in junioribus longe plura esse, quam in senioribus, nimirum 384 perhibet, quæ vero ultima ossa, epiphyses dicta, postea inter se ita conerescerent, ut circa annum 30 & sequentibus tantum 260 illa distincta ordinario remaneant. In tota *Splanchnologia* five viscerum doctrina itemque in *Myologia* Lectores additiones & illustrationes quam plurimas reperient. At tota *Adnologia* five *de glandulis* dissertatio hic omnino recens adjecta est; in qua Autor haud perfunctorie pag. 168 & seqq. probare contendit, nullam hucusque earum definitionem vel a præstantissimis Anatomicis datam esse perfectam, quæ omnes veras glandulas comprehenderet, & nullis aliis partibus communis esset, & hinc multas in glandularum historia ortas esse confusiones iudicat. Docet vero ibidem, quid proprie glandula sit vocandum; & quomodo *res vasculosum* & *res vesiculosum* a glanduloso ad æquivocationem & confusionem evitandam sit distinguendum, nullamque veram glandulæ definitionem dari posse, nisi ad exemplum maximorum Botanicorum *proprius glandula habitus* simul in auxilium adhibeatur; & quæcunque partes

p. 174.

176.

tes talem obtinerent habitum, quas veteres & vulgus glandulas appellarunt, has partes & non alias glandulas vocandas esse multis probatum iuit, atque hinc corticalem cerebri substantiam, hepar, lienem, renes, testes &c. minime glandulosa, sed vasculosa corpora vocanda esse, ex fundamentis his deducit. Postea in *speciali glandularum pertractatione* curate per totum corpus examinat, quznam partes in numero glandularum merito retineri queant, & quznam inde rejici debeant, quo in examine inter alia etiam *Clar. Verzelloni* tangit sententiam (qui thyroideam *nidum ovulorum verminosorum* esse statuit) & quid circa hanc rem observaverit, recenset. Plura præterea dubia de glandulis urethræ *Terranci*, mucilaginosi *Haveri*, glandulis cutaneis, aliaque excutit, suisque observationibus illustrat. Postremo *Notas* sive *Illustrationes* quorundam locorum hujus compendii argumentorumq; anatomicorum controversorum discussionem annectit; in quibus primo observationes sistit de *officulis sesamoides quibusdam*, in ossibus femoris, & digito auriculari collocatis, a plerisque Anatomicis non descriptis, & a quibusdam prorsus negatis. Deinde sententiam suam exponit de *cuticula generatione, glandulis recentiorum sebaceis, ligamenti Poupartii, glandulis spuris peritonæi, pleura, pericardii, & ductibus Malpighii adiposis*. Postea describit, quomodo in cadaveribus humanis *vasa lactea* copiosissima & pulcherrima observaverit. In nota 8 monet, *vasa lymphatica* pauca haberi ex homine delineata; sed pleraque partibus humanis ob analogiam cum brutis a scriptoribus esse addita. In nota 9 *mirabiles valvulas in ductu biliario cystico* a se observatas describit: nota 10 ad 12 substantiam hepatis, lienis, & renum, non glandulosam esse, uberius probare contendit. In 13 *Tunicam cellulosam vesicæ* urinariz describit. In 14 duos *ductus excretorios vesicularum feminalium* ordinario adesse sustinet, contra nonnullos unicum tantum admittentes. In 15 ostendit, *glandulas Cowperi* a recenti Anatomico Anglo in dubium vocari, Antorque noster ipse suspicatur eas in multis subjectis deficere. In 16

p. 178.

180.
185.

190.

193.

196.

198.
201.

202.

205.

207.

Mcm-

- p. 208. *Membranam Hymenis* non figmentum esse, ut nonnulli perhibeant, sed se eam in quam plurimis puellis semper reperisse. In 17 pulchram vasorum sanguiferorum *per tubas fallopianas mulierum* distributionem describit. In 18 *vena bronchialis* existentiam confirmat. Nota 19 de *ductibus novis Vercelloniis* agitur. Nota 20 observationes continentur, quibus *nutritio fetus in utero* per os confirmari videretur. Nota 21
210. Clar. MORGAGNI suaque experientia probat, *plus humoris aquici ante uvam, quam post uvam in oculo existere*, contra assertum adversariorum suorum in controversia de cataracta.
215. Nota 22 & 23 alias quasdam hallucinationes Autorum *circa oculum* indicat. Nota 24, 25 & 26 de dubiis & controversis quibusdam rebus *circa auditus organum* agit, & quidem speciatim *de hiatu*, qui post Clar. RIVINUM a nonnullis in membrana tympani statuitur: deinde de numero *officulorum auditus*, ut & de *nervi auditorii distributione* per organum auditus. Nota 27 de numero & constitutione *ramorum aortae ascendentium* disseritur. Nota 29 epicrisin suam exhibet de *renibus vesiculosis* in foetu quodam repertis, cum ureteribus clausis, sive coalitis; unde Autor noster deducit, urinæ excretionem in foetu humano utero incluso non esse necessariam, adeoque nec *tunicam atlantoidem*. Denique in tabulis æneis adjectis Fig. I novam *Ravii apophysin* notabilem mallei, quam solertissimi alias auris scrutatores prætermiserunt, delineat. Fig. 2, 3, 4, & 5, officula quædam *sesamoidea* ab aliis non delineata exhibet. Fig. 6 *Pylori constitutio* sistitur, quomodo nova observatione Autoris se habeat. Fig. 7 *Valvula coli*, & Fig. 8 *Vasorum lacteorum* ex homine novæ figuræ ostenduntur. Fig. 9 *varietates Valvularum ductus cystici* repræsentantur. Fig. 10 & 11 *Tuba Fallopiana vasa copiosissima*, mercurio repleta, oculis subjiciuntur, atque ex horum copia illarum in orgasmo Venereo erectio deducitur. Fig. 12 Veram *vena umbilicalis in sinum venæ portæ* insertionem, ductusque venosi in foetu constitutionem docet. Fig. 13 *diaphragmatis* novam delineationem offert. Fig. 14 & 15 *varietates glandule thymi* exhibet. Fig. 16 & 17 *lobulosa cerebelli humani & vitulini* constitutio

stitutio delineatur. Fig. 18 & 19 demonstratur *verus situs humorum in oculo* & speciatim quod longe plus humoris aquei sit ante uveam quam post illam. Fig. 20 *tunica diversa lingua*, exterior, reticularis, & corpus papillare nervosum, delineatæ occurrunt. Fig. 21 *Nervi auditorii* secundum Simoncellium distributio per aurem sistitur. Ex quibus specimenibus præstantiam utilitatemque hujus opusculi satis patere arbitramur; illudque, cum prima ejus editio ab eruditis jam bene fuerit suscepta, nunc longe majori cum applausu susceptum iri, non est quod dubitemus.

**Neue Beschreibung der Pyrmontischen
Stahlbrunnen.**

i. e.

**D. JOHANNIS PHILIPPI SEIPP II, PRIN-
cipis Waldeccensis Archiatri, & Medici Provincialis,
Nova Descriptio Fontium Martialium
Pyrmontanorum.**

Hanoveræ, apud Nicolaum Fœrsterum, 1717, 8.
Plag. 19 $\frac{1}{2}$.

Mentionem fecimus hujus libri in Actis nostris Anno 1719
Mense Martio, pag. 133, ubi Friderici Slare Relatio-
nem de Natura, Proprietatibus & Virtutibus Aquarum Pyr-
montanarum commendabamus; eundem nunc pariter recen-
sere, operæ pretium duximus. Postquam igitur Autor Clar.
de Comitatu Pyrmontano fontiumque martialium in eo sca-
turientium situ quædam adduxerat, ex historia naturali anno-
tat, ex fodinis lapidariis non minus quam fontibus ipsis ex-
halationes spirituosas sulphureas nunquam non ascendere;
saporem aquarum acidulo-vitriolicum esse; ferrum sub specie
ochræ in scaturigine pariter ac in ejus confiniis reperiri; lapi-
desque dari in vicinis collibus Martis feraces; nec procul a
fonte lapidem seleniten diaphanum concrefcere. Hinc de
ingredientibus salutarium harum aquarum dum differit, pro-
nuntiat,

Yyy

Cap. I. 2

3.

4.

nuntiat, a spiritu quodam totam mixturam præcipuasque earum qualitates conservari, qui sit subtilis & acidulus spiritus sulphuris, a vulgari in eo diversus, quod subtilisatam pinguedinem mineralem secum gerat, nec exhalet, sed magis magisque in aquis concentratur, & cum sale alcalico (in omnibus aquis mineralibus reperiundo) unitus sal neutrum constituat, perque hanc unionem particulas martiales ex sub-fino dimittat, & aquas has ab omnibus vitriolicis qualitatibus liberat præstet. Cumque sic particulae alcalinae acidas multum quantitate superent, alcalicos potius quam acidos effectus ab usu aquarum expectandos fore, dicit. De cetero substantiam quandam puram, pellucidam, crystallinam atque inspidam instar lapidis selenitis vel crystalli montanae solutæ in aquis reperi, ait. Quibus positis indicari fontium usum judicat, ubi obstructions referantur, humores pravi corrigendi, & edulcorandi, ac tonus partium fibrosarum restituendus venit. Mittimus, quæ Cl. Autor de usu aquarum tam interno quam externo, earumque abusu tradit. De eo saltem L. B. adhuc monendus est, quod in secunda libri hujus editione, Anno 1719 divulgata, nobisque dum hæc scribimus, oblata, clarissimus Seippius præter Indicem rerum adjectum pauca hinc inde ad objectiones a Friderico Stare factas reponat, ad Notas Tractatui ejus ex Anglica in Germanicam linguam traducto additas, quas eo ipso sibi vendicat, a nobis loco supra allegato clarissimo Piderit falso adscriptas, provocando.

P. 5.

7. 8.

JOH. ANDR. WESTPHALI JC. GOTH.
Quæstiones feudales.

Lipsiæ, apud Nicolaum Fœrflerum, 1719, 4.

Alph. 2 plag. 9.

IN præfatione Cons. Autor, parum dispositæ hæcenus a non nullis feudales labores conscriptos luget, & inde se industriam collocasse, ut in editis quæstionibus justo & novo prope modum ordine jus feudale digereret, iterum iterumque monet. Methodum observat arbitrariam Sectionibus VI & capitibus

XXIII

XXIII absolutam. Plurima tamen, quæ commentatur, licet noviori tecta efferantur involucro, ex vetustiorum decerpta thesauris videntur. Sic in Sect. I feudorum originem, si generatim considerentur, ad mundi primordia, vel ad minimuma post diluvii tempora refert, præceptis Niellii, ex sacra Scriptura, quæ ad feudorum ortum spectant, deducens, inhærens, ac ex juramento subjectionis, quod Chodorlaomari quinque Reges servitiis quinquennialibus præstiterunt, Vasallagium derivat. Ipsa feudorum specifica natalità Romanis adscribit, Vultejii & Hattyseri accedens opinioni. Consuetudines Longobardicas, civilis juris corpori adjectas, nec Obertum nec Gerhardum agnoscere autores asserit, quod ante eum Suendendorferus in notis ad Ritteri lucubrationes non levibus demonstravit argumentis. Quo ordine in decidendis controversiis procedendum & an argumentari liceat, quoties expressa constitutio non extet, dum qu. V ad XI discutit, distincta oratione ab emphytevcario, liberto, custode ad Vasallum fieri posse consequentiam, Curtii, Ravennatis, Bronchorsti, Rosenthalii & Melandri synopsis adherens, docet. In Sect. II ipsum feudum quoad definitionem & etymologiam perpeudit. Illam ex Jasonis feudorum præludiis petit, necessariam tamen & substantiale requisitum, quod in benevolentia Domini olim constituebatur, non tangit; hanc communi superstruit opinioni feudi vocem a fide derivando. Sect. III actiones ex contractu feudali oriundas definit, processumque sistit feudalem, nostri quidem seculi genio minimæ accommodatum, concinne tamen ex Intrigliolo, Cravetta, Bartolo aliisque præfici zvi scriptoribus collectum. Sect. IV actiones Valallo tam adversus seniore[m] quam quoscunque ad vindicandam & asserendam feudi qualitatem, exceptionesque non rite factæ investituræ, nec præstiti fidelitatis juramenti competentes, ac inde recenti ordine resultantia quærendæ successione remedia tractat. Domino quoque & ejus hæredibus ad feudum repetendum (quod commodius revocatorii beneficii nomine moderni solent insignire) actiones præscriptas esse, Sect. V monstrat, amissionis feudi & hanc causantis feloniz rationes XXIII

p. r.

4.

9.

14.

157.

198.

207.

254.

321.

540 ACTA ERUD. MENS. DECEMBER. A. MDCCXIX.
annotans. Tandem Sect. VI mulierum, creditorumque circa
beneficiaria prædia jure examinato, vela contrahit, totique sy-
stemati veterum Feudistarum supellectilis ardentem evolutio-
nem principum dedisse ipse testatur.

Die siegende Evangelische Wahrheit.

i. e.

*M. CAROLI GODOFREDI ENGELSCHALL,
Regii & El. Sax. Concionatoris Aulici, Veritas Evangeli-
ca contra falsa decreta Concilii Tridentini
triumphans.*

Dresdæ, apud Jo. Jac. Winckleri Vid. 1720, 8.
Alph. I pl. 10.

Qui olim jam in Germanicam linguam conversi prodie-
rant Canones Tridentini Concilii, aliquo abhinc tempo-
re repetita impressione iterum fuerunt publicati, atque variis
locis, quibus Evangelica floret Religio, astute dispersi. Veritus
itaque Rev. Autor, ne incautum imprudensque vulgus, quod fa-
cile in scripta infidiola alienandisque a veritate animis para-
ta solet incidere, Canonum istorum editione abripiatur in
errorem, confutationem illorum concinnam, perspicuam,
& captui illiteratorum imprimis accommodatam, adornan-
dam in se suscepit, quam hoc libro exhibet, ita quidem, ut sin-
gulos Patrum Tridentinorum canones sine bile & acrimonia
modeste examinet, atque, quemadmodum tum a divini Spiri-
tus regula, tum a purioris antiquitatis testimonio recedant,
luculenter commonstret. Eruditioribus tamen varios infi-
mul indicaturus fontes, unde uberiolem veritatis cognitio-
nem, errorisque confutationem haurire queant, opusculum
suum multorum Autorum citatione locupletavit. In fronte
ejusdem Historia Tridentini Concilii, ex Sarpio, Pallavicino,
Jurieo, aliisque Scriptoribus in epitomen redacta, compa-
ret, qua præcipua illius capita summatim ob
oculos ponuntur.

IN-

INDEX AUTORUM,

Quorum Libri aut Inventa hoc Volumine
recensentur.

I. Libri Theologici & ad Historiam Ecclesiasticam spectantes.

A Nastasii Bibliothecarii <i>Vita Romanorum Pontificum a B. Petro ad Nicolaum I.</i>	425
Van Bashuyſen (<i>Henr. Jac.</i>) <i>Exercitationes ad Compendium Oeconomiarum Dei Wilb. Mommz.</i>	III
Bonucci (<i>Ant. Maria</i>) <i>Historia vita, martyrii & miraculorum S. Gregorii.</i>	237
Baddei (<i>Jo. Franc.</i>) <i>Historia Eccl. Vet. Test. Tomus II.</i>	163
Calvoerii (<i>Casp.</i>) <i>Corona duodecim stellarum, seu Anniverſarium Evangelico-Epiſtolare Dodecaglottum &c.</i>	319
S. Clementis Romani ad Corinthios Epistola dua cum Pref. & Diſſertatt. Henr. Wotton.	104
Dupin (<i>Lud. El.</i>) <i>Bibliotheca Scriptorum a cœtu Eccleſiæ Romanæ ſeparatorum Seculi XVI & XVII Tomus I.</i>	388
Engelſchall (<i>Car. Godofr.</i>) <i>ſeculi moderni præjudicia fidem concernentia.</i>	29
<i>Veritas Evangelica contra falſa decreta Concilii Tridentini triumphans.</i>	540
Epſtein (<i>R. Jechiel Michel fil. Abrahami</i>) <i>Liber via recta ad Seculum venturum.</i>	310
Fechtii (<i>Johannis</i>) <i>Inſtructio paſtoralis.</i>	29
<i>Blonium.</i>	47
Zum Felde (<i>Alberti</i>) <i>Diſquiſitiones de rebus ſacris, eccleſiaſtiſis & literariis.</i>	375
Francofurter (<i>Simeon</i>) <i>liber vitarum.</i>	226
Frickii (<i>Job.</i>) <i>Zoſimus in Clemente XI rediviſus.</i>	371
Grapii (<i>Zacharia</i>) <i>ſyſtema noviffimarum controverſarum ſeu Theologia recens controverſa.</i>	87
Yyy 3	Guillelmi

INDEX AUTORUM.

Guillelmi Bibliothecarii <i>Vita Hadriani II & Stephani VI.</i>	425
Laurence (Jo.) <i>Moralia Christiana religionis & prudentia ejusdem.</i>	82
Mafii (Hest. Gottfr.) <i>amica velitatio Epistolariis cum Paulo Infantio de gratia universalis &c. cum prof. Severini Lintrupii.</i>	153
<i>Dissertationes Academicae.</i>	385
De Moleon <i>Itinera Liturgica Galliae, seu peruestigationes rituum Ecclesiae &c.</i>	397
Myconii (Frid.) <i>Historia Reformationis.</i>	40
Siberi (Urbani Godofr.) <i>Vita S. Spyridionis.</i>	159
Schuct (Jo. Jac.) <i>Comment. Philol. Theologicus in Psalmum CX.</i>	241
Spalatini (Georgii) <i>Annales Reformationis.</i>	40
Tenzelii (Wilb. Ern.) <i>Historia Reformationis Lutheri initia & progressus cum prof. D. Ern. Sal. Cypriani.</i>	37
Trommii (Abrab.) <i>Concordantiae Graecae versionis LXX Interpretum.</i>	49
Ughelli (Ferdinandi) <i>Italia sacra a Nic. Coletto aucta & emendata, Tomus I, II & III.</i>	137
Wokenii (Franc.) <i>Meditationes privatae Theologico-Philosophico-Criticae.</i>	27

II. Libri Juridici.

B Erpini (Dominici) <i>Tribunal S. Rotae Romanae descriptum.</i>	97
Böchmeri (Justi Henningii) <i>Expositio doctrinae de Actionibus.</i>	114
Granzii (Tobiae) <i>Defensio Inquisitorum ex genuinis Jurisprudentia principis.</i>	40
Guillardi (Renati) <i>Historia Consilii Regii intuitu sua Jurisdictionis, & Collectio rerum in eo judicatarum.</i>	473
Hoffmanni (Christ. Godofr.) <i>Historia Juris Romano-Justinianici.</i>	381
Hote-	

INDEX AUTORUM.

Motomanni (<i>Fr.</i>) <i>Anti-Friboniansus.</i>	381
Londorpii (<i>Mich. Casp.</i>) <i>Aëtor. publ. continuatorum Tomus XVI.</i>	34
Mulleri (<i>Jo. Joach.</i>) <i>Theatrum Comitiorum Imp. sub Maximiliano I. Tomus I.</i>	32
Ottonis (<i>Everardi</i>) <i>Papinianus.</i>	243
A Puteo (<i>Stephani</i>) <i>de jure asyli, qua sacri, qua profani, Opus.</i>	88
Reyheri (<i>Sam.</i>) <i>Historia Juris universalis.</i>	383
Struvii (<i>Burcardi</i>) <i>Historia Juris.</i>	377
Thomasi (<i>Christiani</i>) <i>Delinatio Juris Civilis.</i>	381
E Wzchtleri (<i>Christfr.</i>) <i>Literis occasione L. fin. C. de Sponsal.</i>	402
<i>Specimen resolutionis legum</i>	
<i>tituli de Transactionibus.</i>	510
Westphali (<i>Jo. Andr.</i>) <i>Quaestiones feudales.</i>	538

III. Libri Medici & Physici.

A <i>Academia Casareo-Leopoldina-Carolina Natura Curiosorum Ephemeridum Centuria VII & VIII.</i>	336
<i>Regia Scientiarum Anni 1714 Historia.</i>	340
<i>Anni 1715 Historia.</i>	523
<i>Acta Medicorum Berolinensium. Vol. III.</i>	179
Baieri (<i>Jo. Jac.</i>) <i>Adagiorum Medicinalium Centuria.</i>	446
Balthazaris (<i>Theodori</i>) <i>Thermometrum aereum novum.</i>	128
<i>de dosibus medicamentorum diatriba.</i>	254
Frankofurter (<i>Simeon</i>) <i>Liber vitarum.</i>	226
Gœlicke (<i>Andr. Ottomari</i>) <i>Historia Medicina Universalis</i>	
<i>Periodus III & IV.</i>	228
<i>Periodus V.</i>	529
Hafii (<i>Jo. Matthia</i>) <i>Diff. de Tubis siccatores.</i>	450
Hauksbee (<i>Franc.</i>) <i>Experimenta Physico-Mechanica.</i>	530
Meisteri (<i>Laurentii</i>) <i>Epistola ad Call. Aët. Er. de casaracta.</i>	20
<i>Chirurgia.</i>	249
<i>Diff. anat. de valvula coli.</i>	325
<i>Compendium Anatomicum.</i>	533
Lancisii	

INDEX AUTORUM.

Lancisii (Jo. Mar.) <i>Diff. de recta Medicorum studiorum ratione instituenda.</i>	449
A Leorwenhoek (Ant.) <i>Epistola ad Societ. Reg. Angl. seu Con- suetudo mirandorum Arcanorum Naturae detectorum.</i>	11
Morgagni (Jo. Bapt.) <i>Adversaria Anatomica tertia.</i>	442
Platinæ (Jos. Maria) <i>Ars Rhetorica.</i>	203
Poleni (Jo.) <i>de motu aquæ mixto Libri II.</i>	210
Pontederæ (Julii) <i>Compendium Tabularum Botanicarum.</i>	25
Raji (Jo.) & Franc. Willoughby <i>Epistola.</i>	16
Scippii (Jo. Phil.) <i>nova descriptio fontium martialium Pyr- montanorum.</i>	537
Slare (Frid.) <i>Relatio de natura, proprietatibus & virtutibus aquarum Pyrmontanarum.</i>	133
Vaillant (Sebast.) <i>sermo de structura & differentia florum &c. it. Constitutio trium generum novorum plantarum.</i>	130
Wedelii (Georgii Wolffg.) <i>Experimentum curiosum de Colchi- co veneno & alexipharmaco simplici & composito.</i>	448

IV. Libri Mathematici.

A <i>Academia Regia Scientiarum A. 1714 Historia.</i>	340
<i>A. 1715 Historia.</i>	521
Bayeri (Theoph. Sigefridi) <i>de Eclipsi Sinica Liber.</i>	206
Bernoulli (Jo.) <i>Responsio ad non neminis provocationem & so- lutio questionis propositæ de inventianda linea curva, quam describit projectile in medio resistente.</i>	216
<i>Problema analyticum, a Cl. Taylors propositum, solutum.</i>	256
<i>Tentamen solutionis generalis Problematis de con- struenda curva, quæ alias ordinatim positione datas ad angulos rectos secat.</i>	295
Craig (Jo.) <i>de calculo fluentium Libri II, it. de Optica analytica Libri II.</i>	171.
Gruber (Bernardi) <i>Horographia Trigonometrica.</i>	126
Her-	

INDEX AUTORUM.

Hermannii (<i>Jac.</i>) <i>Additamentum ad schedas super Problema Trajectoriarum.</i>	62
<i>Solutio duorum problematum, & Ej. duo nova problemata.</i>	351
Leutmanni (<i>Jo. Georgii</i>) <i>Annotationes novae de polendis viris.</i>	361
De Louville (<i>Eugeni</i>) <i>de mutabilitate Ecliptica Dissertatio.</i>	281
Maclaurina (<i>Colini</i>) <i>novae Methodus universalis curvas cujuscunque ordinis mechanice describendi sola datorum angulorum & rectarum ope.</i>	463
Poleni (<i>Jo.</i>) <i>de motu Aquae mixto libri II.</i>	210
Willson (<i>Jo.</i>) <i>Principia Trigonometriae succincte demonstrata.</i>	46
Wolfii (<i>Cbr.</i>) <i>Ratio Praelectionum Mathematicarum.</i>	118

V. Libri Historici & Geographici.

A <i>Nonymi Historia arcana rerum a Richelio gestarum.</i>	139
<i>Orbis Imperans.</i>	232
Bernini (<i>Dominici</i>) <i>Tribunal S. Rotae Romanae descriptum.</i>	97
Le Brun (<i>Cornelii</i>) <i>Iter per Moscoviam in Persiam & ad Indos Orientales.</i>	233
Catpovii (<i>Jo. Bened.</i>) <i>Templum honoris memorandarum Antiquitatum Marchionatus Lusatiae Superioris.</i>	187
Chancel (<i>Doriak</i>) <i>novum Iter per Europam.</i>	46
Dillherri (<i>Jo. Mich.</i>) <i>Comm. de historia prisca Germaniae.</i>	90
Dralsé de Grand Pierre <i>Relatio variorum Itinerum in Africa, America & India Occid. confectorum.</i>	461
Felleri (<i>Joach. Frid.</i>) <i>Historia Genealogica domus Brunsvicensis & Luneb. a Welfone I ad Albertum & Johannem.</i>	57
Fontanini (<i>Just.</i>) <i>Diff. de corona ferrea Longobardorum.</i>	191
Goldasti (<i>Melch.</i>) <i>Commentarii de Bohemia ejusque juribus.</i>	441
L z z	De

INDEX AUTORUM.

<i>De Graaf (Nic.) Itinera in Indiam Orient. & alias Asia regnes.</i>	481
<i>Grauanii (Casp. Henr.) Comm. de antiquitate oppidi, ditionis & Comitatus Rochlitienfis.</i>	152
<i>Guillardii (Renati) Historia Consilii Regii intuitu suae Jurisdictionis.</i>	473
<i>Hagelganfii (Jo. Henr.) de prisca Germanorum atate Dissertatio.</i>	90
<i>Heine (Sam. Gottlieb) Descriptio urbis & Comitatus Rochlitienfis.</i>	151
<i>Hertii (Jo. Nic.) de renovato Rom. Germ. Imperii & Regni Bohemia nexu.</i>	442
<i>Hoffmanni (Chr. Godofr.) novum Volumen Scriptorum rerum Germ. imprimis ad Lusatiam & vicinas regiones spectantium.</i>	185
<i>Huetii (Petri Dan.) de rebus ad eum pertinentibus Commentarius</i>	53
<i>Hutteni (Ulrici) Arminius.</i>	90
<i>Joly Commentarii Historici. Tomi II.</i>	149
<i>Langletii du-Fresnoy Methodus tractandi historias, & Catalogus Historicorum, cum Supplementis Jo. Burch. Menckeni.</i>	184
<i>Manuductio methodica ad studium Geographicum.</i>	422
<i>De Larrey Historia rerum in Gallia gestarum regnante Ludovico XIV. T. I & II.</i>	61
<i>Ludewig (Jo. Petr.) de jure suffragii Regis Bohemia in Comitibus S. R. I. recuperati.</i>	442
<i>Madrifii (Nic.) Itinera per Germaniam, Galliam & Italiam versibus descripta.</i>	316
<i>Maittaire (Mich.) Annales Typographici.</i>	478
<i>Martineau de Pleffis Manuductio methodica ad studium Geographicum.</i>	422
<i>Menz (Friderici) Aristippus Philosophus Socraticus.</i>	454
<i>Moseri (Job. Jas.) Vita Professorum Tubingenfium. Decas I.</i>	467

Muratorii

INDEX AUTORUM.

Muratorii (<i>Lucd. Ant.</i>) <i>Antiquitatum Effenſum ac Italicarum</i> <i>Pars I.</i>	428
Pockh (<i>Jo. Joſ.</i>) <i>Politico-Catholici Peregrinatoris Tomus II</i> & <i>III.</i>	471
Sallengre (<i>Alb. Henr.</i>) <i>Novi Theſauri Antiqu. Roman. Tomus</i> <i>II.</i>	107
Schumacheri (<i>Henr. Auguſt.</i>) <i>Hiſtoria vite Adami Siberi.</i>	409
Stranskii (<i>P.</i>) <i>de Republ. Bojema.</i>	442
De Tournefort (<i>Pitton</i>) <i>Relatio de Itinere in Orientem ſuſcepto.</i>	195
Valſechi (<i>Virginti</i>) <i>Diſſ. de initio Imperii Severi Alexandri.</i>	313
De Vayrac <i>Hiſpania ſtatus modernus.</i>	276
Viſcontii, <i>Legati Pii V Pont. Commentarii hiſtorici, ſeu Epiſ-</i> <i>ſtola inedita.</i>	458

VI. Libri Miscellanei.

Æ Sopicarum fabularum <i>Collectio ex ed. Jo. Hudſoni.</i>	366
Bergeri (<i>Jo. Guil.</i>) <i>Comm. de naturali pulchritudine</i> <i>orationis &c.</i>	482
Camerarii (<i>Joach.</i>) <i>Commentarius in Homer.</i>	305
M. T. Ciceronis <i>de Natura Deorum Libri III, cum not. Jo. Da-</i> <i>viſti & Jo. Walkeri.</i>	506
Crouſaz <i>nova Methodus educandi liberos.</i>	77
<i>Exercitationum ſubſecivarum Francofurtenſium Tom. II Sect. I.</i>	169
Fabricii (<i>Jo.</i>) <i>Hiſtoria Bibliotheca Fabriciana Pars II.</i>	135
Falleri (<i>Chriſtiani</i>) <i>Queſtiones Romana, ſeu idea Hiſtoria</i> <i>liſcraria Romanorum.</i>	368
<i>Cogitationes varia Philologica.</i>	370
Keppleri (<i>Jo.</i>) & aliorum <i>ad eum Epiſtola.</i>	I
Mofchopuli (<i>Manuſcris</i>) <i>ſcholia ad Homeri Il. L. I & II, cum</i> <i>noti. Jo. Scherpezelii.</i>	305. 498
Nandzi (<i>Philippi</i>) <i>Refutatio Commentarii Philoſophici &c.</i>	414
Lzz 2	Palaerü

INDEX AUTORUM.

Palaerii (<i>Aonii</i>) <i>Dialogus, Grammaticus inspectus.</i>	279
Plauti <i>Opera, Gallice, ex Ed. H. P. de Limiers.</i>	329
<i>ex Ed. Dn. Gueudeville.</i>	329
Quintiliani (<i>M. Fabii</i>) <i>Dialogus de causis corrupta eloquentiæ</i>	
<i>ex ed. C. A. Heumanni.</i>	364
Raji (<i>Jo.</i>) <i>Epistole.</i>	16
Schmidii (<i>Jo. Andr.</i>) <i>Nomus Bracteatus Henrico II Com. Blanchesburg. vindicatus.</i>	470
<i>Selecta historica & literaria continuata.</i>	270
Tribbechovii (<i>Adami</i>) <i>de doctoribus Scholasticis cum Pref. C. A. Heumanni.</i>	182
Tursellini (<i>Horatii</i>) <i>de particulis Latina orat. libellus perpolitus a Jo. Conr. Schwarzio.</i>	93
Typotii (<i>Jac.</i>) <i>Symbola Principum cum fig. Jac. Wilh. Heckenauri.</i>	201
Willughby (<i>Franc.</i>) <i>Epistole.</i>	16
Wolfii (<i>Cbr.</i>) <i>Ratio Praelectionum in universam Philosophiam.</i>	118

INDEX RERUM.

A Bdominis <i>biatus in puella recens nata.</i>	338	Acetias, <i>Medicus.</i>	238
Abortus <i>sex mensium parvus cum placenta magna.</i>	343	Aceto, <i>Medicina perita.</i>	230
Ex <i>Acaciz esse abvi adfrictiois curata?</i>	336	Achillea ab <i>Achille Medico dicta.</i>	229
Academia <i>Scientiarum Paris. iudicium suspendit de materia nautica Bernoulli.</i>	350	Acidum <i>est in sanguine.</i>	350
<i>nova Secerra insti-</i>	278	Acida <i>defensa.</i>	350
<i>tuta.</i>	278	Acidorum <i>cum acidis fermentatio.</i>	344
Academiz <i>Bonomiensis status.</i>	9	Acies <i>Gornatorum ut olim in-</i>	93
Acceptatio <i>ut fiat?</i>	512	<i>bructa?</i>	93
		Acrioviola <i>ejusque species.</i>	338
		Acron <i>Agriogeniensis, secta Em-</i>	238
		<i>pirica fundator.</i>	238
		Actio <i>in Jure Rom. quid?</i>	115
		Actio-	Actio-

INDEX RERUM.

<i>Aktionis descriptio.</i>	123	<i>Alcmanis Poeta monumentum.</i>	
<i>Aculeus Scorpii.</i>	14		108
<i>Aculei araneorum descriptio.</i>	15	<i>Alcyonium Britannici maris.</i>	338
<i>Acus magnetica declinatio.</i>	341	<i>Aldrovandi studium in historia naturali.</i>	17
<i>Acyle Medicina perita.</i>	230	<i>Alexandri VI. Pont. Character.</i>	38
<i>Adagia Medicinalia.</i>	446	<i>Severi Imperii initium.</i>	313 ff.
<i>Additio numerorum ut repetat</i>	33	<i>Alasimachos dictus Hercules.</i>	229
<i>Advocati Consilii Regii Gallici quoniam?</i>	478	<i>Alexipharmaca virtus plantaginis aquatica.</i>	448 sq.
<i>Aegimius, Medicus.</i>	231	<i>Algebrae utilitas ignorata Kepleri.</i>	11
<i>Aequinoctia in determinanda anni quantitate postponuntur Solstitiis.</i>	348	<i>Altitudo maxima & minima in Barometro.</i>	341
<i>Aeris resistentia in descensu corporum.</i>	350	<i>Alvi adstrictio ex usu fructuum Acacia curata.</i>	336
<i>transitus per poros corporum.</i>	340	<i>Aluminis, alum de plume dicti, historia.</i>	197
<i>presso.</i>	14	<i>Ambitio pro adulatione dicta.</i>	366
<i>Aesculapius, Medicus.</i>	229	<i>Anacharsis, Medicus.</i>	231
<i>Aesopus num existit?</i>	367	<i>Anastomosis vasorum sanguiferorum delineata.</i>	12
<i>Aesopi nova editio promissa.</i>	367	<i>Anatomicum Compendium.</i>	533 ff.
<i>Aestuaria qua damna patiantur, & contra ea remedia.</i>	214 ff.	<i>Ancyra urbs.</i>	200
<i>Aestus marini phenomenon.</i>	340	<i>Andreade (Barthol.) Cenographium Salvatoris Gerlic.</i>	186
<i>Agarici analysi Chymica.</i>	343	<i>Andros insula.</i>	198
<i>Agnodice, Medicina perita.</i>	230	<i>Pro Aneurismate instrumenta nova.</i>	253
<i>Albertus M. inopis.</i>	17	<i>Angerona, Medicina perita.</i>	230
<i>Alkali restituit colorem succis vegetabilium ab acidis mutatum.</i>	19		
<i>Alcalinorum cum alcalinis fermentatio.</i>	344		

INDEX RERUM.

<p>Arguta, Medicina perita. 230 Angora urbs. 200 Ani valvula & columna. 443sq. Animæ definitio. 123 initio mundi creata. 199 defunctorum ubi de- gant? 200 migratio Judaica. 310 sq. De Anima doctrina Judæorum. 310sq. Animalcula in canali plumbeo reperta. 16 in aquis. 13 in ovium ductibus biliaris exulcerationem cre- antia. 13. 14 in materia ex den- tis cavitate exenta. 12 in semine aranea- rum. 15 aristoteli. 15 aselli ma- joris. 15 animali quis primus observatis? 12 a Wolfio observata. 124 in semine masculi gallorum galinaceorum. 15 Annæ Austriacæ Reg. Gall. cha- racter. 63 Augusti El. Sax. uxoris, symbolum. 203</p>	<p>Anni Attici forma. 8 quantitas ex solstitiis non æquinoticiis determinanda. 348 Antiparos insula. 198 Antipathia inter lacertam & scorpionum. 14 Antiphon, Medicus. 231 In Antoninum (M. Aur.) in- scriptio. 200 Apes an plus ingenii habeant ceteris animantibus? 14 ut favos construunt? 14 Apum Rex femella. 14 Apodemica prudentia. 82 Apollonides, Medicus Cona- 231 Aqua dulcis, cum falsa arundi- neta producitur. 216 per siphonet exiguos in vacuo fluit. 349 Aquæ pluvialis A. 1713 quanti- tat. 341 A. 1714 quanti- tas. 521 transitus per poros corpo- rum. 340 ut libellato infusenda? 15 gryfæ descriptio. 180 Aquinatis (Eh.) Operam aditio optima. 136 Aræignati Dei quædam? 167 Aralinstri nota characteristica & species. 133</p>
--	--

Araneæ

INDEX RERUM.

Araneæ per aerem volitantes.	17	Arteriarum aspera delineatio.	337
Arancarum aculei & dentes.	15	Arundinetorum productio.	216
Ararat, montis, facies tristes & fœda.	199	Ashenas Germanorum primus conditor.	91
Arbitrarie veritates a Leibnizio non admittæ.	122	Aspasia, Medicinæ perita.	230
Archidamus, Medicus.	231	Asthmatis curatio.	16
Argentaria insula.	197	Astorii (Jo. An.) Diss. deæ.	108
Aristippi vita & apologia.	455 ff.	Astrologia Kepleri.	7-8.
Ariston, Medicus.	231	Astronomia circularis explicata.	5
Aristotelis studium in historia naturali.	17	Danico-Longomontana notata.	9
Armeniarum Apostolus S. Barabolaus.	238	De Asyljure Tractatus.	88 ff.
Armenii num. sine Eutychiani?	199	Atefinorum genealogia.	428 ff.
Armeniorum mores, religio & commercia.	199	Avaritia juventuti per jocum commendata.	79
Patriarcha & regimen ecclesiasticum.	200	Auditores S. Rotæ Rom. qui & unde dicti?	98
Arnaldus acer Malebranchii adversarius.	529	e diversis nationibus electi.	100
Aromatum exoticarum loco indigena sunt substituenda.	447	Auditorum S. Rotæ Rom. vestitus.	99. 101
Arragonsium privilegia a Petro I deleta.	277 sq.	numerus.	100
Ars characteristica ut inveniendæ & perficiendæ?	120	privilegia.	101
inveniendæ per præcepta exercenda.	121	dignitas.	101 sq.
ut inveniatur?	121	requisita.	102
Ex Arsenico febrisugum insidum.	180+	officium.	103
		classes.	103
		Augusti Wilhelmi D. Brunsv. symbolum.	202
		Augustanæ Confessionis usus.	375 sq.
		Auroræ borealis A. 1607 & 1608. descriptio.	7. 8.
		Autodidacti exemplum.	53
		Autodidacti.	Autodidacti.

INDEX RERUM.

<i>Automaton planetarium a Keplero inventum.</i>	5	<i>Scorialensis apparatus & MSta.</i>	278
<i>Azzo (Abb.) grandævus. quem patrem habuerit?</i>	431 433	<i>Romanorum.</i>	368sq.
B <i>elius (Petrus) refutatus.</i>	414-422	<i>Bibliopolæ apud Romanos officium.</i>	369
<i>Berenheuter vox unde?</i>	92	<i>Bibliothecarii vox minus Latina.</i>	369
<i>Balnea calida Medea prima commendavit.</i>	230	<i>Biel (Gabr.) vita.</i>	467sq.
<i>Baptismus per immersionem.</i>	398	<i>Blanchinus (Fr.) laudatus.</i>	426
<i>Barba ut Moscis abrasa? Christi ut a barba S. Petri differat?</i>	234 428	<i>Blancourt (Haudicquer) plagii accusatus.</i>	181
<i>Barbaries medii ævi notata.</i>	427	<i>Blondelli (Dav.) cecitas & memoria stupenda.</i>	55
<i>Barometri variatio maxima & minima.</i>	341	<i>Bœrhavix plantæ nota characteristica & species.</i>	133
<i>Baroscopice stationes.</i>	338	<i>Bohursius commendatus.</i>	490sq.
<i>Bayeri (T. S.) de elegantia manuum cruditatum Diss.</i>	273	<i>Boissii (Hier.) lanotatus seu de arena liber recusatus.</i>	111
<i>Beatitudinis definitio.</i>	126	<i>Bombycum Historia naturalis.</i>	16
<i>Becmanni (Jo. Barb.) Diss. de Lusatia recusa.</i>	186	<i>fila unde?</i>	16
<i>Bernoulli (Jo.) Newtonum in viam reducit.</i>	217	<i>Bosphori Thracici descriptio.</i>	198
<i>Bertii (Petri) de aggeribus & pontibus &c. liber recusatus.</i>	108sq.	<i>Bosii (Hier.) Comm. de Toga Rom. recusatus.</i>	110
<i>Bianchus refutatus.</i>	325.444	<i>Observ. de Senatorum Lato Clavo recusa.</i>	110
<i>Bibliothecæ Holmiensis incrementa unde?</i>	54	<i>Isacus recusatus.</i>	110
<i>Thuanæ fatum sinistrum.</i>	56	<i>Bovum contagia ad homines transmissa.</i>	337
		<i>De Boxhornio (M. Z.) singularia.</i>	54
		<i>Brahe (Tychois) character.</i>	54

Breiti

INDEX RERUM:

Breti (Car.) <i>Comm. de ordine antiquo judiciorum civil. apud Romanos recus.</i>	109	Calculorum vesica fellea ad aquam & ignem habitudo.	445
Bruni (Petri) <i>vita.</i>	469	Calicis restitutionem in Conc. Trid. quinam urserint?	261
Brunsvicensis familie genealogia.	57 ff. 428 ff.	Calliachi (Nic.) <i>de ludis scenicis &c. syntagma recusum.</i>	108
Brutus <i>Poeta.</i>	365	Calliditas juventuti per jocum commendata.	80
Buckinghami <i>erga Reginam Gallia amor.</i>	142	Calogeri monachi S. Basilii.	197
Budiffz <i>nomen unde?</i>	190	Camentiz <i>nomen unde?</i>	190
Buoncampagni <i>Card. symbolum.</i>	202 sq.	Camerarii (Joach.) <i>elogium.</i>	393
Burghefiana <i>villa carmine decantata.</i>	181	Candela lucens per solium non videtur.	8
Burgundia <i>in provinciam Imp. Germ. redacta.</i>	58	Canis <i>verba pronuntians.</i>	521
Buffi (Rog. Rabutini) <i>facta & ambitio.</i>	55.56	Canones Apostolici <i>suppositi.</i>	105
C Admus, <i>Medicus.</i>	219	Capellani <i>vox unde?</i>	98
Cementum <i>ex arena fluviatili & aqua salsa.</i>	215	qui olim <i>Roma?</i>	98
Caffe, <i>optima medicina.</i>	13	Capillamenta <i>Veneris quid sint?</i>	17
Caffres <i>vox quid noceat?</i>	482	Cappa <i>quid?</i>	100
Calculus <i>differentialis vendicatur.</i>	173	Cardanus <i>inopsit.</i>	17
Calculi <i>summatorii formula.</i>	178	Carminativa <i>virtus lapidis Quadra.</i>	338
Calculus <i>vesicae Jacandi methodus Raviana.</i>	253	Carnificis <i>manus ubi honestissimum?</i>	199
Monachi <i>Exere Jacques.</i>	253	Carolus VI <i>Imp. editionem operum Kepleri promovet.</i>	1
frangit <i>Thés Romanum.</i>	336	De <i>Caroli V coronatione Bononicensi singulari.</i>	194
pellit <i>lapis Quadra.</i>	338	In <i>Carolum I & II R. A. Gallorum frigiditas.</i>	6
		A a a a	Caffe.

INDEX RERUM.

Cassegrainius notatus.	453	Chronicon Montis Sereni re-	
Cassinus notatus.	284. 285	cusum.	187
Castratio Corcyrensum.	160	Fossa nova editum.	139
Catalogus fixarum Tychonis		Atinense editum.	139
notatus.	10	Chronica quando scribi capta?	473
Cataractæ causa.	20.21	Chronologia nova Heerwarti?	5
natura.	253	Cicero notatus.	365
Catechismus Lutheri a Pontifi-		Circæa unde dicta?	230
cio commendatus.	389	Circe, Medicina perita.	230
Celestinus num Catholicus di-		Circulatio sanguinis in pedibus	
centus?	373	arancarum.	15
Centaurium minus unde di-		Circulationis sanguinis accur-	
ctum?	229	ta descriptio.	12
Centri gravitatis inventiendi		Cirino (Andr.) antiqua Lect. de	
methodus.	345	urbe Roma recusa.	106
oscillationis nova theo-		Clameur de Haro quid? 400sq.	
ria.	349	Clavorum Christi numerus.	491
Cera ab insectis producta.	341	sanctitas	
Cerebri vasa sanguifera in culi-		defensa.	191 sq.
cs.	12	multitu-	
Ceremoniale Theatrum no-		do defensa.	195
vum.	328	Clementis XI P. M. in literis	
De Chemnitio (Mart.) judi-		merita.	425
cum.	393	Clinicen quis primus exercue-	
Characteres rerum optimi.	120	rit.	230
Chesne v. Du-Chesne.		Cnidia schola.	231
Chiliaisticum Regnum Armenis		Coa schola.	231
defensum.	199 sq.	Cochlea singularis structura.	17
ChironCentaurus, Medicus.	229	Cochlearum ova.	12
Chirurgia explicata.	249	S. Cœna infantibus concessa ab	
Chirurgicæ operationes.	250	Armenis.	200
Chius insula.	198	Cogni-	
Chordæ umbilicalis structura.			
	341. 342		
Christi in S. Cœna presentia			
qualis?	6		

INDEX RERUM.

Cognitio <i>symbolica ut ad intuitivam puram reducatur?</i> 120	Constitutiones <i>Apostolicae superpositivae.</i> 105
Coitus <i>muscarum.</i> 14	Consulem <i>Hardenberga creatum di ritus ridiculus.</i> 53.54
Colchicum <i>venenum alexipharmacum.</i> 448	Contractus <i>stricti juris num hodie dentur?</i> 116
Coli <i>valvula num datur?</i> 326. 444	Conventionum <i>naturalium & civil. discrimen.</i> 115
Colorum <i>fixorum productio.</i> 124	Copernici <i>obliquitas eclipticae vindicata.</i> 289.290
Comitum <i>dignitas.</i> 432	Copulationis <i>ritus singularis.</i> 400.401
Communio <i>infantum quousque duraverit?</i> 398	Corcyrae <i>nomen unde?</i> 160
Comœdiæ <i>num ligata oratio tantum conveniat?</i> 335	Cordis <i>phthiriasis.</i> 337
Conchæ <i>petresacta.</i> 341	vermes. 337
Concilium <i>supra Papam.</i> 461	situs <i>num verticalis?</i> 522
Conciones <i>historicae.</i> 456	De Corona <i>ferrea Longobardorum Diff.</i> 191 ff.
Concordantiæ <i>Græcæ Versionis LXX.</i> 49	Corporum <i>ad finem mundi conservatio.</i> 19
Concupiscentia <i>cur homini a Deo indita?</i> 310 sq.	Correctorum <i>catalogus.</i> 480
Condæi <i>junioris character.</i> 63	Craigii (Jo.) <i>in arte tetragonistica studium.</i> 172
gesta. 64	ad castra <i>Newtoni transitus.</i> 173
carcer. 65	De Crellio (Nic.) <i>præsagium.</i> 413
Conjecturæ <i>in Physica quando admittenda?</i> 124	Crepitus <i>ventris cur non edatur in hydropo tympanitide?</i> 341
Confanguinei <i>qui inter Principes salutati?</i> 33	Creta <i>insula descripta.</i> 196
Confanguinitatis <i>ratio.</i> 117	Crimina <i>quot modis lucre sueverint Germani?</i> 380
Conscientia <i>quid?</i> 417	Crisium <i>natura.</i> 520
erronea <i>num datur?</i> 417	Crispi <i>Cæs. Numisma explicatum.</i> 427 sq.
Consilii <i>Regii Paris. Historia.</i> 473 ff.	Cro-
Constantinopoleos <i>descriptio.</i> 198	

INDEX RERUM.

Crotoniana <i>schola</i> .	231	Dei <i>definitio</i> .	123
Crucis Christi adoratio <i>singularis</i> .	401	<i>existentia probata</i> .	27
Crusii (Andr.) de nocte & nocturnis officiis liber recusatus.	108	<i>unitas J. Cris. Rom. olim ueridita</i> .	148
Cubicularii olim Roma <i>quis?</i>	97	<i>signum quid sit?</i>	248
Curva projectilis in medio <i>resistente</i> .	222. 359	<i>essentia</i> .	123
<i>descensus gravium in medio resistente</i> .	222. 359	<i>cultus apud Hottentotos</i> .	481
<i>doses medicamentorum ratione aetatis varians</i> .	255	Deliciarum Hispaniae <i>Autor refusus</i> .	177
<i>radios parallelos in dato puncto per reflexionem colligens</i> .	179	Delon <i>insula</i> .	198
Curvarum geometricae irrationalium quadrandarum <i>methodus</i> .	176	Democedes, <i>Medicus</i> .	231
<i>omnium descriptio mechanica</i> .	463 ff.	Demonstrationum <i>analysis</i> .	119
<i>intersecciones</i> .	345	<i>arithmetica-</i>	
<i>descriptio mechanica</i> .	463 ff.	<i>rum rigor ut cum brevitate conjungendus?</i>	119
Cybele, <i>Medicina perita</i> .	230	<i>ut facillitetur?</i>	119
Cyrenaica <i>schola</i> .	231	<i>reductio ad intuitum</i> .	119. 120
Ezari Magni <i>titulo Imp. Germ. non compellatur</i> .	424	Dentis molaris <i>animalcula</i> .	12
Dacia (Aena) <i>notata</i> .	333	Pro Dentium <i>extractione infermensa</i> .	253
Darius Medus apud Dandelem <i>quis?</i>	168	Desagulier (Theoph.) <i>refusus</i> .	275 sq.
Declinatio <i>acus magnetica</i> .	341	Dicafteria & <i>consilia Regia Gallica</i> .	476 ff.
		Dillkerri (Jo. Mich.) <i>vita</i> .	91
		Diminutio <i>obliquitatis ecliptica unde?</i>	292
		Dio Cassius <i>notatus</i> .	109
		<i>defensus</i> .	313
		Distantiae <i>itinerariae veterum Romanorum cum observationibus astronomicis conspiciuntur</i> .	449
			449
			Dicoen.

INDEX RERUM.

Docendi <i>methodus particularis.</i>	121	Elementa <i>immutabilia.</i>	19
Dosis <i>medicamentorum definita.</i>	254	<i>in physicis cur non curet Wolfius?</i>	124
Dosium <i>medicamentorum ratione etatis variatio.</i>	255	Elenchus <i>moralis ut instituentis?</i>	30
Dubitatio <i>pia & docta vindicata.</i>	170	Elevatio <i>poli Massiliensis.</i>	282.
Duchefnianæ <i>Historia Burgundica editio posterior commendata.</i>	58	283. 284	
Ducum <i>dignitas.</i>	432	Eloquentiæ <i>fontes commendati.</i>	493
Dupinius <i>(Lud. El.) emendatus.</i>	395 ff.	<i>Historia.</i>	494 ff.
		Empiricæ <i>sectæ fundator quis?</i>	231
		Empyema <i>ex vomica pulmonis rupta.</i>	180
		<i>ex pleuritide neglecta per chysterem sanatum.</i>	337
E breæ <i>Hæra hodierna cum antiquis eadem.</i>	168	Enone, <i>Medicina perita.</i>	230
Ecclesiæ <i>unitas qua in re consistat?</i>	106	Enthymemata <i>in oratione quæ optima?</i>	205
Ecclesiasticorum <i>amicitia cur ambienda?</i>	81	Epanorthosis <i>ut instituenda?</i>	30
Eclipsis <i>Xerxis fuit meteorum. Solis in morte Christi in Sinensibus observata?</i>	206 ff.	Ephemeridum <i>eruditærum lectiones notati.</i>	494
<i>nam univèrsalis?</i>	208	Ephesus <i>vicus hodie exiguus.</i>	201
<i>unde orta?</i>	208	Epiphiles <i>quid?</i>	534
Ecliptica <i>olim ad Aequatorem perpendicularis.</i>	292	Episcoporum <i>autoritas est juris divini.</i>	105 ff.
Eclipticum <i>singularia.</i>	9	Epistolæ <i>Kepleri commendata.</i>	1
Educandi <i>liberos methodus satyrica.</i>	77	<i>mortuis olim a Germanis credita.</i>	93
Efficacia <i>medicamenti definita.</i>	234	Erectio <i>in orgasmo Venereu condæ?</i>	536
Ehren-Taffel, <i>jus Equestre Lusitanæ.</i>	189		

INDEX RERUM.

<p>Eribotes, <i>Medicus.</i> 229</p> <p>Erixymachus, <i>Medicus.</i> 231</p> <p>Errores Copernici in <i>theoria Solis.</i> 8</p> <p>Essentiarum <i>origo.</i> 122</p> <p>Evangeliorum <i>codex 1200. anno. rum.</i> 400</p> <p>Eulgerii Ep. <i>Andeg. Epitaphium.</i> 399</p> <p>Exhalationes per <i>microscopia non dignoscenda.</i> 15</p> <p>Exorcismi <i>abusus.</i> 197</p> <p>In Exordio <i>orationis quid observandum?</i> 205</p> <p>Experimentum <i>motus mixti aquarum.</i> 211</p> <p>Experimenta <i>magnetica.</i> 11</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>physico-mechanica.</i> 530</p> <p>Experimentorum <i>diversus usus.</i> 124</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>finis.</i> 123</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>tradendo.</i> 123</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>rum ordo.</i> 123</p> <p>Fabricius (<i>Jo.</i>) <i>notatus.</i> 376</p> <p><i>Ad</i> Fabricii (<i>J. A.</i>) <i>Bibl. Lat. Supplementa.</i> 370</p> <p>Facciolatus (<i>Jac.</i>) <i>notatus.</i> 96</p> <p>Fasciarum <i>chirurgicarum preparationis & applicatio.</i> 252</p> <p>Fechtii (<i>Jo.</i>) <i>Vita & elogium.</i> 47</p> <p>Felis <i>caro innoxta.</i> 447</p>	<p>Ferdinandi <i>Archi. D. Austr. Symbololum.</i> 203</p> <p>Ferrarii <i>Card. Symbololum.</i> 203</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>(Octavii) de Mimis & Pantomimis Diss.</i> 107</p> <p>Ferri, <i>ejusque nivis preparatio.</i> 338</p> <p>Feudi <i>definitio.</i> 539</p> <p>Fendorum <i>origo.</i> 539</p> <p>Figura <i>terrae ovalis.</i> 6</p> <p>Figurarum <i>transmutatio.</i> 178</p> <p>Fila <i>bombycum descripta.</i> 16</p> <p>Fistulas <i>lacrymales sanandi methodus Anelliana.</i> 253</p> <p>Fixarum <i>Catalogus Tychoonianus cur suinde erroneus?</i> 10</p> <p>Flos <i>conservat organa sexus, non preparat succos.</i> 132</p> <p>Florum <i>structura & differentia.</i> 130</p> <p>Fluidorum <i>refractio quotuplex?</i> 532</p> <p>Fluxus & <i>refluxus maris phenomena.</i> 340</p> <p>Foci <i>physici aberratio analytice determinata.</i> 179</p> <p>Foedus <i>vetus & novum quid? us a Testamento differat?</i> 113</p> <p>Foetus <i>extra uterum genitus. putridus ex abdomine matris ulcerofo extractus.</i> 343</p> <p style="text-align: right;">336</p> <p style="text-align: right;">Foetus</p>
--	---

INDEX RERUM.

Fœtus sanguis cum matris sanguine communicat.	342	Gebrorum religio, ubi, litigua.	236
Fœtum pellic lapidis Quadra.	338	Genealogici officium.	429
In Fœtu membrana urinaria quem usum habeat?	342	Generatio ex animalculis de- fensa.	13
Pro Fœtu mortuo extrahendo unguis peculiaris.	253	Gentilitii libri quinque, dicti Germanis?	271
Formicæ aculeis instructa.	17	Geographica methodus nova.	422 sq.
aculeis pungunt.	12	Geographorum negligentia & ruditat.	199
Formulæ quedam calculi sum- matoris.	178	Geometria Rami notata.	8
Frencelii (Abr.) Lusatia utri- usque Nomenclator & de Diis Sclavorum.	186	Georgiani rerum divinarum ignari.	199
Fulcrum simplex ad tubos ma- jores sustentandos.	363	Gerlach (Moleb.) Or. & Elegia de incendio Zittaviensi.	186
Fulminis effectus in arborem.	340	Germanus vox unde?	91
Funceii (Christ.) de canobii Gymnasii que Gorkic. ortu & progressu.	186	Germani Veneti cur minus ad- dicti?	18
Funditorum factio.	64	Germanorum primus conditor quis?	91
G alerus quid?	100	uxorum durities.	91
Galli gallinacci semiadulti cur libidinosi?	15	fides.	91
Gallie divisio Geographica.	423 sq.	habitus.	91 sq.
Gallii plantæ species.	344	luctus ratio.	93
Gallorum imitatores explosi.	492	acies ut olim in- struæ?	93
Garzonis (Jo.) de bellis Fride- rici Admorski Libri II.	185	Gibellinorum origo.	438
Gassii (Abr.) Annales Zittav. 1801		De Glacie & congelatione ex- perimenta.	531
		Glandulæ definitio non datur.	534
		Glandularum Thyroidearum delineatio.	337
		Glan-	

INDEX RERUM.

Glandularum bronchialium delineatio.	337	fraterum terra examinata.	532
De Glandulis dissertatio nova.	534	Graunzi (E. H.) Dalemincia Slavorum.	187
Gnomonicæ methodus Geometrica lubrica.	127	S. Gregorii Archi Ep. Armenia vita & martyrium.	237 ff.
metica præserenda.	127	Gribneri (M. H.) jus civitatis Germ. Lusatia competens.	186
præcognita.	127	de Gerone March. Diff.	186
Goldastius refutatus.	98	Grinx vocis origo.	412
Gorlitii nomen unde?	190	Grosseri (Sam.) de bullis aureis Impp.	186
Gortyna, urbs in insula Creta.	196	Guelforum origo.	438
Grabius (J. E.) laudatus & contra Oudinum defensus.	274 sq.	Guichenonius laudatus.	430
Grabii (J. E.) vita promissa.	275	Gummailacchæ historia.	341
Græcæ lingue & Ecclesiæ status miserandus.	197	Gundelia, planta nova.	199
Græcorum templa.	197	Gyarus Insula.	198
ritus ecclesiastici.	197	Gymnasticam medicinam commendavit Æsculapius.	230
nuptiales.	197	in ætiformam rodagis Herodici.	231
dogmata.	197	In Gyrum circumductionis apud. vet. Germanos ritus.	93
superstitiones.	197		
Grandævi.	201. 431	H Adriani Imp. manus.	196
Grandes Hispania quando Partibus Gallia equiparati?	279	Hæmorrhagiis mortuorum phenomena.	342
ut orti?	279	Pro Hæmorrhagiis torcular.	253
ut a Ricis differant?	279	instru- mentum novum.	253
De Gratia universali & particulari disceptatio.	156 sq.		Hart-
Gravitas specifica diversorum			

INDEX RERUM.

Hartknochii Prussia editio no- va promissa. 273	Hispanicæ Societates, crudi- nae. 278
Ab Haugwitz (Aug. Ad.) Pro- dromus Lusaticus. 186	Historia literaria Romano- rum. 368 sq.
Helena, Medicina perita. 230	Historiæ naturalis singularia. 7
Helenium ab Helena dictum. 230	Hodieque, vox minus Latina. 366
Hellepontus urbs. 198	Holmiensis Bibliotheca incre- menta unde? 54
Henrici Leonis D. Br. fata. 437	Homburgii (Guil.) vita & clo- gium. 527 lq.
Hercules, Medicus. 229	Homeri editio elegans. 479 ff.
Hermanni (Jac.) lapsus circa trajectionem constructio- nem. 69	De Homeri Scholiaste inedita narratio. 307. 309
modestia. 295	In Homerum præfatio Tzeze. 308
Hermetis ac Moysi consensus. 10	Honorare quid sit? 125
Hermogenes laudatur. 484	Horologium universale. 128
491	Horologiorum describendo- rum methodus arithmetica. 127
Hermogenis nova editio pro- missa. 492	Hospitalius (Mich.) plagii ac- cusatus. 179
Hernia rarior. 343	Hottentoti Deum colunt. 481
Herniæ causa. 413	Hudsoni (Jo.) de Æsopo meri- ta. 367
Herodicus, Hippocratis præ- ceptor. 231	Huetii (P. D.) vita. 53 ff.
Hippocratis medicina. 519	Hydrometria promotæ. 211
operum editio opti- ma. 520	Hydropicorum serum educit lapis Quadra. 338
vita. 519 sq.	Hygieia, Medicina perita. 230
S. Hippolyti sedis marmorea quam inscripta? 427	Hymenæ membrana delincata. 337
Hirudinum anatome. 337	observata. 536
Hirundinum per hiemem com- moratio. 56	Hypo-
Hispalis antiqua que? 278	
Hispaniz descriptio nova. 277	
ff.	

Bbbb

Hypo-

INDEX RERUM.

<p>Hypotheses ex Astronomia non <i>eliminanda.</i> 6</p> <p style="padding-left: 40px;"><i>fiictitia ex Physica</i> <i>eliminanda.</i> 124</p> <p>Hysterica virtus lapidis Qua- <i>dra.</i> 338</p> <p>Jenicii (Petri) <i>Conspēctus</i> <i>Lusatia literata.</i> 186</p> <p>Jalon, <i>Medicina peritus.</i> 230</p> <p>Jceus Tarentinus, <i>Medicus.</i> 231</p> <p>Jejunii <i>operatio.</i> 311</p> <p>Jeremix <i>caput ultimum a Thre-</i> <i>nis perperam avulsum.</i> 273</p> <p>Ignatii <i>Epistola quanam genui-</i> <i>na?</i> 105</p> <p>Ignitegium <i>quid?</i> 401</p> <p>Imiza & Irmengardis <i>eadem.</i> 59</p> <p>Imperatoris & Statuum Impe- <i>rii conditio.</i> 45</p> <p>Indulgentiarum <i>olim abusus.</i> 38</p> <p>Infantum <i>communio quousque</i> <i>duraverit?</i> 398</p> <p>Infernus <i>num detur?</i> 199</p> <p>Inferni <i>conclusa septem.</i> 311</p> <p>Inscriptio <i>vetus.</i> 18</p> <p>Inscriptiones <i>Ancyra copiosa.</i> 200</p> <p>Instituendi <i>methodus singula-</i> <i>ris.</i> 121</p> <p>Institutionum <i>Mathematica-</i> <i>rum Dasipodii schema.</i> 6</p> <p>Instrumenta <i>Astronomica divi-</i> <i>dendi methodus.</i> 348</p>	<p>Integralia a <i>quadratura circuli</i> & <i>hyperbola pendentia.</i> 351 ff.</p> <p>Integralium ad <i>quadraturas</i> <i>circuli & hyperbola reductio.</i> 261 ff.</p> <p>Intellectus <i>definitio.</i> 123</p> <p>Intestini Coli <i>vulnus curatum.</i> 180</p> <p>Inventum <i>humano generi noxi-</i> <i>um redimit Rex Gallie, ut</i> <i>supprimatur.</i> 350</p> <p>Invidia <i>juventuti per jocum</i> <i>commendata.</i> 78</p> <p>S. Johannis <i>Epistola est dedica-</i> <i>tio Evangeliorum.</i> 273</p> <p>Johannis Friderici <i>El. Sax. com-</i> <i>stantia.</i> 323</p> <p>Iridis <i>explicanda fundamenta</i> <i>genuina Keplero debentur.</i> 7. 8. 9</p> <p>Irmengardis & <i>Imiza eadem.</i> 59</p> <p>Italorum <i>odium novitatis no-</i> <i>tatum.</i> 351</p> <p>In Julianum <i>Apostatam inscri-</i> <i>ptio.</i> 200</p> <p>Julii II <i>Pont. character.</i> 38</p> <p>C. Julii <i>Cas. Commentarii lau-</i> <i>dati.</i> 483</p> <p>Julii D. <i>Br. symbolum.</i> 203</p> <p>Jureconfulti <i>soli Latinitatis</i> <i>conservatores.</i> 244</p> <p style="padding-left: 40px;"><i>quidam notati.</i> 381</p> <p style="text-align: right;">Juris</p>
--	---

INDEX RERUM:

Juris <i>natura & merum principum.</i>	126	<i>Vita & mors.</i>	28.
<i>Historia nova.</i>	377 ff.	<i>automaton planetarium.</i>	5.
K <i>Adiogens vocatus Melampus.</i>	229	<i>astrologia singularis.</i>	8
Keilius (Jo.) <i>agre fert lapsus Newtoni in Germania detestor.</i>	217. 218	Kircheri <i>Concordantia Græca notata.</i>	50 ff.
<i>extenuaturus Bernoulliana contemnit Newtoniana.</i>	219	Kunzebki (Jo. Gr.) <i>Tr. de Lufatis.</i>	186
<i>convictorum viam inde causa desperans.</i>	218	L <i>Abiis leporinis instrumenta.</i>	253
<i>contradicendi prurium prodit.</i>	219	<i>Labyrinthus Geryonensis.</i>	197
<i>vires in Geometria exiguas fateri cogitur.</i>	220	<i>Laccæ ex resina cupressi præparatio ad conservanda corpora.</i>	19
<i>partium studio deditus.</i>	217	<i>Lacertam inter & scorpium antipathia.</i>	14
<i>Germanos odit.</i>	217	<i>Lactea vasa Hippocrati minus cognita.</i>	520
<i>icerga dat provocatis.</i>	221	<i>Lactis coagulandi Inventor.</i>	229
Keplerus (Jo.) <i>Algebra parum faveat.</i>	10	<i>Ladanum quid?</i>	197
<i>semignorat.</i>	11	<i>Lanzus notatus.</i>	452. 453
<i>a Theologis excommunicatus.</i>	4	<i>Laodiceæ nullum superest vestigium.</i>	201
<i>harmoniam Evangel. scripsit.</i>	10	<i>Lapide (Jo.) vita.</i>	467
<i>offendit Tychohem.</i>	23	<i>Lapidis Quædam virtutes.</i>	338
Kepleri (Jo.) <i>Episcopium commercium.</i>	1	<i>Lapidum vegetatio.</i>	158
<i>opinio de sacra cæna.</i>	6	<i>Latina vocabula nova num commode liceat?</i>	366
		<i>Latina lingua discenda methodus commendata.</i>	280
		<i>historia.</i>	368
		<i>Latus Clavus quid?</i>	110
		<i>Lavatorium quid?</i>	398
		<i>Laubani nomen unde?</i>	190
	Bb bb 2	<i>Laxans</i>	

INDEX RERUM.

Laxans virtus lapidis <i>Quadra.</i>	338	Linearum tertii, quarti & quinti ordinis descriptio.	464
Lectio num <i>Mathematicarum</i>			465: 466
<i>finis.</i>	118	Liquor nutritius <i>hieme</i> ex betula exstillans.	18
<i>Philosophicarum</i>	121	De Literis Romanorum tractatus.	368
Leges diotusæ num servatæ impossibiles?	312	Liturgiæ Gallicæ descriptio.	397 ff.
Leges explicatæ & illustratæ:		Locus imaginis in speculis convexis & concavis.	67
<i>15 §. ult. ff. de usufructu.</i>	170	Loebaviæ nomen unde?	190
<i>su. C. de sponsal.</i>	402 ff.	Logarithmorum fundamentum.	9
Leibnitiu (G. G.) contra Taylorum defensio.	257	Logicæ <i>finis.</i>	121
<i>defensio.</i>	275 sq.	<i>cur Mattheus jungenda?</i>	122
Leibniti (G. G.) controversia cum Abbate de Catalan & Papiæ.	171	Longinus suppletus.	483
Lemery (Nic.) vita.	526 ff.	Longini Chrestomathia.	493
Leonis X Pont. character.	38	Longobardicarum consuetudinum auctores.	539
Leopoldi (Christoph.) Dissertationes historico-polemicae.	371	Lopez (Dominicus) est Faustus Socinus.	398
Lesbus, insula.	198	Lotharius idem ac Eisengerus, Luderus, Loundo, Lutherus.	60
Leucippus Medicinam professus.	231	Ludovici XIV R. G. Historia.	62
Libertatis definitio.	123	<i>idem Venerens curat Idæ Romanam.</i>	336
<i>egregia viri quinam olim dicti?</i>	57	Lugduni Bat. longitudo & latitudo.	348
Libri sunt testes ingenii.	96	Luna corona num ejus atmosphaera?	524 sq.
Lilac Matthioli vis medica.	337	<i>vibrationes, fulgura.</i>	524
Lilienthalii (Mich.) de Philothecis Diss.	270	Lunaris theoria renovata? Kepleri.	6. 9
<i>de rerum Prussic. Scriptoribus Diss.</i>	272		Lunaris
Lineæ (in China) longitudo.	348		

INDEX RERUM

Lunaris theoria Tychois oppugnata.	8	Machina optica curiosa.	364
Lunigius (Jo. Christ.) laudatus.	498	Machinarum ab animantibus motarum maxima perfectio.	349
Lulus juvenibus commendatus.	81	Macula in fascia Jovis rediens.	346
Lutherus idem ac Lotharius, Leudo, Liutgerus.	60	in quarto Satellite Jovis.	346
Lutheri (Mart.) elogium.	135	Solis & Luna tella & resacta.	524
	390	Macularum Solarium in camera obscura observandarum modus Keplero debetur.	9
Lusatice Scriptorum Collectio.	185	locus notabilis.	347
prodromus.	186	natura.	10
Conspectus literarius.	186	Magii (Hier.) de tinsinnabulis liber recus.	110
utriusque Nomenclatura.	186	memoria stupenda.	110
Ar.	186	Magistri Ecclesie Rom. qui?	98
superioris Historia.	187	Magnetica experimenta.	11
incola veter.	188	Malebranchii (Nic.) vita.	529
domini.	188	Malitia juventuti per jocum commodata.	78
insignia.	188	Malpighii (Marcelli) ades ad MSps a combusta.	19
diata.	189	Mandarinica lingue Grammatica.	209
familia nobilis.	191	Mangetus notatus.	444. 445
Lymphatica vasa Hippocrati insognita.	520	Manlii (Christoph.) Prodromus Comm. rerum Lusat.	186
		Commentarii rerum Lusat.	186
M Aceris folia a vermiculis alba redduntur.	13	Manna frondis quid sit?	17
Machson, Medicus.	230	Manuscripta astronomica.	8
Machina arithmetica a Sabichardo inventa.	10	Bbbb 3	Manutii
ad Satellites Saturni observanda.	350		

INDEX RERUM.

Manutij (<i>Aldi</i>) <i>vita</i> .	480	Medicinalia <i>adagia</i> .	446.
<i>in extendis MSs</i> <i>folli-</i>		Medicamenta <i>corpori noxia</i> .	13
<i>citudo</i> .	499	Medicamentorum <i>doſes ma-</i>	
Mappæ <i>Geographica optima</i> .		<i>thematice determinata</i> .	254
	424	<i>variaſt ratione ætatis</i> .	255.
Marchionum <i>dignitas</i> .	432	Medicorum <i>ambitio notata</i> .	
Margæ <i>Rochlitiensis in Medi-</i>			447.
<i>cina uſus</i> .	152	<i>ſtudia ut institu-</i>	
Maris <i>eſtus cauſa</i> .	340	<i>enda?</i>	449.
Marinorum <i>apud Gentiles &</i>		<i>obſervandi ſtudi-</i>	
<i>Chriſtianos uſus</i> .	427	<i>um neceſſarium</i> .	450
Marſilij (<i>Lud. Ferd.</i>) <i>Epiftola</i>		<i>apud veteres con-</i>	
<i>de ponte a Trajano ſupra Da-</i>		<i>temptus</i> .	369
<i>nubium exſtructo</i> .	109	Medii <i>reſiſtencia examinata</i> .	
S. Martini <i>tunica in expeditio-</i>			345
<i>nibus Gallorum exercitui</i>		Melampus, <i>Medicus feliciffi-</i>	
<i>pralata</i> .	400	<i>mus</i> .	229
Mafii (<i>Heſt. Gotthofr.</i>) <i>vita</i> .	385	Melampodii <i>utres ad inſani-</i>	
Maslach <i>quid?</i>	336	<i>am</i> .	229
Maſſa <i>ſingularis loco fetus ex-</i>		Mellis <i>colligendi inventor</i> .	229
<i>cluſa</i> .	343	Melos, <i>inſula</i> .	197
Mathematici <i>libri in Boruſſia</i>		Memoriæ <i>deſectus notabilis</i> .	9
<i>olim parum quaſiti</i> .	9	<i>ſupenda exemplum</i> .	
Mathetiſ <i>quomodo tractanda,</i>			110
<i>ut ingenium acuat</i> ? 118. 119		Menckenius (<i>Jo. Burch.</i>) <i>ſalſo</i>	
Matheſeos <i>utilitas</i> .	7. 118	<i>Jo. Bapt. dictus</i> .	184
Matrimoniales <i>leges Lev. XVIIII</i>		Menckenii (<i>J. B.</i>) <i>ad Colleſtio-</i>	
<i>& XX num obligent?</i>	117	<i>nem Script. rerum Luſat.</i>	
Mazarini <i>Card. character</i> .	63	<i>communicata</i> .	186. 187
<i>conſilia</i> .	64 ff.	Menſuræ <i>Geographica vete-</i>	
<i>exilium</i> .	67	<i>rum</i> .	349
Medea, <i>Medicina perita</i> .	230	Mentis <i>mutationis in corpore</i>	
Medicinæ <i>uniuerſalis hiſtoria</i> .		<i>mechanice exhibentur</i> .	124
	228. 519	<i>natura</i> .	10
<i>rationalis inventor</i> .		<i>cum corpore commer-</i>	
	330	<i>cium</i> .	122
			Mercu-

INDEX RERUM

Mulierum apud Judaeos officia.	312	Nothus ad hereditatem patris admiffus.	43
Mundi infiniti.	6	Novæ stella A. 1604 descriptio.	5
Muratorius (Ant. Lud.) refutatus.	192 sq.	Numerus orationis qualis esse debeat?	487
Musi cur dicti res sanctæ?	116	Numi urbis Gortynensis. bractæati explicatio.	196 470
Mulæus, Medicus.	229	Nunnefius (Petr. Jo.) laudatus.	492
Mulcarum coitus. genus folia arborum infestans.	14 14		
neruus opticus.	12		
Mutabilitas obliquitatis eclip- tica asserta.	281, 347	O bjectorum microscopico- rum illustrandorum ratio.	363
Mutinenfis agri natura.	317	Obliquitatis eclipctica diminu- tio demonstrata.	281 ff.
Mylii (Mart.) Annales Gorli- censes.	186	mutabili- tas asserta.	281, 347
N abal num Cynicus?	165	Oculus scarabæ.	12
Naxos, infula.	198	Oeconomiz Dei compendium.	112 ff.
Nemorofiz Commentarii re- vifi.	149 ff.	Officiorum erga Deum definitio & media.	125
Neo-Cæfareæ non est Tocatur.	200	se ipsum & alios fons.	125 sq.
Nepenthe Helena debetur.	230	Oleorum parandorum inven- tor.	219
Nervus opticus muscarum.	12	Opii frequentior ufus noxius.	17
Newtonus (Jf.) in viam red- ditur a Bernoullio.	217	Optica analytica promotæ.	179
problema de via pro- jectilis in medio resistente refolvere nequit.	220	De Orationis pulcritudine na- turali opus.	482 ff.
vindicem amat, a quo laudari turpe.	217	Orationis $\Psi\Phi$ quid? numerus qualis esse debeat?	483 487
Nobiles Lufatia superioris fa- milie.	194	Orate-	
Noluntatis definitio.	123		

INDEX RERUM.

Oratoris <i>requisita.</i>	204 ff.	Paradoxa <i>Astronomica.</i>	9
Oratores & Rhetores <i>ut differant?</i>	496	<i>Stoicis amata.</i>	510
Origanum, <i>rara planta.</i>	198	Parallaxis <i>fixarum a Keplero</i>	
Oriza <i>in aqua cocta pani super-</i>		<i>admissa.</i>	9
<i>addita.</i>	526	<i>a Tyrbone</i>	
De Grosii (Pauli) <i>patria con-</i>		<i>nulla observata.</i>	6
<i>certatio.</i>	278	Paros, <i>insula.</i>	198
Orpheus, <i>Medicus.</i>	229	Parthenius (Bernardinus) <i>lau-</i>	
Ossa <i>animantium gemmam,</i>		<i>datus.</i>	498
<i>Turcis, generant.</i>	521	Partus <i>octimestris non est vita-</i>	
Ossium <i>numerus in junioribus &</i>		<i>lis.</i>	520
<i>adulto.</i>	534	Paschalis <i>tabula ubi erigatur?</i>	
Ostenfeldii (Misch) <i>Pharus La-</i>			401
<i>tinitatis inedita.</i>	370	Passionis <i>definitio.</i>	123
Ova <i>cochlearum.</i>	12	Pastorale <i>novum editum.</i>	30
Ovaria <i>mulierum Hippocrati</i>		Patmus, <i>insula.</i>	198
<i>ignota.</i>	520	Patrum <i>ecclesia auctoritas asser-</i>	
Ovium <i>hepar exulceratum un-</i>		<i>ta.</i>	104 sq.
<i>de?</i>	13.14	Pauperum <i>sepultura solennis</i>	
<i>pulmones infecti.</i>	16	<i>ubi?</i>	398
P Acta <i>nuda jure Romano</i>		Ad Pectoris <i>affectus, medica-</i>	
<i>cur actionem nullam pro-</i>		<i>mentum.</i>	337
<i>duxerint?</i>	116	Pedis <i>Græcorum quantitas.</i>	346
Palamedes, <i>Medicus.</i>	229	<i>Romani quantitas.</i>	346
Palearitis (Aonius) <i>cur combu-</i>		Petrescii <i>Epistola promissa.</i>	196
<i>stus?</i>	279	<i>MSpta ab heredibus</i>	
Palingenesis <i>exempla.</i>	336	<i>combusta.</i>	196
Pallas, <i>Medicina perita.</i>	230	Pentateuchi <i>codex 1000 anno-</i>	
Palmerii (Jac.) <i>quellum.</i>	53	<i>rum.</i>	400
Panacza, <i>filia Esculapii, Medi-</i>		Perceptionum <i>successionis regu-</i>	
<i>cine perita.</i>	230	<i>la.</i>	122
Pantomimi <i>quinam?</i>	107 sq.	Peripneumonia <i>suppurata per</i>	
Papiniani <i>3 Csi vita.</i>	243 ff.	<i>diarrhoeam purulentam ter-</i>	
Paradisus <i>olim in Georgia.</i>	199	<i>minata.</i>	337
<i>ut a Judæis describa-</i>		Pergamus, <i>exiguus hodie vicus.</i>	
<i>tur?</i>	311		201
		Pernionum <i>cura.</i>	337
		Cccc	Per-

INDEX RERUM.

Pesartum Regum educatio pef-	Philosophia: neglecta damna.
<i> fina.</i> 235	121
Pericorum florum & foliorum	<i> tradenda metho-</i>
<i> vis purgans.</i> 344	<i> dur.</i> 121
Peruviana foliis quinquifidis.	<i> practica proble-</i>
338	<i> mata generalia.</i> 125
Pestis origo. 336	Philotas, Medicus. 231
<i> ut curanda?</i> 337	De Philothecarum usu & ab-
Pestem Palamedes a castris	<i> usu Tract.</i> 270
<i> avertit.</i> 229	Phocææ anatomia. 19
Petavii (Pauli) antiquaria su-	Phosphorus solo acre inflam-
<i> pectilibus portuicula recusa.</i>	<i> mabilis.</i> 522
109	Phosphori varia genera. 344
<i> Symbolum.</i> 109	Phthiriasis cordis. 337
Petechialium februm cura. 338	Phthifis cura. 336
Petrolei natura. 522	Physicæ docendæ methodus. 124
Petrus I R. Arrag. cur de pug-	Physicarum lectionum finis. 124
<i> one dictus?</i> 278	Pigna (Jo. Bapt.) motus. 59
& Petri barba ut a barba Christi	Pindarus cur aquam, ignem &
<i> differat?</i> 428	<i> utrum res optimas dixerit?</i> 79
Peuceri (Casp.) Idyllum patriæ.	Phcium femem. 13
186	Pitichmanni (Chr. Gottlob) Me-
Phacon, Medicus. 231	<i> moria Gerardofflorum.</i> 186
Phaon, Medicus. 231	Placentæ uterine structura.
Philadelphix nullum vestigium.	341
201	Planetarum circa Solem motus. 6
Philistion Locrensis, Medicus. 231	Planta aquatica bacterus in-
Philosophi Medicinam exer-	<i> cognita.</i> 344
<i> centes.</i> 231	Plantæ novæ an hodie gene-
Philosophia practica univer-	<i> rentur?</i> 19
<i> salis a Wolfio reperta.</i> 124, 125	Plantarum virtus medica per
<i> Wolfiana cum Sinensi</i>	<i> signaturas detegenda.</i> 19
<i> consentit.</i> 125	<i> numerus determi-</i>
Philosophix compendium a	<i> natu moraliter impossibilis.</i> 19
<i> Wolfio promissum.</i> 126	26
<i> definitio & utili-</i>	Plantaginis aquaticæ virtus
<i> tas.</i> 121	<i> alexipharmaca.</i> 448sq.
	Plant-

INDEX RERUM.

<p>Quercus Germanis sacra. 98</p> <p>Quintilianus notatus. 365</p> <p>RAdiorum efficacia in foco. 179</p> <p>Ranæ Scriphia nimuta? 197</p> <p>Rapinus notatus. 486</p> <p>Rastrii (G. H.) Explicatio Leibnitiana mutationis barometri in tempestatibus pluviis contra Theoph. Desagulier. 275</p> <p>Ratione nam Reformati nimium utantur in Theologicis? 154 ff.</p> <p>Raygeriana memoria. 338</p> <p>Rayus a Tournesortio monitus errorem agnoscit. 19</p> <p>Rayi moribundi confessio fidei. 20</p> <p>Reductionis integratum theorematum nunc. 269. 270</p> <p>De Refuge (March.) ad Hæzicrium litera de Azzone &c. 59</p> <p>Reformatorum cum Lutheranis reconciliatio cur vox speranda? 154</p> <p>Reflectio luminis in variis mediis ab Haniotto observata. 8 ut observanda? 364</p> <p>fluidorum quotuplex. 53</p> <p>Refractiones siderum determinandi methodus. 345 turbantur a diverso aeris statu. 347</p> <p>Regiomontanorum crudito-</p>	<p>rum vitæ promissa. 273</p> <p>Regis Romanorum nam quæ potestas? 37</p> <p>Regulæ centrobaryca Guldini demonstrato. 345</p> <p>Religionis Christianæ usus demonstratus. 83 ff.</p> <p>Religioni nam omni libertas indulgenda? 415 ff.</p> <p>Resilientia medii. 345</p> <p>Rex apum est femella. 14</p> <p>Reyfelin (Balth.) vita. 469</p> <p>Rhetorica nova. 203</p> <p>Rhetoricæ Augustæ specimen promissum. 495</p> <p>Rhetores & Oratores. ut differant? 496</p> <p>Rhodia schola. 231</p> <p>Rhodii Vindicta C. T. de Walenrad. 275</p> <p>Richelii Card. vita & artes. 140 elogia. 145 in Thuanum odium. 146 sq. character. 148</p> <p>Ricos in Hispania ut a Grandibus differant? 279</p> <p>Rigor demonstrationum arithmeticarum ut cum brevitate conjungendus? 19</p> <p>S. Ripines virginis martyri- um durum. 239</p> <p>(Angeli) Gemm. de Campaniæ recusus. 110</p> <p>Rochlitii urbis Historia. 152</p> <p>Rodi (Phil.) Historia Princ. Estensium inedita. 59</p>
--	--

Roma,

INDEX RERUM.

Roma, filia Esculapii, Medici- na perita. 230	Salmasii Diff. de Secretariis edita. 107
Rosa prolifera partus fatalis. 338	Salutis Reip. definitio. 126
Rota, Tribunal, unde dicta? 99	Samojedarum religio. 234
Rota Romana tribunal descri- ptum. 97 ff.	Samuelis anima num vere ap- paruerit Saulo? 166
De Rota Aristotelis difficultates soluta. 523	Samus, insula. 198
Rotarii olim quinam? 98	Sancti cur dicti muri? 116
Rorweilensis urbs unde dicta? 98	Sanguinis circulatio accurate descripta. 12
Ructus cur non edantur in hy- drope & tympanitido? 341	in pede scorpis 13
Rudigerus (Andr.) refutatus. 451	in pedibus rana. 14
	in araneis. 15
	in exiguo pisce. 14. 15
	inter matrem & fa- tum num detur? 342
	transfusio. 17
S abinus (Flor.) notatus. 486	In Sanguine colores varii unde? 115
Sacerdotes Græci hodie ignarissimi. 197	acidum inest. 350
Sacramenta septem agnoscunt Armenis. 200	Sardes exiguus nunc vicus. 201
Sacrificia a Deo instituta. 112	Satellitum Saturni theoria. 347
Sagittarii (Casp.) Historia Lu- fatia. 186	Saturni facies qualis? 523
Salis petra genesi. 344	fascia ejus disco non adhaerent. 523
Salium fixarum plantarum vo- latilifatio. 343	annulus in quo confi- stat? 523
alcalicorum cum alca- licis & acidorum cum aci- dis effervescentia. 344	De Saxonici Archi-officii origi- ne conjectura. 60
Salmanticæ Professores quot? 278	Scabiem curat Thée Roma- num. 336
Salmasius (Claud.) uxori impe- riosa obnoxius. 54 ff.	Scarabæi non sunt cæci. 12
militari habitu Hol- miam invehit. 55	Pro Scarificatione instrumen- tum singulare. 253
Salmasii (Claud.) vita inedita. 55	Scheineri Apelles examinatus. 10
	Scherpezelius notatus. 503 ff.
	C e c c 3 Schi-

INDEX RERUM.

Schismatis crimen num impu- tandum Protestantibus? 274	2 Sam. XXIII, 3	28
Schniederiana memoria. 338	Pf. XXII, 17.	28
Schoenlebenius laudatur. 430	CX.	241 ff.
Scholastici quinam dicti? 183	CXVIII, 24.	113
Scholasticorum errores. 183	Prov. XXX.	166
De Scholiaste Homeri inedito in Bibl. Paulina Lips. nar- ratio. 307. 309	Ezech. IX, 4.	28
Schurtzfleischii (Conr. Sam.) Diff. de Lusatia. 186	Hof. II, 19.	388
Scientiæ num pueris necessaria? 80	Matth. V, 13.	388
Ad Scorbutum lignum Syrin- ga caruleum. 337	Marc. II, 4.	162
Scotialensis Bibliotheca appa- ratus & MSpta. 278	Job. VII, 38.	28
Scorpius non est animal exsau- gue. 13	Act. XV.	97
Scorpii Montepessulani effluvia necant animalia. 19	XVII, 23.	167
aculeus. 14	Col. III, 5.	388
cauda anatome. 14	1 Tim. IV, 13.	388
Scorpium inter & Lacertam antipathia. 14	Tit. III, 4.	158
Scriptoris (Pauli) vita. 469	1 Petr. III, 12, 19, 20.	112
Scriptorum in usum Delphini editorum institutum. 55	IV, 6.	112
Scripturæ S. loca explicata: Gen. IV, 4. 112	Apoc. XII.	322
VI, 3. 112	Scrophulariæ species. aquatica majoris.	336
XI, 4. 113	virtus vulneraria. 336	
XLIX, 10. 28	Securæ Academia nova inscrip- ta. 278	
Levit. XVIII & XX. 117	Secretaria quanam dicta? 107	
Deut. XIII. 420	Sectionum conicarum descri- ptio. 464	
1 Sam. VIII, 11. 165	Sedere ad dextram Dei quid? 242	
2 Sam. XX. 388	Seminis virilis animacula num dentur? 13	
	agub	
	primum visa? 12	
	arictis & aselli, aranea- rum & gallorum gallina- ceorum animacula. 15	
	Sententiæ oratoricæ ut instrumen- ta? 205	
	Sen-	

INDEX RERUM.

Sententia qua deoant orationem?	489 ff.	De Secimianorum vita & scriptis narratio.	136
Circa Sepulcra Romanorum cura.	116	Solidorum motus in vortice fluido:	349
Seriphus, insula,	197	Solis ac Telluris anima.	10
Serpentum antrum Romanum.	338	Theoria Copernicana notata:	8
cultus.	462	motus vertiginis a Bruttio assertus.	6
Serveti (Mich.) doctrina.	391	macula a Luna tecta & resecta.	524
Sherardiae planta nota characteristica & species.	133	Sollititia observandi methodi novae.	347 sq.
Siberi (Adami) vita.	409 ff.	preferuntur aequinoctiis in quantitate anni determinanda.	348
Signum Dei quid?	248	Soni vehiculum.	451
In Signorum doctrina Hippocratis excelluit.	520	propagatio qualis?	452
Similitudinis principiam in Geometriam introduxit Wolfius.	119	Σωτῆρ dictus Hercules.	229
Simensium eclipsis Solis extraordinaria.	209	Spalatini (Georgii) vita.	324
scribendi ratio:	210	Speculum concavum Lateranense.	363
Lexica.	210	Magica applicandum.	363
Simope urbis verus situs.	199	Sphaerae portionum cubatura.	345
Siphnus, insula.	197	Sphaerarum mundi dimensio.	5
Siphonis exigua diametri phaenomena.	349	Spiritus acidi mutant colorem succorum vegetabilium.	19
E Siri (Vick) operibus excerpta.	140	fulphuris concentratus cum aqua effervesceat.	344
Sirmondus (Jac.) in vita sedentaria valet.	56	Spongia fluviatilis ramosa fragilis & piscem olens planta.	344
Sistrum quid?	110	S. Spyridionis vita.	159
Smyrna, urbs.	201	Squillae anatome.	14
Societates erudite Hispanicae notatae.	278	Staticum problema.	349
Societatum lex suprema.	126	Staudii (Christoph.) Parnassus Gorliciorum.	186
Socinianismo proximus Muhammedanismus.	198	Stellarum incolae probavit Tycho.	7
		Stoicorum philosophiae incrementa unde?	246
		Stoicorum dogmata.	246 ff.
		Strenzel autor apud Romanos quis?	III
		Strime-	

INDEX RERUM.

Strimefius <i>refutatus.</i>	155	<i>oblatam acceptare non aude.</i>	
Studii <i>philosophici neglecti da-</i>			259 sq.
<i>mna.</i>	121	<i>Analyfta suo & Angla-</i>	
Studiorum <i>finis.</i>	6	<i>rum judicio excellens.</i>	260
Stupri <i>volenti ratio qua?</i>	44 sq.	Tectorium <i>aqua impenetrabi-</i>	
Sublime <i>in quo confiftat?</i>	485	<i>le.</i>	344
Sulphuris <i>spiritus concentra-</i>		Telescopiorum <i>ufus in libel-</i>	
<i>tus cum aqua effervefcens.</i>	344	<i>landis aquis.</i>	15
Sumenhardt (Conr.) <i>vita.</i>	468	Templa <i>Germanis olim ignota.</i>	
Symbola <i>Principum descripta.</i>			92 sq.
	201	Tenedos, <i>infula.</i>	198
Sympathetici <i>pulveris effectus</i>		Termini <i>Geometrici ut facile</i>	
<i>vani.</i>	11	<i>retineantur?</i>	120
Ad Synoviam <i>aqua grysea.</i>	180	Terræ <i>figura ovalis.</i>	6
Syria <i>olim bipertita.</i>	245	<i>fili qui Judæis dicti?</i>	310
Syringæ <i>carulea vis medica.</i>	337	Testamentum <i>quid?</i>	113
Systema <i>Copernicanum cur a</i>		<i>Vetus & N. quid?</i>	113
<i>Mario rejectum?</i>	9	<i>Græcum primum ex</i>	
<i>Mosaicum an Coperni-</i>		<i>Italia in Germaniam allatum.</i>	
<i>cano contrarium?</i>	9		394
<i>terra nota tanquam</i>		Teucrium, <i>a Teucro Medico di-</i>	
<i>hypothefis excolendum.</i>	5	<i>ctum.</i>	229
Systemata <i>planetaria sunt in-</i>		Teutsche <i>vox unde?</i>	91
<i> finita.</i>	6	Thee <i>Romani virtutes.</i>	330
Systemata <i>juris cultoribus pri-</i>		Theologi <i>cur hodie pauci?</i>	376
<i>mis annis haud conducunt.</i>	518	Theologia <i>ingeniofi periculo fa.</i>	
		<i>num fit ancilla Philo-</i>	
T Abulæ <i>Solares Tychois</i>		<i>sophia?</i>	416
<i>commendata.</i>	6	Theologiæ <i>tr adenda methodus</i>	
Tafalla <i>cur flos Navarræ dicta?</i>		<i>optima.</i>	375
	277	Theologicarum <i>controversia-</i>	
Tartarorum <i>in Siberia religio.</i>		<i>rum systema.</i>	87
	235	Theridatis <i>Regis metamorphofis</i>	
Tavernerius (Jo. Bapt.) <i>morofi-</i>		<i>& converfo.</i>	240
<i>tatis & plagii accusatus.</i>	55	Thermometrum <i>acreum no-</i>	
Taylorus <i>in certamen provocat</i>		<i>vum.</i>	129
<i>Geometras non Britannos.</i>	256	Thuanæ <i>bibliotheca fatum fi-</i>	
<i>Leibnitio mortuo insul-</i>		<i>niftrum.</i>	56
<i>tat.</i>	256 sq.	Thyatiræ <i>nullum veftigium.</i>	201
<i>lumine Bernoullit ad-</i>		E T icini (Jac.) <i>Historia Rosen-</i>	
<i>jutus ejus inventis aliquid ad-</i>		<i>thalefi excerpta.</i>	186
<i>dit.</i>	258	Tocatus, <i>urbs.</i>	200
<i>provocator sponsonem</i>		<i>non est Neo-Cæfarea.</i>	200
			Tole-

INDEX RERUM

Tolerantia nimis in religione
periculo plena. 415. 418
Torpedinis piscis effectus singu-
laris ad rationem revocatus. 342. 343
Tournefortius laudatur. 26
Uaditio duplex. 112
Trajectoriarum problema soluti-
um. 169 ff. 295
 usus in separandis
indeterminatis aequationum
differentialium. 304
Transactio ut fiat? 513
De Transactionibus titulus
 Pandecharum resolutus. 510 ff.
Trianguli in aqua fluente mo-
tus. 18
 sphærici ex tribus li-
teribus solutio. 9
Tribuehorii (Ad) vita. 382 ff.
Tridentini Concilii auctoritas o-
mnis Regæ. 436
 bifida cum
K. (K. K.) Canonibus. 437 ff.
 canonibus resu-
tati. 546
Trigonometricæ in describen-
dis horologis usus. 127
 ut in compendium. 46
Tiliæ radices. 12
Tubis singula in fructus. 383
 singularis bombardis ap-
plicandus. 363
Tubi vitrei aqua repleti in libel-
latione rejecti. 15
De Tubis Stenocæli Dissertatio.
450 ff.
Tubingeniæ Professorum vi-
ta. 467 ff.
Tumorum ventosorum causa. 342
Tunica S. Martini in expeditio-
nibus Gallicis exercitus prala-
ta. 400

Turcarum status militaris
 civilis. 198
 religio, mores, consue-
tudines. 198
 vicius. 198
 Monachi. 198
 Pontifex Maximus. 198
Turris, gemma, quid? 561
Tychonis in theoria Luna con-
denda adjunctis. 8
Tympanici cur non videntur
 nec occurrunt edam? 341
Typographi boni officium. 425
Typographiæ inventio. 479
Typographici annales. 478 ff.
Tzetzes præfatio in Homerum.
11308
Varias infensata febris per
 laxantia curanda. 337
 num Veteres cognove-
 runt? 335
Vasa sanguifera in cerebro pul-
 critate. 12
 lactea an cum lymphaticis
 differant? 444
Vavassor (Præn.) refutatus. 490
Venæ aëryosæ delineatio singula-
 ris. 337
Venenata planta: num antola-
 psum proscoplasorum exsiste-
 rint? 338
Venti aquarum motum resar-
 dant. 215
Vermiculi in populari monti. 14
 in modis partibus
 salinis. 15
 vobis in excrementis
 ranarum. 14
Vermiculorum examen per mi-
 croscopium. 14
Vermis aquaticus singularis. 343
Vermes cordis. 337
Ad Vermes infantum tinctura
 foliorum persicorum. 344
D d d d Versus

INDEX RERUM

Veritas in rebus incommutabilis?	437 ff.	Universorum plurimum possibilis demonstrata.	123
Vesicae conformatio morbosa.	445	Voces novae Latinae non con-	
musculi elevatorum & de-		dere liceat?	366
pressores non dantur.	445	Voluntatis definitio.	123
In Vestigio quid?	508	Borru, juris feudalis species in	
Ughelli (Ferd.) vita.	137 sq.	Lusatia.	189
character.	138	Upsaliae longitudo.	348
Viennae encomium.	319	Urina per vomitum reddita.	522
Violacei coloris olim dignitas.	99	Uredinis causa.	11
Viperti Com. Groicensis vita.	185	Urna singularis.	399
Viretus quid?	100	Ursini Card. symbolum.	203
Virium absolutarum aestimatio		Ad Vulneta lignum Syringa	
Leibnitiana defensa.	170. 171	caerulea.	337
vivarum mensura defini-		Vulneraria vis lapidis Quadra.	
ta.	171	338	
Vis purgativa agarici.	343	Vulnerariae aqua efficacia.	180
florum & folio-		Vulturini (Pancreatii) Slesia	
rum persicorum.	344	Bresla.	187
Vitra caustica foci multiplicis.		Pro Uvulae extirpatione instru-	
	363	menta.	253
Vitrorum poliendorum machi-		Uxorem ducturus qua jura sci-	
nae & regulae.	362	re debeat?	409
parabolicorum, hyper-		De W Allenrad (G.T.) vindicatus.	275
bolicorum & ellipticorum poli-		VVelfones ortu Suerui.	57
endorum methodus.	362	VVestphali unde dicti?	92
Vitrioli spiritus antiepileptici		X quid apud Christianos veteres denotet?	428
Paracelsi vera praeparatio.	337	Z Abydae fabulae autor quis?	55
sulphuris anodynii praeparatio.	337	Z Laetios, Gebrii Abrahamus.	
Ulcera Chironia quae?	229		236
Circa Umbilicalem funiculum experimenta.	341	Zittaviae nomen unde?	190
Umbræ solstitialis longitudo		Zerneviz, Deaster Soraborum.	
Massiliae observata.	281-283		412
Umbraticæ vestes.	99	Zosimus redivivus.	371
Univerfi definitio.	123	defensus & impugnatus.	372
		Zuinglius notatus.	375

ERRATA.

Pag. 103 lin. 1 lege contentiosa; p. 114 l. 20 lege Actionibus; p. 339 l. 34 & p. 340 l. 3 pro 1715 lege 1714; p. 379 l. 14 & 15 pro Bjoarioium lege Bojoarioium; p. 385 l. 21, ubi Masu Dissertationes exhibentur, lege Alph. 9 pl. 2: notandum enim hoc loco, post multa Masiani libri exempla jam distracta detentum detentum post p. 680 defectum fuisse, pluresque adeo paginas sub eodem quidem numero libro posmodum accessisse; p. 427 l. 16 lege dicta.

